UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 2864.

J. VI
32.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# THEOLOGIÆ MISTICÆ

P. VINCENTII CARAFFÆ

Tomus poſterior.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PEREGRINVS TERRÆ.

Siuè

Collegij Soc Jesu Paderbornæ 1694

Præparatio

Ad bonam Mortem.

*AVTHORE*

Reverendiſſimo Patre

P. VINCENTIO CARAFFA,

*aliàs,*

Aloyſio Sidereo Societatis, JESU

Præpoſito Generali.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Typographus Italus Lectori.

P*Ræparatio ad bonam mortem eſt quædam inueſtitura immortalis vitæ in Paradiſo. Quapropter, cùm in* Itinerario *pro* futurâ *vitâ inſtructionem tibi exhibeam pro diſpoſitione ſeu præparatione proxima; in præſenti opuſculo in tres partes ſubdiuiſo priorem aliam porrigo pro diſpoſitione remotâ in vitâ ante mortem faciendâ: quâ ratione offero tibi perfectum* Peregrinum Terræ. *Quod ſi illius triueris veſtigia, & ſecutus fueris ſancta documenta & conſilia, abſq; vllo obſtaculo beatam attinges Patriam, cuius fœlicitas tibi monſtratur per* Ciuem Cœli: *imò inter ſupernos cœli incolas euades vnus* Seraphinus: *talem enim te eſſe optat & prætendit ipſemet Author per vſum alterius opuſculi, quod nuncupatur,* Schola ſancti Amoris, *quæ tertio libro huius voluminis annectenda erat; at pro maiori tuo commodo eam ſeparare, & ſpeciale opuſculum, dictum,*

Seraphinus, *ſeu* Schola ſancti Amoris,

*exindè formare voluit.*

*Vale.*

# ARGVMENTA
## Materiarum, quæ in ſex liberis præſentis operis pertractantur.

### In I. libro.

PRobatur ex Scripturis, Authoritatibus SS. Patrum, Rationibus, & Exemplis, bona opera non eſſe differenda ad vitæ finem vſque; ſimulque oſtenditur grauiſſimum periculum finalis impœnitentiæ, quod ii incurrunt, qui pœnitentiam ad mortẽ vſq; prolongare præſumunt.

### In II. libro.

Demonſtratur, quàm ingens malum ſit Peccatum mortale, & quàm turpes & abominandos generet effectus in anima. Et, vt maius de dicto peccato concipiatur, ac imprimatur odium, deſcribuntur peſſimæ illius proprietates. Inſuper docetur, quantâ curâ euitanda etiam ſint peccata venialia.

### In III. libro.

Oſtenditur, in quo conſiſtat operatio boni: quâ ratione nobis imaginari, & apprehendere debeamus, negotium ſalutis noſtræ eſſe grauiſſimum: vt propterea tantum requirat timorem, quantam poſtulat diligentiam. Proſequitur deinde & probat Author, quod Diuinâ Gratiâ benè vti debeamus, ac quanti facienda ſit vita virtuoſa, & plura alia ad ſalutem animæ ſpectantia.

*In IV. libro.*

Declaratur, Mortem non eſſe timori ſubiiciendam. Adducuntur nonnulli fructus ex ea prouenientes. Quàm ad benè beatèque viuendum, mortemque reſpuendam neceſſaria ſit continua memoria mortis & Iudicii particularis: cuius horror occaſione Iudicis, & temporis, quo iudicabit, deſcribitur.

*In V. libro.*

Exponitur, quàm tremendus erit dies Iudicii vniuerſalis, attentâ commotione, quæ primò continget in elementis, in hominibus & Angelis; & crudeliſſimâ Anti-Chriſti perſecutione, ſicut & lugubri tubæ ſono, quo totum genus humanum ad præfatum Iudicium conuocabitur.

*In VI. libro*

Oſtenditur tremendus dies vniuerſalis Iudicii, propter qualitatem Iudicis: videlicet, propter eius Maieſtatem, & magnificum comitatum: propter locum & tempus, quo judicabit: propter ſententiam, quam in damnatos fulminabit, adiudicaturus eoſdem pœnis Inferni: cuius horror & tormentum pariter deſcribuntur.

(o)

# AD PEREGRINUM TERRÆ,

## Siuè

# Diſpoſitionem ad bonam mortem.

## INTRODUCTIO.

Hebr. c. 12. *NOn habemus hic ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus.* Senſus Apoſtoli verbis hiſce comprehenſus hic eſt: nullus ſit adeò ſui palpo, qui fallacibus, apparentibus, blandiſque rationibus ſibi perſuadeat, non neminem huius ſimul & alterius Mundi ciuem eſſe poſſe, regnare fœlicem in ſæculo præſenti, & in futuro triumphare beatum, frui creaturis in vita præſenti, & ſatiari Creatore in altera; ſed neceſſè eſt, vita ſuccedat alternatiua, & vnam quis eligat è duabus: aut peregrinetur in terra, & viuat vt ciuis cœli; aut è contra profiteatur ſe eſſe peregrinum futuræ vitæ, & conuerſetur ciuis inſtar vitæ præſentis.

In hac electione, vt docet Apoſtolus, nemini dubium eſt, præferendum eſſe cœlum terræ, bonum æternum temporali, Diuinum humano. Quapropter idem

idem Apoſtolus, veluti Spiritus ſancti tuba, allegato Scripturæ loco, tanquam vniverſali quodam Manifeſto, vniuerſo denunciat Mundo, vt vnusquiſque, efficacem ſalutis ſuæ gerens curam, ſemel intelligat & comprehendat, quod *non habemus hic*, in hoc loci puncto, *nunc*, hoc temporis momento, *ciuitatem permanentem* & ſtabilem, *ſed futuram inquirimus*, & neceſſe eſt, nos, vt veri peregrini terræ, deſideremus, procuremusq; patriā noſtrā cœleſtē, ad illam aſpiremus, propter illā ſuſpiremus, ac viuamus ſolis vitæ neceſſariis contenti, ſpontè nos priuantes iis, quæ in Mundo ſuperflua ſunt. Ita affirmat S. Bernardus: *Peregrinus eſt qui ad Patriā ſuſpirat, ad Patriā tendit, & victum & veſtitū habens nō vult aliis onerari.* Auſcultēt hanc doctrinam vani Mundi amatores, qui vtriusq; patriæ ciues eſſe cupiunt, vtriusque regni poſſeſſores, cœli terræque Domini eſſe ambiunt. Attendant ad illud D. Auguſtini dictum: *Qui non gemit peregrinus, non gaudebit ciuis. Peregrinus deorsùm, & ciuis ſursùm.* Si fuerit hic in terris peregrinus, in cœlis ciuis erit. Hinc veritati, vt idem ſanctus Doctor affirmat, præclarum Deus perhibuit teſtimonium in Abel & Cain ſub Mundi initium: primus, vt prædeſtinatorum exemplum, fuit peregrinus terræ, cœli ciuis: ſecundus, veluti reproborum caput, fuit ciuis terræ, peregrinus cœli. Ecce ſignum euidens, quo cognoſcas, è quorum, an prædeſtinatorum, an reproborum, ſis numero; conſidera, cuius patriæ ciuis exiſtas. Si te, vt patria, alliciat terra, ibidem nomen tuum ſcriptum reperies: *Ciuis terræ*: at ſi te prouocet, conſoleturque cœli habitatio, nomen tuum pariter eidem inſcriptum leges: *Ciuis cœli.* Verùm progrediamur, videamusque, quid factu opus ſit, vt quis tanquàm peregrinus in terra, & vt ciuis in cœlo viuat. Primò reſpondetur quæſito, peregrinationem terræ ſitam eſſe in præparatione ad bonam mortem, iuxta doctrinam S. Apoſtoli Petri: *Obſecro vos, tanquàm aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſideriis.* Tanquam peregrini terræ inordinatas veſtras mortificate paſſiones. In hac mortificatione propriè conſiſtit vera præparatio ad bonam mortem:

*S. Bern. ſer. 3 Quadrag.*

*S. Aug. Pſ. 144. lib. 15. de Ciuit. c. 1.*

*S. Petr. 1. c. 2.*

etenim illius ſuffragio mediante conſeruatur anima in gratiâ Dei, quæ eſt veſtis nuptialis ad benè ſanctèque moriendum neceſſaria. Reſpondetur ſecundo quæſito, eſſe ciuem cœli, nil aliud eſt quàm conuerſari inter Angelos, viuere inter Sanctos, viuere & hibitare in Deo, secundum dictum S. Apoſtoli Pauli: *Conuerſatio noſtra in cœlis eſt.* (Philip. 3.) In hac igitur vtraq; veritate ad ſalutem adeò neceſſariâ, veluti in duplici baſi & fundamento præcipuo, duos, Diuinâ opitulante gratiâ, fundabimus tractatus: primus erit de *Peregrino terræ*, ſeu de præparatione ad bonam mortem: alter aget de *Ciue cœli*, ſeu de *cœleſti conuerſatione*. Primus ſubdiuidetur in diſpoſitionem ſeu præparationem remotam in vita faciendam, & in diſpoſitionem proximam tempore morti vicino peragendam, & erit veluti quoddam *Itinerarium pro futura vita*. Et inchoantes à diſpoſitione remota, agemus primò de neceſſitate huius diſpoſitionis; deindè de modo, quo facienda eſt. Hic tractatus in plures ſecabitur libros: in primò agetur de præparationis huius neceſſitate, vti diximus: in ſecundo de abſtinentia à malo: in tertiò de operatione boni: in quarto de expectatione Christi in morte: in quinto de Aduentu eius ad Judicium vniuerſale: in ſexto de pœnis Inferni, Pro materia paradiſi cœleſtis remittitur lector ad ciuem cœli.

PERE-

# PEREGRINI TERRÆ

ſeu

*Præparationis & diſpoſitionis ad bonam mortem.*

## PARS I.

## LIBER PRIMVS.

### *De neceſſitate præparationis ad bonam mortem.*

PRæcipua hallucinatio, quâ irretiti ſunt Mundi ſequaces & dilectores, eſt quod firmiter ſibi perſuaſum habeant, credantque, ſub finem vitæ ad benè moriendum ſe fore diſpoſitos, vel ſaltem diſponere poſſe, eſto nulla præcedat benè viuendi norma ad bonam diſponens mortem; cogitant ſufficere bonam voluntatem de futuro, tametſi mala ſit de præſenti: miſericordiam Dei in vita non acceptatam, imò neglectam & ſpretam debere poſſeque reſumi in morte iudicant: perſuadent ſibi, etiam cum fuerint agoni proximi non defuturum ſibi, nec deeſſe poſſe tantum temporis, quod ſufficiet ſaltem ad eliciendum actum contritionis, obtine-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

obtinendamque ſalutem. Hæc eſt falſa Mundi imaginatio, peſtifera doctrina hæc eſt à Dæmone edocta & ſuggeſta, hæc eſt ratio ſtatus, quæ Sathanæ regnum in Inferno ditauit, cumulauit & ampliauit. Quamobrem contra hoc dogma Diabolicum, quod adeò peſtiferum, Mundoque perniciosſum eſt, nonnulla proferemus motiua, & rationes probantes, quod iuxta ordinariam Dei legem præparatio ad bonam mortem ſupponat diſpoſitionem bonę vitę, veluti forma ſuam diſpoſitionem: & qui in vita vult viuere & eſſe inimicus & hoſtis Dei, eundem in morte quoque reperiet inimicum, & qui viuendo Diuinâ vult eſſe orbatus gratiâ, eâdem quoque orbatus manebit moriendo. Iuxta curſum ordinarium ex vita capitur prognoſticon mortis: cupisnè ſcire, quâ morte morieris, inſpice, quam ducis, vitam; ſi vita tua bona eſt, bonam ſecurè ſpera mortem: ſi mala eſt & impia, malam time mortem. Sed ad rationes, quæ hanc euincunt veritatem, procedamus, & ſex erunt.

Prima, Decretum Dei.
Secunda, Oraculum Chriſti.
Tertia, Authoritas ſacræ Scripturæ.
Quarta, Teſtimonia Sanctorum.
Quinta, Rationes & argumenta.
Sexta, Exempla.

## *Decretum Dei.*

## Caput I.

Neceſſaria eſt in vita præparatio ad bonum mortis exitum propter iuſtum Decretum Dei, quo determinauit & ſanciuit, quod, de lege ordinaria, ſi quis in vita obliuiſcatur Dei, è contra Deus illius obliuiſcatur in morte: *Obliuione obliuiſcar eorum, quia oblitus eſt mei populus meus.* Hic modus loquendi idem replicans vocabulum (*obliuione obliuiſcar*) in ſe continet vim ampli-

*Oſeæ c. 1. Ierem. c. 18.*

amplificandi. Et Deus vult dicere : tali modo pec-
cantium obliuiſcar , vt nunquàm deinceps meæ Ribera loc.
occurrant memoriæ. O punitionem inexplicabilem cit. Oſea.
tremendæ iuſtitiæ vindicatiuæ Dei! & vnam obliuio-
nem caſtigat per aliam : obliuiſcitur peccator Dei, &
Deus obliuiſcitur illius. Obliuiſcitur peccator, ecce
culpam; obliuioni traditur, ecce pœnam. Sed quis
enarrare poteſt, quàm grauis & magna ſit pœna iſta,
obliuio Dei : quia eſſe aliquem à Deo obliuioni tradi-
tum, eſt eſſe à Deo derelictum, derelictum ab eius gra-
tia, derelictũ ab eiusdẽ protectione & tutela : ſignum fi-
nalis impœnitentiæ, Diuinæ reprobationis indicium,
arrha damnationis æternæ. Seriò igitur peruolue ani-
mo, perdilecte Chriſtiane, quid facis, quando in vita
Dei tui obliuiſceris, quando eius amicitiam & familia-
ritatem flocci pendis, nihil curas : omnipotentem Dei
manum, qui te proſternat, euertat, & in abyſſum ſum-
mæ infinitæq; miſeriæ præcipitem agat, prouocas. Co-
gita igitur, quâ ratione *Dominus exercituum decreuit, & Iſa. 14.
quis poterit infirmare?* Deus exercituum ab æterno ſic
determinauit ; quod negligentia in vita commiſſa, à
Chriſtiano perſoluatur in morte, & quis Diuinam po-
terit impedire voluntatem? *Ego Deus & non mutor.* Malach. 1.
Quemadmodum, inquit Deus, ego in natura immuta-
bilis ſum; ita & in voluntate : quamobrem *quod ſemel
volo* efficaciter; ſemper volo. Verum quænam eſt cauſa,
interrogat S. Auguſtinus, quod *Deus deſerit deſertorem,* S. Aug. ſer.
& obliuiſcitur ſui obliti? Reſpondet, *vt iuſtitiam ſeruet:* 88. de temp
quia ſi peccator primò fuit oblitus Dei, rationi omninò & de Nat.
conforme eſt, ſicque Diuina exigit iuſtitia, vt Deus obli- & Grat. c.
uiſcatur quoque peccatoris. Hæc eſt cauſa Diuino eius 26.
inſerta Decreto ſuprà nominatò : *Obliuione obliuiſcar*
prorsùs, & in omnibus, & ſemper peccatoris. Et ſi petas
cauſam, ecce; *Quia oblitus eſt mei populus meus.* Obliui-
ſcar eius in morte, quia ipſe mei primò oblitus fuit in vi-
tâ. Ubi notandum eſt, quod, cùm Deus ſit ſummè miſeri-
cors & iuſtus, & non minùs infinitè iuſtus, quàm infinitè
miſericors, vtrique virtuti ſatisfacere cupiat: ſatisfacit
Miſericordiæ, nunquàm deſerendo quempiam, Trid. Seſſ. 6
niſi primò ab eo deſeratur : *Deus non deſerit niſi* c. 11.
*prius*

*prius deſeratur.* Satisfacit Juſtitiæ, relinquendo & deſerendo peccatorem, quando à peccatore deſer-
2. Paral. c. 2. tus & relictus fuit: *Vos reliquiſtis me, & ego relinquam vos.* Quaſi dixerit Deus: Vos eſtis in cauſa, de vobis metipſis doleatis. veſtram vos inchoatis ruinam & perditionem, vos æternæ veſtræ miſeriæ datis principium: me vos illuminante, lumen impediuiſtis vos ipſos excœcando, me vos vocante, aures obturaſtis, me vos excitante & mouente, obſtinatione veſtra vos reddidiſtis immobiles. Hæc igitur Dei conſuetudo eſt, hæc eius natura & lex infallibilis, vt non miſericors tantùm, neq; ſolùm iuſtus exiſtat; ſed vtramque ſimul exerceat virtutem, cum beneuolis eſt miſericors, cum obſtinatis &
Pſal. 15. rebellibus iuſtus. *Cum ſancto ſanctus eris, cum peruerſo peruerteris.* Perſonis pietati & miſericordiæ deditis pietatem tuam & miſericordiam præſtabis, at peruerſis & obduratis corde exhibebis iuſtitiam. Quo loquendi modo Pſalmiſta inferre videtur pro conſolatione noſtra, nimirùm, in noſtra eſſe poteſtate habere Deum, ſicut volumus. Vis eum inuenire miſericordem? quod è tua parte, tibiq; incumbit, age, exhibendo aliis miſericordiam. Vis, vt tui memor ſit mortis tuæ tempore adeò pericu-
Pſal 79. loſo, *oſtendat faciem ſuam ſuper te?* ſemper in corde tuo memoriam Dei conſeruare ſatage, conſeruando te in ſancta eius gratia. Ecce, mi Chriſtiane, ſalus tua in manu tua eſt: vti ages, ita tibi retribuetur: qualis eris erga Deum, talis erga te Deus erit: *Eâdem menſurâ,* ſeu bonâ, ſeu
Matth. c. 7 malâ, quâ *menſi fueritis, remetietur.* Concludo igitur hanc primam rationem; ad bonam mortem neceſſaria eſt bonæ vitæ diſpoſitio: etenim tale eſt Decretum Dei, & æterna eius voluntas, in ſumma miſericordia, ſummaque iuſtitia fundata.

Verùm videamus, quid huic tàm efficaci & conuincenti motiuo Mundi ſtultitia reſpondere poterit. Dicet fortaſſis quiſpiam: verùm eſt, quod per viam & legem ordinariam qui malè viuit, malè moriatur, & qui in vita ad benè beatèque viuendum haud fuit diſpoſitus, neque in morte ad benè moriendum diſpoſitus erit; nihilominùs denegandæ non ſunt extraordinariæ Dei gratiæ, ſpeciales miſericordiæ, priuilegia inuſitata. Annon Deus cū

non-

nonnullis fortè diſpenſare poteſt, qui, eſto malè vixerint, benè moriantur? Verum eſt, quod Deus ſit iuſtus, at *miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Hic eſt peccatorum Achilles, hac apparente imaginatione vitam ſuam ſtabilire ſatagunt, volunt ſua excuſare ſcelera, conſolationem ſuam & lætitiam abſque timore totalis deſperationis manutenere & fauore ſtudent. Sed ad tollendam hanc è cerebro eorum phreneſim, neceſſè eſt, vrgens adſit Dei auxilium, eloquentia plùs Diuina, quàm humana, vt illuminentur illæ tenebræ, emolliatur iſta durities, ac peruerſa illa & inueterata è cordibus eorum eradicetur obſtinatio. Quapropter hoc munus & officium huiusmodi tollendi errorem aureæ totiq; cœleſt: D. Chryſoſtomi pennæ committamus, audiamus, quid hac in materia proferat. Interrogat S. Doctor: *Quid dicis? Erit aliquando tempus quando conuerti licebit?* Et hoc nō erit tempus præſentis vitæ, ſed futurum mortis. Quod idem eſt, ac ſi perſpicuis verbis diceres: nolo me conuertere in vita, volo in morte: *Verba hæc Deum valdè exaſperant*, iram Dei vehementer prouocant, Diuinam irritant iuſtitiam, ac gladium vindictæ vibrantem & fulminantem manui Diuinæ porrigunt. Hæccine eſt gratitudo illa, quam debes Deo, quod hucuſque te non caſtigauerit, quod tot tantisque peccatis immerſum conſeruauerit? Peccaſti, tuisque inordinatis ad optatum ſatisfeciſti paſſionibus? *ſiſte iam gradum.* Tempus eſt, vt finem imponas, noli ampliùs abuti Dei miſericordia; ecce, niſi peccatis tuis finem impoſueris, Deus dabit finē vitæ tuæ cū principio æternę mortis. Verum dices: *Multis dedit Deus priuilegiū, vt in vltima ſenectute confiterentur* & in morte, tametſi in vita nunquàm confeſſi & conuerſi fuerint. Hiſce inſtantiis obuiat maiori armatus zelo & ratione D. Chryſoſtomus: *Quæris priuilegium?* & in quem finem? vt malè opereris? vt eò liberiùs peccare poſſis in vita abſque fræno timoris iudicii Dei in morte? Hoc eſt quærere & petere priuilegium à Deo contra ipſummet Deum, eſt poſtulare gratiam à Deo, vt ipſum offendas. Visnè, vt Deus te non obliget ad habendam gratiam in vita, eo fine, vt ſemper, quamdiu vixeris, ſtare poſſis in peccato, & eſſe inimicus & in odio Dei? O ſtultitiam, con-

*Pſal. 144.*

*In ep. 2. Cor Hom. 22. fol. mihi 303.*

& cœcitatem inauditam! Si ſubditus ſuum adiret Principem, eique diceret: Domine, concede mihi priuilegium armorum, da mihi facultatem & licentiam, vt omnis generis arma, quæcunque mihi placuerint, geſtare poſſim, & Principi cauſam ſciſcitanti reſponderet ille: volo te iiſdem occidere, vitam tibi eripere deſidero; dic mihi, quid mereretur ſubditus iſte? quid reſponderet Princeps? id tibi conſiderandum relinquo. In præſenti caſu ſimile prorsùs occurrit peccatori cum Deo. Orat, deprecatur, ſupplicat: Domine, ſine me viuere iuxta votum & optatum meum, quodcunque enim iuſſeris, idipſum in morte me præſtiturum promitto: hanc mihi concede gratiam, indulge mihi hoc priuilegium, vt, tametſi te offendam in vita, me tibi reconcilies, & ad gratiam tuam admittas in morte. Quid reſpondebit Deus? *Qui ad mortem, ad mortem*: qui in vita moritur morte culpæ, moriatur quoq; in mortis tẽpore morte pœnę, & pœnâ æternâ. *Et qui ad gladium, ad gladium*; & qui in vita non timuit gladium Verbi mei, in morte præſtoletur meæ vindictæ gladium. *Et qui ad famem, ad famem*: qui pane Gratiæ ſe priuauit in vita, priuetur quoq; in morte pane Gloriæ. *Et qui ad captiuitatem, ad captiuitatem*: qui denique in vita ſeſe tradidit Sathanæ in mancipium eiusdem quoque mancipium ſit in morte. Hoc eſt reſponſum Chriſti. Sed progreditur S. Chryſoſtomus, & petit: *Quæris priuilegium? numquid tibi dabitur?* reſpondebis: *fortaſſè dabit*, poteſt eſſe, quod Deus ſit illud mihi daturus. Ergò in vno fortaſſè, in vno *poteſt eſſe*, fundamento adeò fragili & vano nititur tota ſpes ſalutis tuæ? Quænam hæc in Mundo æſtimaretur dementia, ſi quiſpiam cum alio deſcenſurus in arenam, nullis ſe vellet præmunire armis, in vno fortaſſè ſolùm fundatus, *fortaſſè redibo* ſaluus & illæſus? aut ſi quis ducturus vxorem, pauperculam caperet, dicens: quia *multi ſic propter ſpem ditati ſunt*? aut exſtructurus domum, æ lificaret eam ſuper arenam, hac ſolâ ſpe illectus; *Multæ ſic conſtitere domus* debili nixæ fundamento? Quòd ſi in negotiis Mundi ſummæ id aſſcribatur imprudentiæ & dementiæ, quantò maior erit fatuitas & ſtultitia, ſi quis in negotio ſalutis animæ, vbi agitur de æternitate

tate huiusmodi committat negligentiam & ſocordiam? Sed ſi eiusmodi negligentiæ ſigna actusq; non aduertũtur, nec cõmittuntur in Mundo, quia prouocans vel provocatꝰ ad duellum, armis ſe præmunit; & qui ducit vxorẽ, prædiuiti conſociari optat, & in talem collimat; & qui erigit ædificium, ſupra ſolidum fundamentum id collocat: cur non etiam euitantur, ſed permittuntur in ſeruitio Dei? Quare concludit D. Chryſoſtomus: *Ideò oro, & obſecro, vt recedamus à malis*: non expectemus, neque differamus noſtram conuerſionem ad mortem vſque, *vt & promiſſa bona aſſequamur*, quæ Deus promittit bonis probisque in gratia eius viuentibus. Huculque Chryſoſt. Aſt vltimus, quo ſe peccator defendit, ſupereſt clypeus, cui ſatisfaciet ſanctus Bernardus. Quid dicunt Mundani? ſanctus latro ducatum nobis præbet, viam ſternit, additque nobis animum; Deus non eſt partialis, eam gratiam, quam Deus illi præſtitit, ſperamus & nos: ecce, & ipſe magnus in vita extitit peccator, magnus in morte ſanctus: ſine diſpoſitione bonæ vitæ, at cum optima diſpoſitione in morte; in vita caput & dux latronum, in morte exemplum verè pœnitentium. Huic reſpondet Sanctus cit. Doctor paucis verbis: adducere exemplum boni latronis, *non eſt afferre exemplum, ſed miraculum.* Vult inſinuare S. Bernardus; Chriſtus conuertit bonum Latronem miraculo Paſſionis ſuæ, non autem, vt in illo aliis daret exemplum, quod imitarentur. Quam ob cauſam notanter adiunxit iſta dicens: *Amen dico tibi*: quaſi diceret: hæc gratia extraordinaria eſt & miraculoſa: tibi ſoli exhibetur, & aliis non inſeruiet pro exemplo: & ratio, quia *tibi*, & quia *hodiè*: quia cum tàm bona tibi obtigerit fortuna & occaſio, vt hoc ſingulari & ſacroſancto adeo diè Paſſionis & mortis meæ mihi præſens exiſtas, ideò, ſicut hoc die in Natura, ita quoque in Gratia prodigia fiunt & miracula. Et quemadmodum ſciſſio petrarum, terræ motus & tremor, obſcuratio Solis fuêre miracula diei Mortis Chriſti duntaxat reſeruata; ita quoque quod vnus peccator, qui in vita ſemper peccator extitit, in malo habituatus, rebellis Gratiæ & amicitiæ Dei, ſubitò, in vno temporis momento, ſub finem vitæ mutet affectum, mutet volun-

S. Chryſoſt. l.c.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tatem, obſtinatum deſerat animum, obtemperet Gratiæ, & conuertatur ad Deum; hoc, inquam, prodigium eſt, quod ſolùm patrandum eſt ipſo die Paſſionis Chriſti, in qua is Sanguinis ſui vim & efficaciam oſtendere voluit. Igitur exemplum S. Latronis miſeris peccatoribus animum haud addere, ſed timorem potiùs & tremorem incutere debet. Sed quid eſt, quod Mundani exemplum Latronis boni adeò promoueant, illuſtrent & extollant, & non mali Latronis inſpiciant exemplum? Profectò maiorem ex hoc timorem, quàm ſpem ex illo concipere deberent. Quis vnquàm exiſtimaſſet, quod die tantæ miſericordiæ, qualis fuit is, quo verus & naturalis Dei Filius pro peccatoribus mortem in Cruce ſuſtinuit, vnus peccator, à latere Chriſti exiſtens, precibus eius adiutus, animatus illius verbis, ſanctiſſimæ Virginis confortatus præſentia, tot tantisque ſignis & prodigiis monitus deterritusque, tempore præſertim gratiæ & miſericordiæ, ſine potentia, absque contritione, obſtinatus & impœnitens moreretur, damnareturque? O prodigium humanæ obſtinationis! ô miraculum cordis obcæcati, obduratique in malitia & peccati iniquitate! Verùm id permiſit Deus, vt cuncti intelligerent, quàm ſtabilis, firma, & conſtans ſit Diuini Decreti diſpoſitio, quod, qui malè viuit, malè moriatur, & qui non ſe diſponit in vita ad veſtem nuptialem Gratiæ, neque enim diſpoſitus reperiatur in morte. Ergò ſubſiſtit prima probatio, quod de lege Dei ordinaria diſpoſitio ad bonam mortem, in vita quoque procedere debeat, & quorundam conuerſiones, mortis non vitæ tempore factæ, ſint conuerſiones veluti miraculoſæ, potius admirandæ, quàm imitandæ. Et hæc de primo motiuo, nempè, de Decreto Dei. Veniamus ad ſecundum.

*Ora-*

## *Oracvlum Chriſti.*

# Capvt II.

SEcundò neceſſaria eſt hæc præparatio ad bonam mortem propter Diuinum Chriſti oraculum tàm ſeriò, tàm inſtanter eandem commendantis, & præcipientis in ſacro Evangelio, cùm ait: *Eſtote parati, vigilate & orate: neſcitis enim, quando tempus ſit*, nimirùm, mortis veſtræ. Cauete vobis, magnâ cum diligentia vocate orationibus, nè mors improuiſa vos abripiat. Et quia quiſpiam credere poſſet, hoc monitum, quo Chriſtus Dominus commendat nobis præparationem ad bonam mortem, non eſſe vniuerſale, ſolos Apoſtolos, non omnes & ſingulos concernens, concludit Saluator diſcurſum ſuum, dicens: *Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate.* Omnibus & ſingulis cómune & neceſſarium eſt hoc documentum: ſæcularibus, religioſis, viris & fœminis, omnibus perſonis, cuiuscunque conditionis & ſtatus exiſtant: &, vt paucis plura complectar, omnibus, quicunque efficaciter ſaluari optant & deſiderant, competit: *Omnibus*, abſque vllius perſonæ diſtinctione, *dico*; *vigilate* à mortifero peccati ſomno excitati: enimuerò, quod ſi in eo adhuc viuentes obdormiueritis, neque mortis etiam appropinquante tempore ab eodem excitabimini. *Vigilate*, diligenti veſtri præſertim cordis, nè ab alio, prætetquam à Diuino, poſſideatur amore, cuſtodiæ attendentes. *Vigilate*, hoſtium veſtrorum defenſioni & victoriæ incumbentes, quod ſi enim de iiſdem in vita victoriam ſemper reportaueritis, victores quoq; euadetis in morte. *Vigilate*, denique cum bonæ vitæ diſpoſitione, vt in fine eiusdem ad bonam mortem diſpoſiti paratique inueniamini. Hæc erat Chriſti D. N. concio, quam frequenter repetebat, ſuisque Diſcipulis & reliquis omnibus inculcabat. Et quia hæc materia ſaluti noſtræ valdè neceſſaria eſt, multumq; confert emolumenti, eandem veritatem Saluator noſter variis diuerſisq; illuſtrauit parabolis, vtpotè Patrisfamilias, improbi Serui, Virginum fatuarum, talentorum, nuptiarum filii Regis.

*Matth.* 24. *Matth.* 25. 24.

*Matth.* 24. Et in prima parabola nos docet, quod ſicut Paterfamilias, ſi illius horæ, quâ fur veniret, haberet notitiam, vigilaret vtique; at quia horam determinatam ignorat, totâq; vigilando nocte tædio afficitur, dormire incipit: quo tempore accedit fur, aufert & ſurripit è domo omnia: ad eundem modum Chriſtianus negligens, quia determinatam mortis horam neſcit, & moleſtiam haud exiguam experitur, vt cunctis vitæ ſuæ horis Diuinorum præceptorum inuigilet obſeruantiæ, ſomno ſe committit peccati, & ecce eodem tempore appropinquat mors, quâ mediante Diabolus ei ex improuiſo ſurripit totam ſubſtantiam, vitam & animam æternis Inferni pœnis excruciandam. Ergò, vt vnâ horâ benè moriaris, cæteris omnibus horis, in gratiâ Dei conſtitutus, paratusque ſis, neceſſè eſt.

*loc. cit.* In ſecunda parabola, exemplo mali ſerui nos admonet, qui, quia videt, quod *moram fecit Dominus ſuus venire*, nec tamdiu expectare poteſt, curam domus ſibi commiſſæ deſerit, ac totum ſe tradit Mundi delicijs & voluptatibus: ſed ecce, cùm Dominus *in die, quâ non ſperat, & horâ, quam ignorat*, reuertitur, reperitque eum præceptis ſuis inobedientem, promeritam ei infligit pœnam. Idem prorſùs eueniet homini Chriſtiano, ni ſibi proſpiciat. Videt, quod *moram facit Dominus*, & mors nonnihil tardat, ſenſus obſequitur voluptatibus; ſed ecce, *die quâ non ſperat*, mors accedit, & quia nullis reperit inſtructum meritis, abſque vlla diſpoſitione, in malo ſtatu conſtitutum, moritur impœnitens; vnde æternis adiudicatur pœnis.

*Matth.* 25. In tertia parabola ob oculos noſtros ſtatuit, quid ſucceſſerit Virginibus fatuis, quæ quia in aduentu Sponſi minimè paratæ fuerant: ſiquidem lampades ferebant extinctas, oleo igneque vacuas, turpiter excluſæ fuere à nuptiis. Tales erunt impiorum animæ, præparationi ad bonam mortem nullam curam adhibentes. Veniet Chriſtus, Sponſus noſter ſub finem vitæ: & quia ſolâ fide inſtructæ, ſine oleo bonorum operum, ſine igne charitatis, reperientur, non tantùm non intrabunt cum Sponſo ad nuptias, ſed miſerè quoque in perpetuos Inferorum carceres detrudentur.

In quar-

In quarta parabola hortatur nos ad vtiliter fructuoſèque expendendum talentum Gratiæ per diſpoſitionē ad bonam mortem in vita faciendam: nè idem nobis eueniat, quod ſeruo pigro, qui minùs benè impendit talentum datum ſibi à Diuino, ſed abſcondit illud ſub terra, quam ob cauſam ſeuerè caſtigatus fuit. Idem continget peccatori, ſi talenta à Deo ſibi tradita in otio conuerterit, aut, quod peius eſt, malè expoſuerit, nec vllum fecerit lucrum bonorum operum ad Dei gloriam. *loc. cit.*

In quinta parabola nos admonet ad habendam nuptialem veſtem charitatis in vita, vt eadem induti compareamus tempore mortis noſtræ: ſecùs idem nobis dicetur, quod negligenti iſti ad nuptias inuitato dictum fuit: *Quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Ligatis manibus & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentium.* Et hæc de parabolis. *Matth. 22.*

Verùm haud ſufficit Chriſto Domino terminare concionem ſuam contra peccatores, qui cupiunt eſſe Dæmones in vita, & Angeli in morte: conuincit inſuper eorum fraudem nouo quodam ac terribiliori argumento, dicens: *Sicut erant in diebus ante diluuium &c. ita erit & aduentus Filii hominis*: quod diluuii tempore mundanis accidit hominibus, id in morte peccatoribus eueniet. Primò, Noë ex iuſſu & ordinatione Diuinâ prædicabat, vt peccatis vitæque impiæ finem imponerent, eò quod Deus ad iracundiam ſatis ſuperque prouocatus eos caſtigare, & diluuii aquis ſubmergere intenderet; at ipſe aures hiſce obturantes vocibus Dei ſeruum fatuum cenſurabant, ſermones eius flocci pendebant, vitamque continuabant iniquam peccata peccatis addentes. Secundò, eccè venit diluuium ex inſperato, & præter omnem expectationem: *Et non cognouerunt, donec venit diluuium*: Noë prædicanti inſtantis diluuii periculum credere noluerunt, donec propriis illud oculis conſpicerent. Tertiò, cùm veniret: *Tulit omnes*, ſuffocauit: perdidit & ad vltimum exterminium reduxit omnes.

Idem caſus nunc continget in Mundo. Concionatur Chriſtus in Euangelio, concionantur Prædicatores



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex ſuggeſtu, propria concionatur conſcientia & interna ſynderesis, hanc veritatem cunctis Mundi creaturis manifeſtat, quod *inſtat dies Domini*, & mors vicina, aduentus Domini ad iudicum & particulare, & vniuerſale: Solis occaſus, Lunæ mutatio, obtenebratio Aeris, Aquæ exiccatio, ſterilitas Terræ, arborum plantarumque defrondatio: denique totus Mundus hanc veritatem confitetur, cùm iam deficiat, ſeneſcat, & ad occaſum tendat: & ſolus homo immutabilem ſe exiſtimat, non credit Fidei, non perſuadetur rationibus, nec cedit experientiæ: mortem videt, & non credit: tangit eam, & non ſentit: vicina eſt, & remotam iudicat! O quæ faſcinatio viſum eius impedit! O quæ dementia cerebrum eius obfuſcat, ſi non eripuit! O quale iudicium Dei! O qualis punitio! O qualis pœna! at iuſta, at rationabilis, & propter peccata peomerita.

Et ecce miſerum peccatorem repentinum inuadit diluuiũ, nõ aquæ, non ignis, ſed tormentorum & pœnarũ æternarũ infernalium: conſpicit iratum Iudicẽ præſentem, horribilem audit ſententiam, nullam reperit fugam, nullus adeſt, qui ei ferat ſuppetias: tandem aduertit; aſt eo tempore, quod ipſum nihil prorſus iuuat, eo tempore, quo omnis porta iam occluſa eſt, quando remedio nullus ſupereſt locus, quando nihil prodeſt cognoſcere, quod ſit Mors, Infernus, Judicium, Deus. Noli procedere vlteriùs: ſubſiſte hoc in puncto, reflecte te parumper, & conſidera, quandò tempore Noë omnes illi, quotquot verbis eius fuêre increduli, aquis infeſtabantur, ſeque in gremio præſentis mortis conſtitutos conſpiciebant, absque fuga, absque reparatione, abſque remedio, denique absque omni ſuccurſu & auxilio, quomodo verbis ex imis cordis penetralibus prodeuntibus loqui cogebantur: O nos miſeros & infœlices! ecce totum verum eſt, quod Deus per ſeruum ſuum Noë nobis prædixit: ecce pœnam, quam nobis minatus fuit, ecce prophetiam & præſagium iam adimpletum. *Et nos* inſenſati &c. credebamus Prædicatorem Dei fuiſſe mentitum, ſomniaſſe, deliraſſe, ſenem quendam exitiſſe ſenſu & cerebro deſtitutum, nec, quod diceret, ſciuiſſe: & tamen verum eſt, noſtra ea fuit ſtultitia & vecordia, noſtra

ſtra negligentia, noſtra culpa. Conſtituti deindè in mortali vniuerſalis diluuii angore & periculo erigebant, oculos, intuentes arcam boni Noë, omninò ſecuram, abſque periculo, ſupernatantem; ad cuius aſpectum has aut ſimiles dolentes trementesque addebant voces: Serue Dei, miserere noſtri, in domum tuam nos recipe, pœnitet nos erroris noſtri, iuſſis & præceptis tuis deinceps obtemperabimus. Iam non eſt tempus ampliùs, reſpondebat ſanctus Senex, præteriit tempus gratiæ, effluxit tempus miſericordiæ: hoc eſt tempus iudicii, tempus executionis Diuinæ Juſtitiæ. Mementote, fratres mei, quotiès vobis dixerim: quieſcite agere perperſè, à peccatis abſtinere, in pœnam & condemnationem veſtram, niſi abſtinueritis, veniet diluuiū, & vos aures verbis meis obturaſtis, eaque tanquàm fabulas, mendacia, ſomnia & deliria exploſiſtis: nullus iam datur mutationi locus, tale eſt decretum Dei, & infallibilis Diuinæ voluntatis diſpoſitio. Hic caſus infœlicibus illis ſucceſſit: tuique certum indicium eſt, ſi modò, adhuc viuus voci Dei non aperias aures, Diuinam inſpirationem non acceptes, non viuas inſtar veri Chriſtiani, diſponendo te ad vltimum finem: perſuadendo tibi, te eſſe mortalem, ad mortem natum, mortem præ foribus adeſſe, & Deum non indulgere tempus ei, qui nullam habuit rationem temporis, neque locum pœnitentiæ, qui illam in vita fugit.

Imponatur finis huic capiti doctrinâ quâdam Chriſti, propoſito noſtro valdè accommodâ. Docet Evangeliſta, quod duæ dentur viæ, vna *lata, quæ ducit ad perditionem*: altera *arcta, quæ ducit ad vitam*. Vndè æterna Sapientia vult inferre: ex via cognoſcitur terminus: quemadmodùm, qui viam ingreditur Romanam, Romam attinget; ita qui ambulat per viam mortis, conducetur ad mortem, & qui ambulat per viam vitæ, vitæ attinget terminum. Vos ergò deducite conſequentiam: Peccator impœnitens, & qui in vita haud ſeſe diſponit ad mortem, per viam latam ambulat; ergò ad terminum mortis, ad finē perditionis deueniet. Hoc idem Chriſtus confirmat exemplo arboris: *Non poteſt arbor bona* *Matth. c. 7.*

*malos fructus facere, neq; arbor mala bonos fructus facere.* Toto vitæ tempore fuiſti arbor mala & peſſima, viuendo ſemper in peccato: quomodo ſperare poteris, te ſub finem vitæ pro ducturum vitæ fructus? Et ex hac Chriſti doctrinâ infert S. Apoſtolus Paulus, quod quæ ſeminat homo in vita, hæc & metat in morte, & colligat conformiter ſeminauerit. *Galat. 4.* *Deus non irridetur.* q. d. Verba Dei non ſunt trahenda in iocos & riſus, *quæ ſeminauerit homo, hæc & metet.* Quod ſi igitur tempore vitæ tuæ nonniſi peccata & offenſas Dei ſeminaſti, quomodò igitur in morte gratiam & reconciliationem cum Deo metes? Huc vſque Oraculum Chriſti, quo Evangelii veritas remanet demonſtrata, & coniuncta Mundi falſitas: quod, videlicet, vita mala haud eſſe poſſit diſpoſitio ad bonam mortem; ſed malam ſubinferat mortem, & qui viuit in peccato, vbi ſperat mori in Gratia, moriturus ſit in peccato.

## *Authoritas ſacræ Scripturæ.*

# Caput III.

TErtio loco pro eiuſdem veritatis probatione accedit authoritas Spiritus Sancti in ſacra Scriptura expoſita: etenim quod proponit Pater, approbat Filius, confirmat Spiritus ſanctus.

*Amos c. 1.* In Amos Propheta leguntur hæ minæ Dei: *Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quartum non conuertam eum,* q. d. propter tria peccata Damaſci adhuc eis miſerebor, eaque remittam; aſt ſi peccatis iſtis peccata adhuc adiecerint, non remittam, neque veniam dabo. Horum peccatorum, iuxta Ruperti expoſitionem, primum eſt conſenſus, ſecundum opus, tertium conſuetudo, quartum & vltimum, de quo loquitur Deus: *non conuertam eum,* eſt peccatum obſtinationis; & eſt eorum: qui in vita nolunt agere pœnitentiam; ſed tempore inſtantis mortis pœnitere cupiunt. *Ruperti. in hunc locū.* Hoc, inquit Deus ſumma veritas, tranſire non poteſt, non ſunt termini ſi-

mul

mul volbiles hæc duo, impœnitentia in vita, & pœnitentia in morte; odio habere conuerſionem in vita, & amare eandem in morte: vt amplexeris peccatum adhuc ſanus & viuus, factus verò infirmus infirmus & moribundus velis illud deſerere. Quis non expaueſcet ac formidaret horribile illud & tremendum Dei verbum: *Non conuertam eum*? Peccatori tempore mortis ſuæ nullum dabo locum pœnitentiæ, non conuertam de ſtatu peccati ad Gratiam, non benigno Patris, ſed iracundo & horribili Judicis vultu eundem reſpiciam. Accedat nunc peccator, & libero corde, altâque voce dicat: *Conuertar* in morte, tunc agam pœnitentiam, totus ero Dei, nûcium mittam Mundo, Carni & Dœmoni: enimuerò reſpondet Deus: *Non conuertam eum.* Teipſum fallis, ô infœlix, putasne te conuertere ſine Deo? Deus inquit: *Non conuertam*, & tu contrarium illius, quod Deus loquitur, affirmare audes? *O conuertar*, vanum & verſipellem impoſtorem, qui paradiſum inuaſtaſti, infernum ditaſti! *O Non conuertam*, verum certum ac infallibile Dei eloquium, quo iuſtiſſimè caſtigat peccatores! Prodeant nunc in medium omnes damnati ex orco, interrogemus eos, quid dixerint in vita? *Conuertemur in morte.* Quid dixit Deus? *Non conuertam eos* in morte. Utra harum ſententiarum verificata fuit: quis dixit veritatem? Omnes iſti ſpe ſuâ decepti ſunt, *errauerunt in via veritatis*: Deus ſolus veritatis aſſertor, totum, quod dixit, verificatum fuit. Dixit, *Non conuertam in morte*, & re ipſâ, vti Deus prædixit, ita factum eſt, in morte non conuerſi, ſed poſt mortem æternis cruciatibus adiudicati & damnati ſunt. Idem vobis planè continget, ſi in vita non conuerſi, inſtante morte vos primò conuertere decreueritis. Quapropter hanc ſententiam tanquàm veritatem irrefragabilem, indelebilibus litteris & characteribus cordi veſtro inſcribetis: *Qui non ſe conuertit in vita, & in morte ſeſe conuertere cogitat, is neque in vita, neque in morte ſeſe conuertet*: non in vita, propter defectum peccatoris dicturi: *Non conuertar*; non in morte, propter iuſtiſſimam punitionem Dei dicturi: Non conuertam. Muta ergò ſententiam & mentem, perdilecte Chriſtiane; illud *Con-* Sap. 5.

*uertar* , quod inutiliter & fruſtratoriè pro morte reſeruas, vſurpa in vita, & noli ampliùs dicere in futuro verbum illud, *Conuertar*; ſed conuertor in præſenti : ecce ſubitò, *hîc*, hoc in loco, vbi de facto ſum, *nunc*, hoc ipſo temporis memento, in quo viuo actualiter, vitam muto, deſero peccatum, Diabolo renuncio, redeo ad ſeruitutem Dei mei, veri & naturalis mei Domini. Sicque ſecurus, quod ſi te in vita conuerſioni dederis, mortis quoque tempore conuerſum te deprehendes.

Hanc ſcripturam Amos Prophetæ aliâ quâdam ex Oſeâ deſumptâ ſtabiliamus & confirmemus. Quadam vice percepit Deus Oſeæ Prophetæ, *vt acciperet ſibi vxorem fornicationum*. Obediuit Propheta, & cum ea habuit tres filios, primus vocabatur, *Afflictio*; ſecundus *Absque miſericordia*; tertius, *Non populus meus*. Quo facto Deus demonſtrare voluit tres miſerabiles peccatoris ſtatus, *in vita, in morte, & poſt mortem* : in vita vocabitur *Afflictio*, quia continuò affligetur & torquebitur à remorſu conſcientiæ, propter peccati, in quo conſtitutus eſt, obſtinationem. In morte habebit nomen *Absque miſericordia*, quia cùm Dei miſericordia Dei hactenùs fuerit abuſus tempore vitæ, eam non reperiet, & in pœnam omnis illi denegabitur miſericordia in morte. Et poſt mortem dicitur ; *Non populus meus* : quia ab electo populo Beatorum in cœlis excludetur, & cum populo reprobo damnatorum in Inferno condemnabitur. Conſidera modò hos tres infœlices peccatoris ſtatus, & vnum peiorem altero. Malus eſt primus, peior ſecundus, tertius peſſimus ; & per vnum fit aſcenſus ad alterum ; obſtinatio in vita conducit ad impœnitentiam in morte, & iſta ad damnationem poſt mortem. Caue igitur, nè pedem in primo gradu colloces, ſecùs, te quoque reluctante, peruenies ad ſecundum, & ex hoc ad vltimum, ac proindè ad extremam ruinam tuam & miſeriam.

Utrique huic Prophetarum authoritati adiungatur
*Eccleſ. 5.* tertia, quæ eſt authoritas Eccleſiaſtici : *Ne dicas: Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur* in morte. *Miſericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit*, q.d. miſericordia namque Dei pari gradu & greſſu ambulat cum ira & iuſtitia

ſtitia eius, vt oſtendat ſe miſericordem ergà peccatores, & inimpœnitentes iuſtum: ſiquidem graue delictum, & ſacrilegium intollerabile eſt, abuti miſericordia Dei: ſi quis, nimirùm, ea vtatur, vt eò magis offendat Deum, in cuſque perſeueret inimicitia & offenſa. Sperandum quidem eſt in miſericordia Dei; ſed vt quamprimùm peccati ſtatui valedicas, & ſubitò cum Deo te reconcilies, ſecùs teipſum defraudabis, & vbi ſperas obtinere miſericordiam, reperies iram, iuſtitiam & vindictam Dei: quia *ira Dei reſpicit peccatores*, vel vt alii legunt: *requieſcet ſuper peccatores*, vindicatrix manus Dei peccatores obſtinatos non caſtigabit obiter, ſed per omnia ſæcula, & in æternum conſtanter & permanenter in eis perſeuerabit ira Dei. Hæc igitur ſententiæ huius ſit concluſio. Miſericordia & ira Dei pari greſſu ambu-qui miſericordia Dei abutitur in vita, eiuſdem iram ex-lant: & peribit in morte.

Concludat hoc caput ſapiens conſilium per Dauidem Regem traditum Filio ſuo Salomoni: *Tu Salomon, fili mi, ſcito Deum patris tui, & ſeruito ei corde perfecto.* Procura Salomon, fili mi, vt Dei recorderis in vita tua, eique toto corde ſeruias. *Si quæſieris eum* in vita tua, *invenies* ipſum & in vita & in morte tua: *ſi autem dereliqueris eum* in vita, *proiiciet te in æternum* in morte tua. Eandem pro ſe petebat gratiam Regius Propheta, dicens: *Conuertere, Domine, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam, quia non eſt in morte, qui memor ſit tui.* Pſal. 6. Modò adhuc mihi viuenti largire gratiam, Domine, & egò verè perfectèque me conuertam ad te: alioquin neque etiam in morte memor tui ero, à te derelictus.

*Teſtimo-*

## *Teſtimonia Sanctorum.*

# Caput IV.

OMnes ſacri Doctores vnanimi mente & corde in hanc conſpirant veritatem, quod vita ſit præſagiũm & indicium mortis, & qualem quis ducat vitam, talem quoque ſortiatur mortem. Verùm ad fugiendam prolixitatem, quatuor ſolós adducam: duos Græcos, S. Baſilium & S. Chryſoſtomum: duos Latinos, S. Auguſtinum & S. Gregorium.

*S. Baſil. in Hom.*

Et vt exordiar à S. Baſilio, peccatum ad mortem vſq; à conſcientia deportatum appellat hic S. Doctor plagam incurabilem & inſanabilem: *Affectus incurabilis, quia affectus inueteratus*, quaſi in naturam conuerſus, iuxta

*Nahum. 3.*

dictum Prophetæ: *Peſſima plaga tua*, manifeſtum miſeræ mortis quaſi præludium. Diſtinguit quoque ſanctus Doctor duas ſpecies pœnitentiæ: *altera eſt promouens ad peccatum*, & hæc eſt mala, eſtque eorum, qui differunt pœnitentiam, & ad mortem vſque prolongant; *altera exigens lapſum*, & è ſtatu peccati educens, & hæc eſt bona, eſtque verè pœnitentium propria, qui in vita pœnitentiam agunt, & ſubitò à peccato reſurgunt. Undè quempiàm hortatur ad amplexandam pœnitentiam præproperam & expeditam, & ad fugiendam pœnitentiam tardam: *Qui enim hìc pœnituerit, in nouiſſimo non pœnitebit.* Culpat igitur & vituperat ſanctus Baſilius ſeram ac tardam pænitentiam, ad extremum vſque vitæ terminum dilatam, propter magnum, quod ſecum confert, ſalutis periculum: quia non eſt pœnitentia peccati, ſed pœnitentia pœnitentiæ, nimirum, quod in vita, vti par erat, non pœnituerit. Huc vſque ſanctus Baſilius.

*S. Baſil. conc. de Pœnitent.*

*Idem in admonitione ad filium Spirituale.*

*In epiſt. 2. ad Cor. Hom. 22.*

*To. 1. ep. 2. ad Theodo, lapſum.*

Accedat nunc S. Chryſoſtomus, ita monens in quadam Homelia: *Nè moreris conuerti ad Dominum, nè differas de die in diem.* Et huius rationem reddit: *Periculum enim, & metus in differendo: ſalus verò certa & ſecura, ſi nulla ſit dilatio.* Diſtinguit ſanctus Doctor pecca-

peccatorem à duratione, quâ in peccato perſeuerat, & hoc ſecundum, inquit, grauius eſt, Deoque valdè odibile: quia *peccaſſe humanum, perduraſſe diabolicum. Quid in peccato magis impium? In peccato ſtare. Quid peius in caſu? Iacere in eo,* & non ſe erigere. *Et peccatores non dolendo magis Deum prouocant, quàm peccando.* Hæc doctrina eſt ſancti Apoſtoli Pauli: *Non apprehendat vos tentatio niſi humana.* Vult dicere Apoſtolus: quod ſi Angelus eſſe nequeas, nō ſentiendo peccatum; ſed te habeas vt homo, peccata conſentiendo, noli eſſe Dæmonis inſtar, perſeuerando & viuendo in peccato: quia ſi Dæmoni ſimilis fueris in culpa, ſimilis quoque ei eris in pœna. Verùm ſi progrediaris, & interroges D. Chryſoſtomum, quâ de cauſa adeò impium & diabolicum eſt perſeuerare in peccato? & quare obtinget eis mors adeò infauſta & periculoſa? Reſpondebit, quia eo tempore erunt veluti mancipia & ſerui Sathanæ propriorum *peccatorum vinculis* & catenis *colligati, cuſtodem habentes infeſtiſſimum Mundi amorem* & carnis, qui crudeliſſimi inſtar tyranni eos poſſidebit, iiſque dominabitur, quouſque eos præcipites agat in æternæ mortis ſupplicia. Proſequitur S. Chryſoſtomus & ſummoperè obſtupeſcit, non deeſſe peccatores adeò inſenſatos, orbatoſque cerebro, qui non niſi, quod vident, credunt, audentque dicere: *Interim fruar præſentibus, & tunc de incertis conſiderabo*, adhuc tempus erit in morte de bonis futuris & incertis inſtituere meditationem: *Hodiernum mihi concede, & ſume tu craſtinum. O dementiæ exceſſus!* O inauditam veſaniam! *& quid ab hircis & ſuibus iſta dicentes differunt?* Quid dicitis? ſuntnè ea incerta, quæ de futura vita ſparguntur? Et ego reſpondeo, quod *ſunt viſibilibus certiora*: quia in viſibilibus ſenſus decipi poſſunt; at anima fidei illuſtrata lumine in veritate ſacræ Scripturæ minimè errare & decipi poteſt. Dices, *Num de cœlis aliquis venit, & dixit, quod Deus eſt, qui cuncta creauit?* Non deſcendit, nec homo, nec Angelus (quibus fide infallibili haud crederetur) *Sed deſcendit Angelorum Dominus, qui omnia diligenter nunciauit*, & proprio ore nos docuit & declarauit ſanctæ noſtræ fidei myſteria, & in particulari, *quod gehennam parauit* malis, &

*Tom. 1. Hō. 1. de pœnitent.*

*1. Cor. 10.*

*Hom. cit.*

*Hom. 46.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lis, *& Regnum æternæ gloriæ conſtituit* pro bonis. Et hæc de teſtimonio D. Chryſoſtomi, ad D. Auguſtinum tranſitum faciamus.

S. Aug. To. 10. in Matth. ſer. 23.

Sanctus Auguſtinus pluribus in locis operum ſuorum, more ſolito pertractat egregiè hanc materiam. Ac primò docet, quodnam ſit tempus pœnitentiæ, quo nimirùm, in bona valetudine, nō autem in agone cōſtituti ſumus: *Non fallaciter dictum eſt: pulſate, & aperietur vobis. Sed modò, quando tempus eſt miſericordiæ,* quando adhuc ſani & incolumes ſumus, *non quando tempus eſt Iudicii & iuſtitiæ,* quod eſt tempus mortis. Et adfert exemplum de Virginibus fatuis; quibus *nihil profuit ſera pœnitentia,* propterea Chriſtus Dominus terribilem hanc & tremendam dedit eis ſententiam: *Neſcio vos, improbo vos, reprobo vos,* quod eſt idem dicere: declaro vos hoſtes meos, contra vos æternæ damnationis fulmino ſententiam. Quapropter *Vigilate, quia neſcitis diē, neque horam.* Semper vigilare debemus, præparantes nos in vita ad bonam mortem; modus autem iſte eſt: *Corde vigila, fide vigila, ſpe vigila, charitate vigila, operibus vigila.* Cuſtodia tuę cordis tui inuigila, in fide ambula, exerce actus Spei, in Charitate Dei viue, & bonis ſemper occupare operibus. O quàm pernicioſa eſt Peccatorum ſpes tempore vitæ! ait idem ſanctus Doctor: ſpes, quæ conducit ad deſperationem: *Inter ſpem & deſperationem fluctuant peccatores,* inter ſpem in vita, & deſperationē in morte. Dicunt in vita: *Bonus eſt Deus, miſericors eſt Deus: faciam quod mihi placet, quodlibet, laxabo habenas cupiditatibus meis.* Aſt quando infœlices iſti conſtituti erunt in agone, mutabunt mentem & linguam, dicturi intra ſe: Non datur deinceps locus veniæ: tot & tanta ſunt peccata noſtra, & abſque dubio *ad damnationem deſtinati ſumus, damnandi ſumus. Metuendum igitur, nè te occidat ſpes, cùm multùm ſperas de miſericordia. Metuendum rurſus, nè te occidat deſperatio, cùm putas tibi non ignoſci, quæ grauia commiſiſti.* In hac D. Auguſtini doctrina conſidera; quanta inter ſpem Juſtorum & ſpem Peccatorum exiſtat differentia: illa *eſt ad vitam,* quia adiunctam habet pœnitentiam & dolorem de peccatis: hæc *eſt ad mortem,* quia eam comitatur impœnitentia & affectus ad peccatum. Spera igitur, chariſſime; ac

Matth. 25.

S. Aug.

Tom. 9 in Ioan. art. 33



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſpera benè; ſpera bonam ducens vitam, ſpera bona exercens opera: hæc enim eſt vera illa ſpes, quæ *non confundet in morte*; & non ſpera peccando, & malè viuendo: hæc enim ſpes falſa eſt, quæ te in vltimam deducet ruinam & deſperationem tempore mortis. In qua (quis id crederet) miſer dicet Peccator: *Deſpero*, quia deſperaui: hùc me vana ſpes mea reduxit: quia Dei miſericordia in vita abuſus ſum, iuſto Dei iudicio nulla mihi ſupereſt ſpes. In maiorem veritatis huius confirmationem adducit S. Auguſtinus exemplum de quodam ſeruo, qui Domino ſuo diceret: quamdiu in florida iuuentutis ætate vixero, hoſtibus & inimicis tuis ſeruiam: aſt quando ſenectutis confinium attigero, ad tuum redibo ſeruitium & obſequium. Quid reſponderet ei Dominus? Profectò id non permitteret. *Quod ergò non vis pati à Seruo tuo, non eſt iuſtum, vt facias Domino tuo.* Hæc eſt Dæmonis intentio, vt præueniat in electione temporis, & pro ſe iuuentutem capiat, ſic enim & ſibi ſubiugabit ſenectutem: *Dæmon ait: da mihi præſentia; Deo futura: mihi iuuentutem, Deo ſenectutem: mihi voluptates, illi corpus inutile.* O aſtutiam! O impoſturam & fraudem verè diabolicam! optimè ſane nouit malignus ille ſpiritus, vitium iuuentutis conſeruari quoq; in ſenectute: prauumq; habitum in vita acquiſitum perſeuerare quoque in morte, ac Deum neque ab eo acceptare ſenectutem, à quo non habuit iuuentutem.

*S. Aug. ſer. 1. de pœnitent. to. 10.*

*Anton. Meliſſa p. 1. Serm. apud Cornel. in Gen. c. 25*

Hæc aſtutia & fraus, inquit D. Auguſtinus plurimis extremam attulit perniciem & ruinam: conſiderate igitur, num ſufficiat bonum propoſitum de futuro; faciam, dicam, me conuertam, ſuſcipiam ſanctiſſima Sacramenta; at non modo: in ſenectute, in infirmitate, quando Mundo exaturatus fuero: *Ipſa res eſt: quæ multos occidit, cùm dicunt cras, cras, & ſubitò oſtium clauditur* Diuinæ miſericordiæ. *Et remanſit foris cum voce coruina, quia non habuit gemitum columbinum.* q. d Peccator excludetur & foris remanebit tanquàm coruus Inferni, non tanquàm columba Paradiſi; quia procraſtinando conuerſionē ſuam corui habuit cantū, non columbæ planctum, ſubitò agendo pœnitentiam in vita. Et hæc

*Aug. de verbis Dñ. Serm. 27.*

de au-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de authoritate D. Auguſtini, qui efficaciter nos inſtruit: *Accende lucernam ante tenebras*, vt nos pœnitentiæ illuſtremur lumine, priusquàm mortis adueniant tenebræ: etenim non eſt bona ſpes ea, quæ eſt occaſio peccandi; ſed ſpes coniuncta cum bona vita & cum præparatione ad bonam Mortem ſaluat: non enim corui ſed columbæ cœli ingrediuntur arcam. Tranſitum paremus ad D. Gregorium.

*S. Greg. Hom. 12. Idem tom. 1. in 1. Reg. c. 15. lib. 6.*

Præfatorum Patrum opinioni ſubſcribit D. Gregorius, & mortis profert ſententiam contra eum, qui in vita non ſe diſponit ad mortem; *Qui tempus congrua pœnitentiæ perdidit, fruſtrà ante Regni ianuam cum precibus venit.* Idque probat, quia *qui nolunt conteri, cùm poſſunt: poſteà, ſi volunt, non poſſunt, quia perfectè velle non poſſunt*, quod eſt neceſſarium ad conuerſionem; ſed imperfectum & inefficax habent velle, quod potius eſt vana quædam velleitas, quàm vera voluntas. Et hæc eſt comminatio illa adeò terribilis, quam fulminat Altiſſimus per os Iſaiæ Prophetæ: *Tunc inuocabunt me, & non exaudiam.* Tunc, quandò aquis, vt dici ſolet, collo tenus immerſi conſpiciuntur, quando à Mundo repulſi & reiecti, capti à Morte, oppreſſi à Dæmone: *tunc*, quando Mundo deinceps inſeruire nequeunt, à diuitiis derelicti, ſenſus delitiis & voluptatibus deſtituti; volunt ſe conuertere, Deo ſeruire cupiunt; *tunc*, inquit Deus, *non* exaudiam, obturabo aures, ſurdus ero, preces eorum non exaudiam: dicam, non eſt tempus ampliùs, tempus miſericordiæ præteriit; nunc aduenit tempus iudicii, tempus iudicandi peccata commiſſa, eaque, prout promouere, caſtigandi. O caſum terribilem & miſerabilem! Quid tibi, miſer, proderit, quod magnus extiteris in Mundo, abundans diuitiis, ad honores exaltatus, cunctis mundanis paſtus delitiis & voluptatibus, quando, vt proſequitur idem Gregorius, *lumen tuum in die eſt, obſcuritas in veſpere?* Totum id, quod in vita habuiſti, ſplendoris, obſcurabitur in morte. Per te tota Mundi claritudo & ſerenitas obſcurabitur, obſcurabitur comitatus pompa, nitor nobilitatis, ſplendor naturæ; obſcurabitur per te cœlum, obſcurabitur Gratia, ipſemet Deus obſcurabitur. *O Lumen! O obſcuritas!* ● Lumen, quod

*S. Greg. Hom. 12. Iſa. 55.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod vnico præteriiſti momento! ô obſcuritas, quæ in æternum durabis! ô lumen, quod non niſi ad offendendum Deum vſui mihi fuiſti! ô obſcuritas, quæ per totam æternitatem ſereniſſimo Dei vultu me priuabis! Quamobrem concludit ſanctus Gregorius: ſi tibi eſt animus tàm graue euadendi periculum, procura, vt *fuga tua non fiat in hyeme, vel Sabbatho*, quemadmodùm etiam conſulit Chriſtus D. N. nè mors tua accedat frigido peccati tempore, & in Sabbatho, quandò Judæis itinerari prohibitum erat. Prætereà *Iſta Redemptoris admonitio ante mentis oculos ſemper ponenda, Vigilate*; non decipiat vos inimicus veſter: *Horam tui exitus ſemper intuendo*: nulla enim ſecura eſt, & a periculo mortis libera. Ideòque in omnibus ſtudebis eſſe diſpoſitus ad mortem. Et hîc Authoritatibus Sanctorum fine impoſito, procedamus ad rationes. *Matth. 24.*

## *Rationes.*

## Cap. V.

SI non ſufficiant authoritates Dei, Chriſti, & Sanctorum Patrum; ſaltem humanam obſtinationem conuincant efficaciſſima argumenta & rationes euidentiſſimæ; quæ hanc perſuadent veritatem. Sunt autem ſequentes.

Prima, ex parte Dei, quia conuerſio peccatoris non eſt opus Naturæ, ſed Gratiæ: *Principium in conuerſione peccatoris eſt ipſa operatio Dei*, iuxta Prophetæ eloquium: *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur*. q. d. Da nobis, Domine, ſanctam tuam Gratiam ad conuerſionem neceſſariam, & conuertemur. Undè definit Concilium Tridentinum, quod ad mutationem cordis humani à peccato ad gratiam *requiritur inſpiratio Spiritus ſancti excitantis & adiuuantis* peccatorem, vt ſe conuertat. Hanc Gratiã excitantẽ & adiuuantẽ Deus peccatori in agone conſtituto iuſtiſſimè denegat; idque in pœnã, quod in vita non egerit pœnitentiam. Enimuerò communis Theologorum doctrina eſt, Deum punire vnum

*S. Tho. 3. p. q. 85. art. 5. Thren. c. vlt.*

*Trident. ſeſſ. 6. c. 6. Suarez de pœnitentia diſp. 1.*

peccatum cum permiſſione alterius, negando Gratiam ſuam efficacem, & per aliquod tempus etiam ſufficientem, veluti docent plurimi. Quis, amabò, hanc ponderans rationem affirmare audebit, bonum propoſitum ſufficere in morte, & poſſe aliquem viuere in peccato, modò habebat voluntatem moriendi in Gratia, ſicuti & diſpoſitionem ad bonam mortem poſſe fieri eodem mortis tempore, nec eſſe neceſſarium, vt fiat in vita? O quæ ſomnia! O quæ deliria! O quæ iſtæ ſunt inſaniæ! ac ſi conuerſio ad Deum in tua eſſet poſita poteſtate, ac ſi eſſet opus naturale non ſupernaturale, âc ſi ſine totâ Diuinâ Gratiâ liberum noſtrum arbitrium ſufficiens eſſet; quo ad Deum conuerti, eique reconciliari poſſemus. Audi Diuinum Oraculum per os Apoſtoli:

1. Cor. 3. *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra à Deo eſt.* Nec minimum cogitationis actum ſupernaturalem, & vitæ æternæ meritorium elicere apti ſumus absque Diuinæ Gratiæ auxilio. Ergòne tibi polliceris conuerſionem actumque pœnitentiæ in morte eliciendum eo tempore, quo DEUS propter peccata tua ſanctam ſuam tibi denegat Gratiam? Conſiderationem tuam non ſubterfugiat, quod, ſicut DEUS eſt miſericors; ita ſit pariter iuſtus: & ſicut miſericors præmia elargitur iuſtis & bonis; ita iuſtus pariter caſtiget & puniat malos & prauos: quod ſi DEO competat: *facienti quod in ſe eſt* non negare ſanctam ſuam Gratiam, ad Deum quoque ſpectat: *non facienti quod in ſe eſt* negare eam. Igitur noli decipi bonis propoſitis ſub finem vitæ duntaxat exequendis: ſed modò & ſubitò, abſque dilatione Deo te reconciliare, & iram eius placare ſtude, vt eum placatum & propitium quoque reperias in morte tua. Quod tu modò vocas ſpem in Deo, non eſt ſpes; ſed præſumptio in vita, & deſperatio in morte.

Secunda ratio eſt ex parte peccatoris. Primò, quia differre conuerſionem ad vltimum vſque vitæ termi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

terminum, eſt quaſi tentare DEUM, quia deſeri-
tur via ordinaria, & appetitur extraordinaria, quæ-
runturque miracula abſque neceſſitate: quemadmo-
dùm qui ſcalâ inſtructus domo per feneſtram exire cu-
pitur. Secundò, propter ſalutis propriæ oblivio-
nem, cui mortis appropinquante tempore peccator
ſubiacebit; hâc enim obliuione DEUS caſtigat eum,
quia & DEI ipſe adhuc viuus & ſanus oblitus fuit:
& quia ibi tota accurrit cogitatio, vbi eſt ſenſus
doloris, infirmitatis & timoris mortis. Tertiò,
propter affectum adeò radicatum & inueteratum *S. Thom.*
in amore creaturarum, quem *ſtatim conuertere ad*
*Deum* valdè difficile eſt, & quaſi impoſſibile: & à ſan- *S. Baſil.*
cto Baſilio dicitur *affectus penitùs incurabilis, quia eſt* *Hom. I.*
*conſuetudo tranſiens in naturam.* Quartò, propter
defectum vſus rationis; *etenim paſſiones, cùm multum* *S. Thom. q.*
*intenduntur, tollunt totaliter vſum rationis* & liberta- *77. art. 2.*
tem arbitrii. Et tales ſunt *dolor de malo præſenti, & ti-* *Scot. in. 4.*
*mor de futuro.* Quintò, propter defectum veræ con- *d. 20.*
tritionis aut attritionis: ex ſolo namque timore ſeruili,
et timore Inferni, tanquàm ex fine vltimato, aut prin-
cipali prouenire ſolet. Sextò, propter defectum ve-
ri propoſiti ad confeſſionem neceſſarii, abſolutum
namque & efficax debet eſſe propoſitum fugiendi quod-
cunque peccatum, omnemque illius occaſionem, omni
tempore, & in omni loco. Tale in hiſce non reperitur;
ſiquidem non habent reſolutum animum deſerendi pec-
catum quocunque tempore, ſiue infirmitatis, ſiue ſancti-
tatis. Septimò, quia confeſſio, quam faciunt, non eſt va-
lida; eorumq; pœnitentia damnatorum ſimilis eſt pœ-
nitentiæ: *pœnitentiam agentes* propter ſolum timorem *Sap. 5.*
pœnæ, at non culpæ. Talis fuit pœnitentia Eſau, *qui non* *Hebr. 12.*
*inuenit pœnitentiæ locũ, etiamſi cũ lachrymis quæſiuiſſet il-*
*lum.* Et propter eandem rationem neque approbata &
admiſſa fuit pœnitentia fatuarum virginum, quibus di-
centibus: *Domine, Domine aperi nobis*, reſpondit Spon-
ſus: *Amen dico vobis, neſcio vos*, quia pœnitentia veſtra *Matth. 25.*
vera non eſt, nec ex corde, vti par eſt, procedit. Au-
ſcultent in hac materia terribilem quandam ſententiam
Authoris operis imperfecti, qui ſic loquitur: *Nihil pro-* *Auth. imp.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Auth. imp.* *deſt ex neceſſitate repetita confeſſio ei, qui ex voluntate nec ſemel confeſſus eſt.* Huiusmodi confeſſiones ſunt tantùm verbales, apparentes, confeſſiones *coram hominibus*, ſed *non coram Deo*, qui cor, & intrinſecum realemque operis valorem intuetur. Octauò, propter
*Ioan. 5.* defectum auxilii: *Eſt peccatum ad mortem, & non dico, vt pro eo quis oret.* Peccatum ad mortem eſt peccatum, quod perſeuerant ad mortem vſque: & propter hoc, inquit Deus, nullus faciat orationem, & ſi fecerint, non ex-
*Thren. c. 7.* audientur. *Noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam te.* Igitur vano cum fundamento ſperabitur in Sanctorum precibus, in ſanctiſſimæ Virginis confidetur patrocinio, quotiescunque homo Chriſtianus talem nactus fuerit comitem, & in corde ſuo peccatum ad mortem vſque conſeruauerit. Holofernes, vt caperet Bethu-
*Iudith. 7.* liam, *incidi præcepit aquaductum*, per quem aqua defluebat in præfatam vrbem. Idem prorſus operatur Sathanas in peccatore; curat, vt ſemper in peccato obſtinatus perſiſtat, vt ſic præſcindatur aquæductus, nec in auxilium eius accurrat ſanctiſſima Mater per ſanctas ſuas orationes & preces. Et deficiente Matris Dei oratione, ceſſant quoque & deficiunt reliquorum Sanctorum orationes: ſiquidem omnes veluti famuli confor-
*S. Anſelm.* mant ſe ſuæ Dominæ & Reginæ. Undè dixit S. Anſelmus *Te Domina tacente, nullus orat, nullus adiuuat: te autem orante, omnes orant, omnes adiuuant.*

*S. Tho & Scotus in 4 diſt. 20.* Ex hiſce rationibus Theologiæ ſcholaſticæ Magiſtri S. Thomas & Scotus cum Magiſtro Sententiarum concludũt: *Pœnitentia ſera, rarò vera, aliquando, quandoque vera.* Inſuper aſſerunt. Semper peccator, quamdiù eſt in vita, propter libertatẽ arbitrii, & Gratiæ efficaciá cõuerti poteſt, & etiã in morte: at de facto eſt moraliter impoſſibile, & *eſt de rarò contingentibus*, quod vnus toto vitæ tempore impœnitens ſit verus pœnitens in morte. Communis igitur Doctorum ſententia ſolidiſſimis rationibus probata & confirmata eſt, pœnitentiam in extremis eſſe valdè difficilem, valdè periculoſam, valdè incertam, valdè raram; è contrario verò pœnitentiam & conuerſionem in vita, & tempore ſanitatis peractam eſſe ſecuram, moraliter certam & ſalutarem. Undè conclu-

dit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dit S. Auguſtinus. In hoc dubio, in hoc biuio quid fa- *S. Aug. lib*
ciendum eſt peccatori? in negotio tanti momenti, qua- *de pœnit. c*
le eſt hoc æternæ ſalutis, aut æternæ damnationis? *Te-* *28. apud*
*ne certum, & dimitte incertum.* Si velis euadere peri- *Magiſtrũ*
culum, & aliquid facere nulli dolori ſubiectum, *tene cer-* *in 4. diſt.*
*tum*, fac, quod certum, præſentem, videlicet con- *20.*
uerſionem: *& dimitte incertum*, nimirùm conuerſionem futuram in morte: *tene certum*, ordinariam ſalutis viam: *dimitte incertum*, ſemitam extraordinariam, quæ *eſt de rarò & rariſſimè contingentibus*: *tene certum*, quod eſt pœnitentia ſubitò executa, & in ſacra Scriptura commendata: & dimitte incertum, pœnitentiam dilatam & procraſtinatam, ſummoperè à Deo culpatam & prohibitam. Nihilominùs cum hoc negandum non eſt, quod peccatori infirmo & moribundo aliis verbis loqui ac perſuadere debeamus, vt ex corde, quantum fieri poteſt de peccatis ſuis doleat, à deſperationis barathro ſe præſeruet, & in Diuina confidat miſericordia: ſiquidem *etſi ſera pœnitentia, nõ ſera* tamen *indulgentia*, & *S. Aug. loc.*
Dei miſericordia. Aſt peccatori, qui ſanus & incolumis *cit.*
exiſtit, poteſt, & non vult agere pœnitentiam; ſed eam ad vltimum vſque vitæ terminum differre & procraſtinare intendit, manifeſtum periculum, in quo conſtitutus eſt, clarè & diſtinctè exponendum eſt, & dicendum, quod *qui amat periculum, peribit in illo.* Quam *Ecclеſ. 3.*
obrem, qui hunc elicit actum: Nolo me conuertere in vita, volo me conuertere in morte, nouum committit peccatum, quia poſitiuè proponit non agere pœnitentiam, quando eam agere tenetur: proponitque ſe exponere periculo nunquàm faciendi eam. Acceptemus igitur S. Auguſtini conſilium: *Vis à dubio liberari? age* *S. Aug.*
*pœnitentiam, dum ſanus es. Si ſic agis, dico tibi, quia ſecurus es: quia pœnitentiam egiſti eo tempore, quo peccare potuiſti. Si vis agere pœnitentiam, quando peccare non potes; peccata te dimiſerunt, non tu illa.*

Capiti huic coronidem imponamus præſagio quodam peccatori in vitiis radicato & pœnitentiam ad extremam mortis horam procraſtinanti facto. Solent Medici iuxta infirmitatis qualitatem aut vitæ aut mortis infirmi habere prognoſticon: idem planè de animæ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

infirmitate, quæ eſt peccatum affirmari poteſt. Cœ-
*Ezech.3* leſtem audiamus Medicum: *Impius in iniquitate ſua morietur.* Vult ſignificare; quod ſi infirmus ſpiritualis, pura, peccator fuerit obſtinatus, & impius, neque etiam piâ & bonâ; ſed malâ & impiâ defungetur morte: *In iniquitate ſua morietur.* Quemadmodum enim ei in iniquitate ſua viuere placuit; ita & in eadem morietur: impius, vti vixit, morietur, abſque deuotione & pietate, abſque amore Dei. Impius extitit toto vitæ tempore ſine Gratia, ſine Charitate Dei: talis & in morte deprehendetur. Miſerum prognoſticon, infœlix prognoſticon; at peſſimæ infirmitatis qualitati conueniens & proportionatum. Poſitâ igitur veritate ſententiæ à Chriſto datæ: vnum è tribus miſero peccatori competet; aut competet ei mori abſque confeſſione; aut ſi confeſſus fuerit, haud valida erit confeſſio, erit confeſſio coram hominibus; ſed coram Deo,
*Corn. epi.5.* qui *intuetur cor*, maior erit illius confuſio & damnatio
*Iſa. c.2. n. 33.* propter defectum contritionis & propoſiti: aut denique, tametſi benè confiteatur, Deus permittet, vt poſt confeſſionem, & paulò ante mortem rurſùm prolabatur in peccatum, propter malum acquiſitum habitum, quo ſemper cuicunque inimici tentationi conſentire ſolebat. Hoc eſt Diuini Medici, qui nec fallitur, nec fallere poteſt prognoſticon: talis eſt peccatoris in vitiis habituati infirmitas. Quilibet igitur miſerum adeò ſtatum effugere ſtudeat, nè tàm crudeli ſubiiciatur ſententia.

## *Exempla.*

## Caput VI.

QUod ſi nec Diuina Decreta, nec Chriſti Oracula ſatisfaciant, ſi ſacræ Scripturæ authoritates, & ſanctorum Patrum teſtimonia haud ſufficiant, deficiant quoque rationes ſuprà allatæ ad perſuaſum peccatoris cor conuincendum; humana du-
tio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ties ipſi ſaltem cedat experientiæ. Ceſſent igitur authoritates, obmuteſcant rationes, & loquantur duntaxat facta, loquantur exempla eorum, qui propriis conſpexère oculis, manibus palpârunt, & experti ſunt ſuo damno, & cum æterna ſuâ miſeriâ & damnatione doctrinæ huius veritatem: eam, nimirùm, ſpem, quæ in morte concipitur, haud eſſe ſecuram, ſed valdè incertam & fallacem, niſi præuiis bonæ vitæ fulciatur meritis. Hoc ipſum nonnullis modò probabitur exemplis, in quibus, veluti in ſpeculis peccator ſeipſum contemplabitur: id enim, quod hiſce contigit, ſuccedet & ipſi, niſi ſe emendauerit.

Ac primum ſit illud, quod refert Beda de quodam generali cuiusdam exercitus Archiſtratego, Conradi Regis tempore, qui diſpoſitionem ad mortem riſu & ioco excipiebat, & confeſſionem de die in diem, de tempore in tempus differebat. Tandem delapſus eſt in morbum valdè periculoſum, & morte accedente propriùs, acceſſit quoque ipſemet Rex in perſona exhortans eum ad confeſſionem. Reſpondit ille, nullum ad id præſtandum iam ſupereſſe tempus. Et recenſuit, quâ ratione paulò antè cubiculum ſuum ingreſſi fuerint duo pulcherrimi iuuenes, quorum vnus porrexit ei librum *valdè modicum*, quem perlegeret; legit ipſe ea, quæ fecerat, opera bona; ſed admodum pauca & exigua. Poſt hanc integer acceſſit exercitus Dæmonum, & horum vnus pariter ei exhibuit librum ad legendum, *valdè magnum & horrendum*, in quo cuncta legit peccata cogitatione, verbo & opere patrata. Dixeruntque Dæmones duobus aliis iuuenibus: *Quid hic ſtatis? ſcitote, quia hic noſter eſt.* Reſponderunt illi: *Verum dicitis, & in cumulum veſtræ damnationis accipite illum.* Cum hoc diſparuerunt Angeli, & acceſſerunt Dæmones vncis ferreis dilacerantes eius viſcera, & ſic referendo miſer ille infirmus in brachiis æternæ mortis infœlicem expirauit animam. In hoc exemplo idem Beda inter alia notat aſſeritque: *Opera noſtra non in vanum diffluere; ſed ad examen ſummi Iudicis cuncta ſeruari: & nobis per bonos vel malos Angelos in fine vitæ oſtendi.*

*Beda tom. 2. lib. 5 Hiſtor. c. 14.*

*Epiſc. Algrin. in ſpec. tit. pœnitent.*

Secundum exemplum eſt de quodam alio, qui ſimiliter procraſtinabat pœnitentiam; cumque à Religioſis moneretur, vt confiteretur, Deique timeret vltionem; reſpondebat, *Faciam*, modò non eſt tempus. Puniuit eum Deus graui quadam infirmitate, in qua rogatus, vt confiteretur, eodem reſpondebat verbo: *Faciam*, præſens temporis occaſio non patitur. Demùm ingrauescente morbo, & mortis vltimo appropinquante puncto Sacerdos aſſiſtens magno animi zelo dixit ei: chariſſime, conſidera periculum vitæ, cui expoſitus es: ecce in portis mortis es conſtitutus; ecce Infernum propter te apertum: ecce Dæmones, te apprehenſuri, accedunt: confitere, & à Deo poſtula veniam de peccatis tuis, actus contritionis elice, pœniteat te vitæ præteritæ. Monitis hiſce reſpondit infirmus altâ & horrendâ voce? *Pœnitentia vbi es? Pœnitentia vbi es? Deinceps pœnitere non valeo.* Vellem dolere & confiteri, & non poſſum. *Hoc iuſto Iudice iudicante* & puniente: *quia dum facere pœnitentiam poteram, non volui.* Hæc in verba prorumpens mortuus eſt abſque contritione & Sacramentis, impœnitens & obſtinatus.

*Catech. Hiſtor. c. 6. tit. 38.*

Tertium exemplum idem confirmat propoſitum. Erat quidam peccator peſſimæ vitæ, viuebatque vanâ ſalutis in morte obtinendæ ſpe illectus, tria ſolùm dicenda verba: *Miſerere mei Deus*, aut ſimilia; ast feſellit eum vana ſua opinio & intentio; etenim cùm die quodam equo inſidens pontem tranſiret, equus (ob quam cauſam, neſcio) perterrefactus, ſeipſum & equitem in aquas è ponte dedit præcipitem: tunc miſer eques videns præſentiſſimum mortis periculum, nec vllum ſupereſſe remedium aut effugium, loco trium illorum verborum: *Miſerere mei Deus*, quæ dicere decreuerat, exclamando protulit tria alia verba omninò contraria: *Capiat omnia Dæmon*, & corpus & animam, & hæc dicens, ſubmerſus obiit.

Quartum exemplum refertur à Cæſario de peccatore obſtinato dicto Hildobrando, qui ſemper aures obturabat quotieſcunque quis ei de confeſſione loquebatur. Morti proximus monitusque, vt boni Chriſtiani fungeretur officio, ac confeſſionis Sacramento elueret animum

mum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mum peccatorum ſordibus, reſpondebat: *Homo damnatus ſum, quid hæc mihi poſſunt prodeſſe?* Et quidquid ipſi inculcaretur, ex ore eius aliud extorqueri haud poterat, niſi hoc reſponſum: Homo damnatus ſum, quid hæc mihi poſſunt prodeſſe? Poſtremo Parochus aſſiſtens videns nullum aliud præ manibus eſſe remedium, præcepit ei in nomine Dei, vt poſt mortem ſibi compareret relationem ſtatus ſui daturus. Mortuus eſt, & ex permiſſione Dei elapſis aliquot poſt mortem diebus comparuit præfato Sacerdote, eique dixit: *Æternaliter damnatus ſum, maximè propter deſperationem, quam habui.* Quibus verbis deterritus Parochus, vocato Bertolfo, ſubitò valedixit ſæculo, & factus eſt Religioſus.

Quintum exemplum refert Magiſter Joannes Gerolt dictus Diſcipulus. Erat, inquit, perſona quædam nobilis quidem generis ſplendore, at perditis moribus vitæque improbitate inſignis. Hunc vxor eius valdè deuota frequenter exhortabatur ad confeſſionem; aſt ille coniugis ſermones cachinnis riſuque excipiebat. Nihilominus nulli vxor pepercit labori, quo eum à vita illa peſſima reuocaret: vndè dixit ei: quomodo tu pœnas Inferni ſuſtinere poteris? Reſpondit maritus: *putaſnè quod Infernus ſit?* falleris profectò, ſomnia iſta, & Concionatorum inuentiones ſunt, vt nobis incutiant terrorem. Demùm, cùm hominum ille infœliciſſimus in ſua perſeueraret obſtinatione, nocte quâdam ipſo iacente in lecto ſuo, *venerunt Dæmones, acceperunt ipſum de lecto, & ad Infernum deportauerunt.* Conſpexit hoc ipſum coniunx, perſona vitæ ſanctitate conſpicua, deditque ſe precibus Diuinam exorando Maieſtatem, vt ſibi mariti ſtatum reuelare dignaretur. Et ecce ſummo diluculo ſequentis diei reperit corpus mariti totum deforme, & carbonis inſtar denigratum, quod manu continebat quandam chartulam, cui hæc verba inſcripta erant: *Iam certificatus ſum, quod Infernus eſt. Et timor, quem habui ad agendam pœnitentiam, me illùc deportauit.*

*Diſcipul. in ſuo Promptu. litt. G. ex 27.*

Sextum exemplum ex eodem Authore depromptum eſt. Refert de quodam, qui mortis inſtante tempore ſtatuerat agere pœnitentiam, & ſalutem ſimul tùm ſe

*Idem Diſc. litt. M. exemp. 48.*

obtenturum ſperauerat; intereà ſanam ducens vitam dabat ſe *in reprobum ſenſum.* Graui tandèm correptus morbo, ac morti proximus, monitusque ad ſuperioris vitæ noxas confeſſione expiandas, reſpondit: *Iuſtus eſt Dominus, & iuſtitias dilexit.* O quàm iuſtus eſt Deus! imò iuſtiſſimus: *quia dùm confiteri potui, contempſi:* modò vellem, & non permittit Diabolus, qui inſidet pectore meo, *& ſtringit collum meum, & non permittit me loqui ſaluti meæ neceſſaria, quia peccaui in Spiritum ſanctum,* Diuinâ abutendo miſericordiâ *Et hoc loquens exſpirauit & ſepultus eſt in Inferno.*

Septimum exemplum valdè terribile eſt de quodam peccatore, qui tametſi pœnas Inferni ſibi paratas conſpiceret, nihilominùs ad Deum ſe conuertere noluit. Refert Cæſarius, Deum, poſt omnia, quæ poterat, miſericordiæ media cuidam peccatori adhibita, tandèm permiſiſſe, vt à Dæmone viuus conduceretur ad Infernum, ignisque infernalis intuitu duriſſimum illud cor nonnihil emolliretur. Verùm totum accidit contrariè, quia obſtinatior ac peruerſior exindè diſceſſit, quam intrauerat. Proſequebatur vitam impiam ſemel cœptam, nec confiteri, nec ad ſanam mentem redire cogitabat: & ecce in grauem incidit infirmitatem, & in apertum mortis periculum: Accedit Confeſſarius excepturus illius confeſſionem, deprecatur, exhortaturque eum ad pœnitentiam, contritionemque de peccatis ſuis habendam; at impius reſpondet verbis verè diabolicis, & à Sathana ſibi dictatis: *Quid proſunt verba iſta? Non poſſum confiteri,* eſtò vellem. *Sedes mea in Inferno poſita eſt.* Iam perluſtraui habitaculum in Inferno mihi præparatum. Hoc dicendo: *ſine contritione, ſine confeſſione, ſine viatico, ſine extrema vnctione defunctus eſt, & in Inferno ſepultus eſt.*

*lib. 1. c. 7.*

Octauum exemplum priori adhuc terribilius eſt. Scribit quidam Pater Auguſtinianus quandam perſonam ob peſſimam vitam ſuam graui à Deo correptam fuiſſe infirmitate. Accurrêrunt amici auxiliatrices ei præbituri manus, & ad confeſſionem ſeriò inſtigaturi: at ille graui concitatus furore reſpondit: Ad quid inutiliter tempus impeditis? an neſcitis, *quia ego pecca-*

*Gottſchalc. Holenſ. Auguſtinian. ſerm. 58. in ſpecul. tit. Impœnit.*

*K.* I

*peccator peſſimus? Quid mihi prodeſt pœnitentia? Damnatus ſum.* Comparuit ei Chriſtus in propria perſona, ac dixit: *Ego ſum Ieſus Chriſtus, mortuus pro te; miſerationes meæ excedunt omnia peccata tua: fac confeſſionem tuam, & miſerebor.* Aſt ille obſtinatior idem, quod priùs, reſpondebat: *Ego peccator peſſimus. Quid mihi prodeſt pœnitentia? Damnatus ſum.* Replicauit Chriſtus oſtendens ei ſua vulnera: *Hæc omnia pro te ſuſtinui: te damnare nolo, ſi vis pœnitentiam agere.* Neque hiſce ille emolliebatur vocibus, imò cor eius plùs indurabatur: Demùm Chriſtus manu ſuâ è proprio latere apprehendit Sanguinem, eumque in faciem infœlicis profundens, dixit: Sanguis hic pro ſigno & teſtimonio ſeruiet in vltimo iudicii die, *quia meam miſericordiam habere noluiſti.* His dictis, diſparuit viſio, & infœlix illa anima in Sathanæ poteſtatem fuit tradita.

Nonum exemplum omninò horrendum & terribile eſt, & clarè demonſtrat, quid tempore mortis efficiat impœnitentia in vita habita. In Hiſtoriis Ciſtercienſibus de quodam alio ſceleratæ ſcandaloſæque vitæ legitur, quod mortis appropinquans confinio Notarium accurſiri iuſſerit, eique jam præſenti dixerit: Scribe, quod dico, veluti voluntatis meæ vltimam ſententiam ac teſtamentum: *Corpus meum reddatur terra, anima Dæmonibus.* Abhorruêre multùm Conſanguinei hoc audientes, & modum hunc loquendi acriter reprehenderunt. Ille verò ſecundò & maiori cum obſtinatione repetiit; *Corpus meum reddatur terra, & anima mea, & vxoris, & filiorum & amicorum Dæmonibus.* Tertiò cùm idem repeteret, animam ſui Confeſſarii ſimul apprehendit, dicens: *Et anima mea & amicorum, & mei Confeſſoris reddatur Dæmonibus.* Ac cauſam ſubiunxit: quia Confeſſarius me per viam malam in perditionem currentem videbat, & *ſilebat*, non me reprehendebat, ne auxilium præſtabat. *Dixit* proprio ſe damnas ore, *& efflauit animam.*

*Hiſtor. Ciſterc.*

Decimum exemplum demonſtrat, non omnes confeſſiones ſub finem vitæ executas eſſe validas. Pariſiis,

vt ſcribit Cæſarius, morabatur perſona vitæ quoque ſceleratæ & impiæ. Morti vicina non ſolum confeſſa eſt; ſed ſanctiſſimum inſuper Viaticum & extremam ſuſcepit Vnctionem. Cuncti de ipſius ſalute optimè cenſebant, quippè mortua fuerat ſanctiſſimis præmunita Sacramentis. Nihilominus poſt mortem cuidam ſuorum amicorum comparuit, eique dixit, ſe iam Inferis eſſe adiudicatam & damnatam, confeſſionemque ſub vitæ finem factam fuiſſe invalidam propter defectum propoſiti, quia, nimirùm, firma ac reſoluta ei non fuiſſet voluntas non peccandi deinceps, vbi longiorem duxiſſet vitam.

Ultimum exemplum miſero peccatori omnem prorſus præcludit viam & paſſum: etenim probat, quod, eſto agoni proximus benè ac validè peragat confeſſionem ſuam, Deus nihilominus permiſſurus ſit, idque iuſto eius iudicio, vt poſt illam in nouum prolabatur peccatum, ac in eo moriatur. Referunt citati Authores, vnum è peccatoribus (de quibus in præſenti loquimur) in vita obſtinatum, & ad vitæ mortiſque confinia redactum non paruam oſtendiſſe difficultatem in exoneranda conſcientia per confeſſionis Sacramentum; attamen Gratiam tandem præualuiſſe, huiuſque ſuffragio confesſionem inſtituiſſe varios contritionis deuotionisq; eliciendo actus: vt propterea omnes, & conſanguinei, & amici de ſalute eius ſecuram quaſi ſpem conceperint. In hac diſpoſitione bona, vt Mundi patebat oculis, obiit. Paulò poſt cuidam amicorum ſuorum apparuit totus ardentibus inueſtitus flammis: eique ſtatum damnationis ſuæ intimauit. Obſtupuit amicus, ſtetitque valdè attonitus, ecquomodo? inquiebat; annon confeſſus varios elicuiſti actus contritionis? qua ratione quiſpiam hoc in ſtatu conſtitutus damnari poteſt? Verùm eſt, reſpondit defunctus, confeſſus ſum, & veros contritionis actus elicui; at permiſſu Dei factum, idque in pœnam peccatorum meorum tempore vitæ anteactæ commiſſorum, vt poſt confeſſionem Dæmon me inuaderet graui fortique tentatione: ego verò propter prauum acquiſitum habitum, quo ſimilibus cogitationibus conſentire oblectarique ſolebam, tentationi

hui

huic præbui conſenſum, deindè arripuit mors, & nullo præuio dolore, in peccato iſto perſiſtens, mortem cum vita commutaui. Hiſce dictis diſparuit.

Ex adductis exemplis, aliisque quamplurimis propoſito huic valdè accommodis, quæ in medium adduci poſſunt, clarè conſpicitur, quanto ſubſit periculo dilatio & procraſtinatio confeſſionis ad extremum vſque vitæ terminum. Inſeruiant ea pro tua inſtructione: & ſi non cupias eorum eſſe ſocius in mala morte, neque in praua & mala vita eorundem comes eſſe; ſed bonâ vitâ ad bonam mortem te parare ſtude. Bona namque diſpoſitio & præparatio, veluti toto hoc primo libro tibi declaraui, neceſſaria eſt; ſiquidem Chriſtus D. N. immutabiliter ita determinauit & decreuit, ſacra Scriptura inuiolabiliter id inculcauit, ſacri Doctores & Patres omnes id docuerunt, & perſuaſerunt, & exempla eorum, qui in vita non ſtuduerunt bonæ præparationi ad mortem, demonſtrârunt, eam difficilem fore mortis adiuuante tempore.

PERE-

# PEREGRINI TERRÆ

ſeu

*Præparationis & diſpoſitionis ad bonam mortem.*

## LIBER SECVNDVS.

### *Abſtinentia mali.*

EX huc vſque dictis clarè euincitur, probatumque remanet, quàm neceſſaria ſit ad bonam mortem præuia bonæ vitæ diſpoſitio. In hoc ſecundo libro tractabitur de modo huius diſpoſitionis. Eum verò nos docet Chriſtus Magiſter noſter in ſancto Evangeliſta Luca, cum ait: *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus exſpectantibus Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptiis.* Quibus verbis, iuxta S. Auguſtini expoſitionem, tria comprehenduntur media: primum, *Abſtinentia mali*: ſecundum, *Operatio boni*: tertium, *Expectatio præmii*. Et de hiſce ſuo dicetur ordine.

*Luc. 12.*

*S. Aug. tõ. 10. ſerm. 39*

Optimum medium, optimaq; ad bonam mortem diſpoſitio eſt, cùm quis ſoſpes adhuc & incolumis, quantum fieri poteſt Diuinæ Gratiæ auxilio, ab omni abſtineat peccato. Hunc in finem rationes proferemus & motiua



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ob quæ omni conatu fugere, odioque proſequi teneamur peccatum: quia *Iſte eſt omnis fructus, vt auferatur peccatum*: nimirùm, fructus Paſſionis & Mortis Chriſti totus eſt deſtruere peccatum, & hîc quoque noſter fructus, noſtrum ſtudium, noſtrum deſiderium ſit, oportet; vt, videlicet à nobis tollamus omnem peccandi materiã & occaſionem, ſemper puros & mundos in conſpectu Dei nos conſeruemus. Huius nobis exemplum dedit ſanctiſſima Mater Dei, quæ, cùm adhuc in templo moraretur, accuratiſſimè, omniq; diligentiâ, veluti reuelauit S. Elizabethæ, obſeruare ſtuduit hæc duo præcepta: puta, Amorem ſanctum Dei & proximi, & odium peccati: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & proximum ſicut teipſum: & odio habebis inimicum tuum, id eſt, peccatum*. Etenim verè affirmari poteſt, peccatum ſolum eſſe verum noſtrum inimicum, ſiquidem hoc ſolum animæ noſtræ nocere, & infinitum damnum inferre poteſt. Progrediamur igitur ad motiua, ob quæ peccatum odio habendum & fugiendum ſit. Ac primum ſit.

*Iſa. 27.*

*S. Bonav. in vita Chriſti.*

## *Peccatum eſt ſummum malum.*

## Caput I.

P*Eccatum malum eſt, & abſolutè malum; id eſt, omne & infinitum malum.* Ac primò eſt infinitum malum in genere iniuriæ, quia eſt offenſa Dei infiniti: & eò maior eſt iniuria, quò maior eſt dignitas perſonæ offenſæ. Secundò, eſt infinitum malum in genere damni, quia priuat nos infinito bono, quod eſt Deus. Tertiò, eſt infinitum in genere ſenſus, quia condemnat nos infinitâ pœnâ ignis infernalis. Quartò denique, eſt infinitum malum in omni genere mali: *Propter illos, (id eſt, peccatores) factus eſt cataclyſmus, id eſt, vniuerſale diluuium omnium pœnarum*. Tria in Scriptura ſacra leguntur diluuia: vnum fuit aquarum tempore Noë: alterum erit ignis in extremo Judicio: vltimum diluuium omniũ pœnarũ erit in Inferno in pœnam peccatoris. Ex dictis infertur tanquàm neceſſaria conſequen-

*S. Aug. in medit.*

*S. Thom.*

*Eccleſ. 40.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quentia: ſi peccatum eſt ſummum malum, ergò eſt ſo-
*S. Aug.* lum malum: Hi duo termini *ſummum* & *ſolum*, vnà ſi-
*S. Bern.* mul eueniunt in bono; ita & in malo. Deus eſt infi-
nitum & ſummum bonum: ergò, benè infertur, eſt ſo-
*lib. 2. q. 71.* lum bonum: quia *omne bonum aut Deus, aut Dei eſt*, po-
*a. 6. Caiet.* ta, effectus dependens & participatus à Deo. Ad eun-
dem modum peccatum eſt ſummum & infinitum ma-
lum, ſi non *intenſiuè*, vti loquuntur Theologi, ſal-
tem *obiectiuè*; ergò eſt ſolum malum; quia omne ma-
lum eſt tale, aut quia peccatum eſt, aut quia ad illud
ordinatur. Vndè patet, peccatum non duntaxat eſſe
infinitum malum; ſed ſummum & ſolum malum. Ex
hac prima ratione conuictus remanet Chriſtianus, odio
habendum eſſe peccatum, & non quocunque odio ſed
ſummo & infinito, neq; infinitè duntaxat ſed ſolitariè.
Odio habenda non eſt paupertas, non infirmitas, non
inimicus, nec ipſamet mors (hæc enim in ſe mala non
ſunt, nec ſunt offenſæ Dei, non ſunt contra Deum, ne-
que nos Deo priuant) at ſolum peccatum, vt ſolum eſt
verum malum, ideoque odio habendum & fugiendum.
Verùm quæ eſt cauſa, quod, cùm peccatum ſit tàm ma-
gnum malum, horrendumque adeò monſtrum, non
tantùm non fugiatur & odio habeatur; ſed etiam ame-
tur, deſideretur, ac procuretur? Ratio eſt, quia
comparet laruatum, malitiam ſuam & turpitudinem
ſub larua ſenſibilis voluptatis & oblectamenti abſcondit
& contegit; quemadmodum ſi Diabolus ſub forma pul-
cherrimi adoleſcentis compareret, ſeque hominem of-
feret oculis. Verum eſt, imò veriſſimum, peccatũ eſſe
malum, & infinitũ malum, vti dictũ eſt: at nõ eſt malum,
quod oculis corporeis ſenſus, ſed ſpiritualibus animæ cõſpi-
citur oculis: non eſt malum ſenſibile, ſed malum intel-
ligibile. Quapropter ſi videre deſideres, quàm grande
malum ſit peccatũ, quanta ſit eius turpitudo, noli in ex-
terna boni ſenſibilis apparentia perſiſtere, ſed perge vl-
teriùs, & intellectus fideique lumine ad ipſum & pro-
prium peccati malum vſque, ſub illa boni apparentia
contectum & abſconditum, penetra, & peccatum non
malum duntaxat; ſed ſummum eſſe malum & ſummum
in omni genere mali deprehendes: ſummum malum in

ama-

amaritudine cordis: ſummum malum in remorſu conſcientiæ; ſummum malum in offenſa Dei: ſummum malum in pœna damni ſenſus. Quamobrem conſulit S. Auguſtinus: *Peccatores intelligite*: ac ſi diceret: peccatores conſiderate & intelligite, qui non ſolùm ſenſu præditi eſtis; ſed etiam intellectu, & hic eſt pars veſtra principalior; ideoque intelligite, non ad id, quod ſenſus vobis repræſentat, reſpicite; ſed malum, quod ſub externa illa boni apparentia abſconditur, contemplamini, inſpicite, ponderate: *Intelligite, quia malum & amarum eſt reliquiſſe Deum. Expertus in hoc ipſe ſum*, creditore mihi, ait idem S. Auguſtinus. Quia vnum alterumuè experietur peccator: aut dolorem continuum in hac vita, aut cruciatum & pœnam æternam in altera. *Vtrumq; malum, amarum vtrumq; Ab vtroque libera me, Domine.* Appoſitá quâdam ſimilitudine explicat & declarat S. Auguſtinus ſtultitiam peccatoris, qui propter vnam duntaxat apparentis dulcedinis ſtillam, deglutit infinitam peccati amaritudinem. Comparat peccatorem deceptum decepto piſci hamo ſub eſca abſcondito capto: *Eſcam deuorat, qui hamum non videt*, capit eſcam promptè lætanterque, quia non aduertit fraudem, non cognoſcit hamum ſub eſca latentem. Aſt quando piſcator incipit piſcem attrahere & conducere ad litus & ad mortem: *Tunc torquentur viſcera eius*, mortis perſentit agonem, ſummoque ſuo damno & experientia probat hami pœnam, quam primò non agnoſcebat. Talis eſt caſus miſeri peccatoris: *Eſcam deuorat, qui hamum non videt.* Videt apparentem peccati eſcam; at non conſpicit occultum venenum internæ malitiæ culpæ: & quia non conſiderat verum malum, ſed apprehendit duntaxat apparens bonum, capit eſcam, & hamo capitur: fruitur voluptate, & ligatus remanet, & de culpa condemnatus. Piſcis ſumendo eſcam gaudet; & quando hamo attrahitur, cruciatur: Ad eundem modum peccator lætus viuit & hilaris in ſtatu peccati; aſt quando obruetur infirmitate, quando manus Dei vindicatrix comparebit, quando temporis fines egredietur, æternitatisque ſubintrabit regiones, tùm ſentiet, tùm experietur, *quanta tormen-*

S. Aug. in Medit.

Ierem. c. 2.

S. Aug. ib.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tormenta cum auiditate deuorauerit*, quàm graue fu-
rit malum, quod concurrit propter momentaneam vo-
luptatem. Conſidera, quâ ratione in hoc vaſto Mun-
oceano cuncti Angeli piſcationi incumbant *facti piſ-*
*tores hominum*, tùm boni, tùm mali Angeli. Cape bon-
rum Angelorum eſcam, quæ eſt cœleſtis conſolatio;
ge verò eſcam Dæmonum, quæ eſt peccati oblectam-
illâ enim capiêris ab aureo hamo Diuini Amoris in æte-
na vita; hac verò ab hamo infernali odii Dei in æter-
morte. Solido igitur fundamento nititur prima noſt-
ratio, quâ probatur odio ſummo habendum eſſe pe-
catum: quia eſt ſummum malum, malum nô ſenſibi-
quod ſenſus percipitur oculis, ſed intelligibile, qu-
oculo intellectus & fidei cognoſcitur. Quapropte-
nè erres, temporalibus Mundi illectus bonis, clau-
ſenſus oculum, & aperi oculum fidei, contemplare
conſidera non apparens bonum eſcæ; ſed verum d-
mnum hami ſub illa abſconditum.

## Peccatum, Infernus portatilis.

## Caput II.

*lib. 3. de offic.* S. Ambroſii ſententia eſt: *Impii, etiam dum vi-*
*Pſalm. 24.* *vunt, in Inferno ſunt*, patiuntur pœnas Infer-
habent Infernum portatilem: quocunque vadu-
ſuum ſecum deferunt tormentum: *Sic viuentes in In-*
*fernum deſcendunt.* Priusquàm deſcendant in In-
fernum mortui, iàm ibidem inueniuntur viui. Idem
*S. Bern.* confirmat ſanctus Bernardus: *Infernus animæ rea con-*
*ſerm. 24. de* *ſcientia.* Et id ipſum probat ratio: enimverò tri-
*Aſſumpt.* ſunt in Inferno: primum, perpetua ſeruitus Diabo-
ſecundum pœna damni: tertium pœna ſenſus. Et has
tres pœnas experitur peccator in peccato mortali con-
ſtitutus. Primò, eſt mancipium & ſeruus Sathanæ li-
*Ioan. 8.* bertate deſtitutus. *Qui facit peccatum, ſeruus eſt pec-*
*cati*, & per peccatum mancipium conſtituitur Satha-
næ, qui eſt Dominus ac Princeps Regni peccati. Se-
cund-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cundò, habet pœnam damni: quia ſe priuat Deo, dùm ſe illius priuat Gratiâ. Tertiò, ſenſus ſuſtinet pœnam propter remorſum & ſtimulum conſcientiæ, qui continuò mordet & torquet miſerum peccatorem. Præterea, ſicuti de Gratia affirmatur, quod ſit *inchoatio æternæ vitæ*: ita de peccato affirmari poterit, quod ſit *inchoatio æternæ mortis* & damnationis. Ecquis hoc ſtatu peior reperiri poterit? Alii timent ſtatum paupertatis, dolent alii ſe eſſe infirmos, alii ægrè ferunt, quod perſecutiones patiantur; at nulla eſt paupertas, nulla miſeria, mors nulla, quæ in comparationem veniat cum infœlici cuiusdam peccatoris conditione. Reſpondebit fortaſſis Mundus in eorum fauorem: experientiam obſtare in contrarium: etenim peccatores videmus abundantes in ſæculo, magni æſtimatos, honoratos, diuitiis, voluptatibus & delitiis affluentes, omnia denique ad eorum voluntatem fluere conſpicimus. Verùm manifeſtè decipitur, quicunque veram fœlicitatem in eo conſiſtere arbitratur, quod plena quis poſſideat promptuaria gemmis, ciſtas, ſcrinia camerasque pecuniâ, veſtibus pretioſis & ſuppellectile confertas habeat, viſum harum aſpectu recreet rerum appetitui ſenſitiuo indulgeat, totoque vitæ tempore muſicorum cantu, conuiuiis, epulis, ludis & iocis delectetur. Hæc à SS. Patribus appellatur fœlicitas infœliciſſima, opulentia pauperrima, dulcedo amariſſima: vera namq; fœlicitas, verumq; gaudium illud eſt, quod eſt intra animam, intra cor, intra conſcientiam: hoc verè ſatiat, fœlicem beatumque efficit poſſidentem. Diuinæ Sapientiæ doctrina eſt, hominem iuſtum & in Gratia Dei conſtitutum eſſe verè fœlicem beatumque: *Beati immaculati in via*: illi *Pſal. 118.* verè beati ſunt, qui ſunt immaculati, nulliusque peccati maculæ ſibi conſcii in Diuino viuunt amore. Aſt beatitudo Juſti tota in interiori conſita eſt: *Omnis gloria eius ab intùs.* Tota pulchritu- *Pſal. 44.* do & gloria hominis iuſti eſt intra animam, quia non eſt corporalis ſed ſpiritualis pulchritudo & excellentia. Omnis igitur Juſtus, eſto pauper, diues eſt, ſed *intùs*; eſto afflictus, contentus eſt, ſed *intùs*; eſto



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ab omnibus creatoris derelictus & infœlix æſtima
fœliciſſimus eſt, ſed *intùs*, in anima, in corde, in co
ſcientia. Et idem pari ratione dicendum eſt de pec
tore: conditio eius infœliciſſima eſt, & ſtatus miſera
at tota hæc miſeria intus eſt, in anima, in corde, in p
fundo conſcientiæ. Sit peccator ditiſſimus, nihilo
nùs pauper erit, ſed *intùs*; ſit contentiſſimus, male
men contentus erit, ſed *intùs*: quantumuis fœlix ſit,
tamen infœliciſſimus, ſed intùs. Verò veriùs eſt, p
catorem pauxillum mellis geſtare in ore; ſed manu
S. Cyrill. ſtar fel corde: *Mel in ore, ſed fel in corde.* Ex aureo
Apoc. 17. bit ſcypho, ſed potum mortis ex eo ſugit & guſtat:
*culum aureum, ſed plenum abominatione.* Diuerſæ
tur extant beatitudines, externa & interna, & corp
& animæ: & vna ab altera diſtinguenda eſt, vtriuſq
natura conditionesque benè inueſtigandæ ſunt & ag
ſcendæ. Hinc ortum ducit fallacia & deceptio Mun
qui non diſtinguit, non diuidit, non cognoſcit, n
conſiderat: more cæcorum incedit & ambulat, qu
cunque ei obiicitur, capit, quodcunque obuium dep
hendit, ori apponit & deguſtat, neque, an panis, an
pis ſit, aduertit. Tu igitur aperi oculos, exami
pauliſper, quæ qualisque ſit beatitudo externa bon
rum corporalium: & reperies eam eſſe beatitudin
apparentem, beatitudinem fugacem, beatitudinem a
cor humanum exſatiandum inſufficientem, beatitu
nem in carne corruptibili fundatam, tẽpore breuiſſi
menſuratam, variis doloribus angoribusque circum
datam.

Ex alia parte conſidera beatitudinem animæ, qu
vera, quàm ſtabilis, quàm ſufficiens ad explendum
rum noſtrum deſiderium exiſtat: quâ ratione fund
ſit in Deo, & in participatione omnium bonorum c
leſtium, menſurata æternitate, ab omni dolore & tim
re, qui internam cordis pacem turbare poſſet, remot
ſima. Et, quod magis neceſſarium eſt, conſidera (
hoc ſolum ſufficiat) quâ ratione fœlicitas corporis
aliud ſit, quàm æterna animæ damnatio: hoc vnicu
pondera, eoque benè ponderato, mentem animumq
mutabis. Neque cum Mundo ampliùs dices: *Beat*
*popu-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*populus, cui hæc ſunt*: beati illi, qui præſentibus temporalibus abundant bonis; ſed cum Pſalmiſta aſſeres: *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius*: beati iſti, qui totam ſuam fœlicitatem & beatitudinem in Deo collocant. Veriſſimum igitur eſt, quod abinitio dictum fuit, ſtatum peccatoris eſſe ſtatum miſerum: quia eſt ſtatus principiatæ & participatæ damnationis, cùm in ſe contineat peccatum, quod eſt Infernus portatilis, & eſt miſeria *ab intùs*, in interiori corde, eſto extrinſecùs contrariam commonſtret apparentiam.

## *Peccatum peius Inferno*

## Caput III.

Difficilis primâ fronte videtur huius propoſitionis probatio, reperiri, nimirùm, aliquid peius ipſo Inferno, cum hic extrema, quæ animæ obtingere poteſt, ſit miſeria. Nihilominùs ratio id demonſtrat, & fides vna cum SS. Patrum opinione docet, miſeriam peccati longè maiorem eſſe ipſa Inferni miſeria: enimuerò peccatum eſt culpa, & Infernus eſt pœna: omnis autem culpa, etiam minima, maior eſt quacunque pœnâ, eſto grauiſſima, qualis eſt pœna Inferni: ſiquidem culpa eſt in ſuperiori ordine mali. Prætereà peccatum eſt contra Deum, pœna verò eſt contra creaturas; vndè peccatum dicitur Deicidium & Chriſticidium: etenim certo quodam modo, & *ex affectu*, tollit deſtruitque eſſe Dei, cùm rationem vltimi finis (Deo propriam) collocet in creaturis; aſt pœna, eſto ſit infernalis, non cauſat hunc effectum: cùm deſtruat duntaxat aliquod bonum creatum, veluti in pœna ſenſus: aut certè participationem boni increati, vti in pœna damni. Malum igitur culpæ ſine comparatione peius eſt omni malo pœnæ: & per conſequens peccatum ipſo peius eſt Inferno. Eadem quoque veritas confirmatur opinione & ſententia SS. Patrum, qui, ſi penes eorum ſtaret electionem, potiùs pœnas Inferni ſuſtinere, quàm participare eligerent de quacunque peccati culpa. Audi



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Aug. tō. ſanctum Auguſtinum : *Mallem purus à peccato gehen-*
30. ſerm. 9. *nam intrare, quàm ſorde pollutus cœlorum regna intra-*
S. Anſelm. *re.* Verbis iiſdem quaſi loquitur ſanctus Anſelmus.
de ſimilit. c. Et totum hoc non de peccato mortali duntaxat; verùm
9. etiam de veniali ſancti Patres affirmant & ſentiunt:
quidem & hoc quoque eſt in ſuperiori ordine ma-
vndè & omni pœnâ inferioris ordinis, comprehen-
etiam pœnâ infernali, maius eſt. Re itaque ſic con-
ſtitutâ, quæ cauſa eſt, quod peccatores ad peccandu-
Iob. c. 15. adeò faciles ſint & voluntarii, & *bibant quaſi aquam ini-*
*quitatem,* cùm ex alia parte peccatum tam graue malu-
ſit, vt etiam ipſum longè excedat Inferni malum
Quod maiori admiratione dignum eſt, idem pecca-
tum contrarios adeò producit effectus : peccatores
ita ineſcat & allicit, vt, modò illo fruantur in ima
Inferni barathrum ſe præcipitare flocci pendant: Iu-
ſtos verò adeò deterret, vt, nè idem committant,
eligant potiùs Inferni ſuſtinere pœnas. Sicque tam Iu-
ſtus, quàm Peccator eligit Infernum : at Iuſtus, ne
peccet: & Peccator, vt peccet. Neque peccatum diuer-
ſos hos affectus & opiniones in diuerſis, ſed in iiſdem
cauſat perſonis. Quemadmodùm videre eſt in plu-
mis Sanctis, qui ante conuerſionem ſuam adeò pecca-
to oblectabantur, vt illius cauſâ parati fuerint æter-
ſeſe ſubiicere pœnis; at poſt conuerſionem ſuam tan-
tum in peccatum concipiebant odium, vt, nè illud
committeret, eiusdem Inferni pœnas ſubire contenti
fuerint. Et tantæ admirationis cauſa hæc eſt : quia
peccatum duas habet facies & apparentias; ſi illud con-
templeris exteriùs, quemadmodum peccator illud
cõtemplatur, adeò delectabile comparet, vt illius pe-
dendi gratia vtilior, magisque expediens iudicetur cu-
iuscunque, etiam ſummæ pœnæ infernalis tolerantia:
aſt Iuſti, qui peccatum ſub alia forma, & ſecundùm id
quod in rei veritate, & non in apparentia eſt, conſide-
rant, non odio habendum & abhorrendum duntaxat
iudicant; ſed etiam, ſi foret neceſſarium, pœnas inferna-
les potiùs eligerent, quàm illud committerent. Effe-
ctuum igitur adeò diuerſorum cauſa eſt diuerſa conſi-
deratio. Verùm ſi huius quoque cauſam poſtules, al-
no-

non eſt, quàm diuerſitas luminum. Peccator conſiderat peccatum in lumine ſenſus: Iuſtus verò in lumine intellectus & Fidei: quapropter optimum eſt conſilium, quod nobis ſuggerit D. Auguſtinus, & ſupra adduximus. Et vt illud idem altiùs radicetur imprimaturque noſtræ memoriæ, placet id de nouo repetere: *Peccatores intelligite*, conſiderate, quod agitis, nolite, veluti bruta, *in quibus non eſt intellectus*, operari in lumine ſenſus materialis, ſeponendo conſiderationem in lumine intellectus & rationis. *Peccatores intelligite*, intellectu peccatum perluſtrate, non exterius, ſed interiùs: conſiderate malitiam, deformitatem, damnationem, tantorum malorum, quæ in ſe peccatum complectitur, cumulum. *Peccatores intelligite.* Conſiderate peccatum non in ordine ad creaturas, ſed in ordine ad Deum: in quantum eſt contra Deum, qui eſt offenſa Dei, iniuria Dei: qui enim benè ponderat, quanta & quàm magna res ſit Deus, cognoſcit quoque, quàm magnum malum ſit offenſa Dei. Et peccatum eſt contra Deum pluribus modis: primò eſt contra Deum, vt Deus eſt: ſecundò eſt contra Deum, vt Trinus eſt: tertiò eſt contra Deum, vt primum principium eſt: quartò eſt contra Deum, vt vltimus finis eſt: quintò eſt contra Deum, vt legislator eſt: ſextò eſt contra Deum, vt Remunerator eſt; ſeptimò & vltimò eſt contra Deum, vt Redemptor eſt. Peccat peccator contra Deum vt Deus eſt, Diuinam eius ſpernendo excellentiam: contra Deum, vt Trinus eſt, peccat, ſanctiſſimæ Trinitatis imaginem & ſimilitudinem, quam in ſe habet, deformando: contra Deum, vt primum principium eſt, peccat, viribus & potentiis à Deo ſibi conceſſis contra ipſummet Deum abutendo: peccat contra Deum, vt vltimus finis eſt, collocando vltimum ſuum finem in creaturis: peccat contra Deum, vt Legislator eſt, quia legibus & præceptis eius non obtemperat: peccat cõtra Deum, vt Remunerator eſt, quia non timet pœnas, nec ſperat præmia æterna: denique peccat contra Deum, vt Redemptor eſt, quia flocci facit, imò ſpernit & concludat pretioſiſſimum eius ſanguinem. *Peccatores igitur intelligite*; & ſi animum altiùs erigere, & peccatum in ordine ad Deum conſiderare nõ

*S. Aug. loc. cit.*

*Pſal. 49.*

*Pſal. 31.*

Valeatis; ſaltem illud conſiderate in ordine ad vos: *Iſaiæ c.30.* Propter veſtrum commodum & intereſſe. *Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis, quas ſuccendiſtis.* Extremam veſtram ruinam & damnationem, iam iam vobis imminentem, inſpicite: ambulate in luce æterni ignis Inferni, à peccatis veſtris & propter peccata veſtra iam accenſi. In hac luce plurima, quæ modò vos latent, cognoſcetis. Legetis ac intelligetis, quid ſit Deus, qui offenditur: quid ſit creatura, quæ eum offendit: quàm exiguum & modicum bonum ſit, quod lucramini: quàm magnum & excellens bonum ſit, quod perditis: quàm breuis & modica ſit peccati voluptas & oblectatio: quàm longa pœnæ æternitas. Legetis quàm magnum malum ſit peccatum, quod, videlicet, nullum ſit malum, quod cum eo veniat in comparationem, quod quouis alio malo, etiam ipſiusmet Inferni malo maius ſit, & maximum inter omnia. O ignis infernalis, ſis dux noſter & illuminator! O lumen! O ignis è peccato natus, qui contra idem peccatum nobis es antidotum: ſi nos viuos illuminaueris in præſenti vita, mortuos nos haud torquebis in futura. *Ambulate* igitur *peccatores in lumine ignis veſtri:* ex hoc namque igne naſcetur alius ignis ſancti & puri amoris Dei: vt non timor pœnæ duntaxat; verum etiam timor offenſæ Dei tanquàm frænum, quo ab omni peccato abſtineatis, vobis inſeruiat.

## *Peccatum, & à Deo, & ab omnibus creaturis odio habitum & maledictum.*

## Caput IV.

*Sap.* *Aug. lib. 7.* ODio *ſunt Deo impius & impietas eius;* at diuerſo modo & ratione: peccatum per ſeipſum, & peccator propter peccatum. Quia, vt ait D. Auguſtinus: *Non odit Deus Eſau hominem, ſed Eſau peccatorem.*

Quod

Quod idē confimat S. Hieronymus in hęc verba: prorū- *Ad Simplicium. q. 2.*
pens: *Amat Deus hominem, vt artifex fabricam; ſed odit mala opera, quibus fabrica vrgetur in lapſum.* Neq; peccatum odio habetur duntaxat; verùm etiam maledicitur à Deo. Præcipiebat Deus in antiqua lege ſua, vt Sacerdotes vnà cum Arca & vniuerſo populo in certa quadam valle congregarentur, ibidemque è loco ſubli-miori prælecto libro legis altâ voce benedicerent omnibus illis, qui legem obſeruabant; iis verò, qui eandem transgrediebantur, maledicerent: totusque populus cuncta ſigillatim approbaret, reſpondendo, Amen. Sacerdos dicebat: *Maledictos homo, qui facit ſcuptile:* *Deut. c. 27.*
& populus reſpondebat, *Amen.* Sacerdos: *Maledictus homo, qui non honorat patrem & matrem:* & populus reſpondebat, *Amen.* Eodem modo Sacerdotibus de reliquis legis præceptis pronunciantibus ſemper populus reſpondebat *Amen.* Vbi aduertendum, maledictiones Dei non ſolùm eſſe verbales, veluti ſunt maledictiones hominum; ſed reales eſſe & efficaces, quia, quod indicant, efficiunt: & ſicut benedicere Dei eſt benefacere, ita maledicere eſt caſtigare & punire. Hoc in paſſu parumper iam conſiſtat peccator, & conſideret, quot quantasque Dei maledictiones nocte dieque ſibi congreget & accumulet. Numerus maledictionum creſcit iuxta numerum peccatorum: quot committit peccata, quot operatur transgreſſiones, quot vicibus aduerſatur & rebellis eſt legi Dei: toties à Deo maledicitur. Ecce igitur, quot maledictionibus repletur peccatoris anima. *Meledictus erit in ciuitate, maledictus in agro. Maledictus ingrediens, & maledictus egrediens.* *Deut. c. 28.*
*Et venient in eum omnes maledictiones iſtæ, donec intereat. Quia non audiuit vocem Domini, nec ſeruauit mandata eius.* Verùm hîc nondum finis eſt extremæ peccatoris miſeriæ. Odio habetur & maledicitur à Deo, & ſimul ab omnibus creaturis: etenim omnes creaturæ vindicare nituntur iniuriam & Creatori ſuo & ſibi illatam, eò quod peccator ipſis creaturis, ritè rectéque in obſequium Dei vſurpandis, malè & contra ipſummet Deum abuſus fuerit. Quemadmodum, ſi famulus rebellis factus Domino ſuo, inimico eius ob-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*S. Anſelm. de ſimilit. c. 102.* ſequia & famulatum præſtiturus abiret, *non ſol. ipſum Dominum exacerbaret, ſed etiam totam eius fa-liam iuſtiſſimè irritaret.* Ad eundem modum, cùm homo per peccatum fit rebellis Deo, communique Dei aduerſario & inimico ſua defert obſequia & ſeruitia, non tantùm iuſtam Dei iram prouocat; verùm etiam totam eius familiam, cunctas, videlicet, creaturas ad in-dignationem concitat. Et iuſto Dei iudicio *omnia ver-*

*S. Gregor. Hom 31. in Evang.* *tuntur nobis ad vſum vltionis*, omnia in noſtram con-[illegible] rant vindictam: *quia quæ ad vſum naturæ modera-[illegible] accepimus, ad inordinatum vſum culpæ conuertimus.* Quapropter mirum non eſt, peccato obnoxium nullibi locorum quietem reperire eò quod in omni loco [illegible] uios habeat inimicos: ſi in terrà conſtitutus eſt, [illegible] eum abſorberet: ſi in aqua, ſuffocaret eum: ſi in a[illegible] peſte eò inficeret: ſi in igne, flammis ſuis eum abſum[illegible] ret, niſi Deus iam dicta elementa impediret. Cunctæ denique creaturæ ſuo modo ſemper promptæ ſunt paratæ, vt peccatorem ſemper excrucient torque[illegible] que: veluti facient in Vniuerſali Iudicio, & in Infer-no, id Deo tùm permittente propter pœnam prom[illegible] tam. O vtinam in conſiderationem veniret tremendus

*Sap. 5.* ille dies, quando *pugnabit cum illo orbis terrarum con-tra inſenſatos*, quando omnes creaturæ cum Deo ſe arma-bunt contra rebelles eius: *& armabit creaturā ad vltio-nem inimicorum.* Deus ipſemet vires æquiualentes creaturis ſuppeditabit; vt vindictam de ſceleratis [illegible] mere poſſint. O ſi peccatores conſiderarent ac [illegible] derent tremendam adeò diem! O ſi terribile tempus il-lud præſens ſemper eorum obuerſaretur memoriæ! Quam lubenter vitam mutarent & mores, quàm fa[illegible] iiſdem foret deſerere viam liberam ſenſus, & amplecti rationabilem virtutis ſemitam? Verùm quâ ratione (quiſpiam interrogabit) creaturæ inſenſatæ ſenſum ha-bere poterunt, vt ſe de homine vindicent? Reſpondet

*S. Hier. in Matth. c. 8* S. Hieronymus, quod omnes creaturæ etiam inſenſibiles *ſentiunt Creatorem, non intelligendo, ſed obediendo: vo-cem Dei ſentiunt, obtemperando ei:* non audiunt quod Deus loquitur; ſed faciunt, quod Deus manda & præcipit, ſubitò, promptiſſimè, abſq; vllâ reſiſtentia ad [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*S. Chryſoſt. in Pſalm. 7 & ſerm. de Abſolon. tom. 1.*

ad minimum etiam Diuinæ voluntatis nutum. Hanc veritatem egregiè pertractat S. Chryſoſtomus conſiderans ac deſcribens punitionem & mortem Abſalonis: cuius iuſtitiæ miniſtri nulli alii fuêre, niſi ipſemet creaturæ irrationales. Captus & ex arbore ſuſpenſus remanſit, ac in ea mortuus. Miles ſeu apparitor, qui illuc conduxit Abſolonem, mulus fuit, cui inſidebat: *Pro milite eum adduxit mulus.* Patibulum fuit arbor: *pro ligno arbor.* Laquei, quibus ſuſpenſus fuit, proprii eius extitere capilli: *pro fune coma.* Lictor ſeu executor iuſtitiæ, qui eum internecioni dedit, & mortem intulit, fuit idem mulus, *quia animali ſubducto* arbore ſuſpenditur, ſtrangulatur à ramis *& transfixo gutture moritur* O *nefandum meritum parricida!* exclamat hîc D. Chryſoſtomus. O ſummam crudelitatem, impietatemque parricidæ filii mortem Dauid patri ſuo machinantis! *Iniuriam patris non pugnantis gladius, non hoſtilis manus, non iaculantis ictus defendit; ſed vendicant ligna, arbor vlciſcitur, rami defendunt*: ſolæ creaturæ inſenſatæ ad mortem parricidæ filii concurrunt, vt de eo ſumant vindictam. Et huius idem ſanctus Doctor rationem reddit: *quia omnis creatura mouetur, cùm ipſum Dominum ſenſerit moueri*: omnes creaturæ ſuo ſe conformant Creatori, & ad vindictā concurrunt, quandò Deum ita velle & præcipere ſentiunt. Verùm ad vltimum miſeri peccatoris exterminium progrediamur. Peccator odio habetur & maledicitur à Deo, parùm eſt: odio habetur, & perſecutionem ſuſtinet ab omnibus creaturis, & hoc parum eſt. Ecquid adhuc ſupereſt? Num maius malum excogitari poteſt? Vtique aliud inſuper malum erit: quia non ſolùm in Inferno & Deo & cunctis creaturis odio erit; verum etiam à ſeipſo odio habebitur & maledicetur. O miſerabilem & execrabilem, quem peccator attingit, caſum! Peccator ſe à ſe diuidit & ſeparat. Idem odio habet, & habetur: odio ſeipſum habet, & odio habetur à ſeipſo. Et ecce rationem: quia propter intenſum odium, quo in Deum fertur & exæſtuat peccator, cunctas creaturas, veluti Dei effectus odio perſequetur, & præſertim illas, in quibus expreſſa Dei continetur imago, veluti ſunt animæ

noſtræ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

noſtræ: & inter eas & ſeipſum & animam ſuam odio intenſo & continuo inſectabitur, quemadmodum intenſum & continuum odium eſt, quo ardet in Deum. Quid igitur hac miſeriâ peius excogitari poteſt? Odio haberi à Deo, à creaturis, & à ſeipſo: eſſe obiectum maledictionis & Dei, & creaturarum, & ſuipſius? Hic eſt ſtatus peccatoris, hæc eius erit hæreditas in Inferno. Quod ſi igitur ſummum illud periculum euadere, omneque omne effugere deſideres, odio plusquàm vatiniano nunc, antequàm mors acceleret, inſectare peccatum, & vitam cum moribus muta.

## *Peccatum, ſuipſius pœna.*

## Cap. V.

*S. Aug. in Pſal. 36.* DE peccatore aſſerit S. Auguſtinus: *Sibipſi tormentum eſt. Ipſe eſt pœna ſua, quem torquet conſcientia ſua.* Idem hoc confirmat S. Chryſoſtomus, dicens: *Magnum ſupplicium eſt peccare, etſi non puniatur.* Veritas hæc neque ipſos latuit Gentiles: vndè dixit Philoſophus moralis: *Maxima pœna peccantium eſt, peccaſſe. Et ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt:* ſeu punitio peccati in ipſo peccato eſt. Pro meliori veritatis huius notitia tria in peccato diſtinguenda ſunt: culpa, reatus, & pœna. Et tametſi pœna remitteretur peccatori, eò quod Deus eum punire nollet; nihilominùs in culpa & reatu alia eſt pœna intrinſeca, eſſentialis & inſeparabilis, quâ peccator ſemper excruciatur & torquetur à peccato.

*S. Chryſoſt. Hom. 6. ad pop.*

*Seneca.*

*S. Chryſoſt. Hom. 22.* Probatur primò quò ad culpam: quia culpa in quantum culpa nil aliud eſt, quàm *ordinatio quædam & deſtructio ordinis*: etenim affectus, qui debebat eſſe ordinatus & directus ad Deum, inordinatè conuertitur ad creaturas: vndè cor peccatoris eſt cor inuerſum, cor deorſum: ſupra namque creaturas in Deo ſtare deberet, & ſtat ſub illis contra Deum. Hæc cordis inuerſio & inordinatio in peccatore cauſat, vt is continuo affligatur cruciatu & tormento, & nunquàm poſſit reperire quietem. Quemadmodum, ſi corpus noſtrum ſitum

ma-

mutaret, & caput deorſum, pedes verò ſurſùm verteret, eſto nullâ aliâ affligeretur pœna; hic tamen ſtandi modus inordinatus & incompoſitus maximam & continuam ei inferret moleſtiam, nec vnquam in huiusmodi ſitu quietem habere poſſet. Idem caſus occurrit animæ peccatrici; enimuerò inuerſa ſtat, caput amoris ſub creaturis, & pedes vſus ſurſùm in Deo habet. Et hoc illud ipſum eſt, quod ait D. Auguſtinus: peccator nõ agit aliud niſi *frui vtendis & vti fruendis*: amat Deũ & creaturas; at creaturas propter ſe, & Deum propter creaturas, contra ordinem naturalem & Diuinum, contrà ordinem Rationis & Gratiæ præcipientem, Deum amandum eſſe propter ſe, & creaturas eſſe diligendas propter Deum; quod eſt dare ipſum *frui* & fruitionem ſoli Deo; ipſum verò *vti* & vſum ſolis creaturis. Neque hîc gradum ſiſtit peccati inordinatio: quia etiam totius Uniuerſi ordinem diſturbat & peruertit: *Eſt peruerſio ordinis Vniuerſi*: in quantùm, videlicet, cunctis abutitur creaturis, diligendo eas propter ſeipſas, & in proprium ſuum commodum, non propter Deum. Undè peccatum non eſt particularis; ſed vniuerſalis inordinatio, ſuſque deque ferens omnes creaturas, deſtruens ordinem, ac pulchram harmoniam ab ipſo Creatore poſitam. Quod ſi igitur peccatum ex natura ſua nil aliud eſt quàm inordinatio, peruerſio & perturbatio, quam pacem & quietem peccator reperire poterit? Continuam experietur pœnam & afflictionem. Quamobrem, eſto aliam peccatum haud ſortiretur pœnam, illud ipſum pœna eſt, culpa pariter & pœna eſt; eſt pœna intrinſeca & inſeparabilis à culpa, eſt pœna culpæ ſemper proportionata: maior namque aut minor erit, prout maior aut minor eſt culpa. Patet igitur, peccatum non tantùm eſſe culpam, ſed etiam peccatoris pœnam.

Oſtendamus ac probemus idem quoque de reatu, qui eſt debitum æternæ pœnæ: enimuerò paſſiones timoris & ſpei hanc ſibi vendicant proprietatem, vt participent de malo quod timetur, & de bono, quod ſperatur. Si quidam delinquens detinetur carceri incluſus cum periculo vitæ, pœnâ affligitur, & non aliâ niſi timore pœnæ. Nonnullus alius ex Hiſpania præſtolatur promotio-

motionem ad aliquod officium, & gaudet, non propter aliud, niſi propter ſpem dignitatis, quam expectat. Idem euenit timori pœnæ æternæ, & ſpei æternæ gloriæ: *Spe gaudentes*, ait ſanctus Paulus de Iuſtis: ſemper læti & hilares ſunt ſolâ ſpe bonorum cœleſtium. *Et timore dolentes* de miſeris peccatoribus aſſerendum erit: qui ſemper viuunt continuo vexati & afflicti timore æternæ pœnæ. Peccatum igitur in ſeipſo pœna eſt, non ſolùm ratione eius, quod *in futuro* & in Inferno ſibi acquirit, verùm etiam propter id, quod præſentis vitæ tempore & in culpa & in reatu experitur.

Verùm quæ qualisue ſit intrinſeca peccati pœna, quales inſuper in peccatoribus cauſet effectus, exponit ſanctus Chryſoſtomus, cùm ait: *Vmbras trement, omnem ſtrepitum timent, ſonitum folii volantis quaſi gladium fugiunt.* Præterea *quemcunq; putant ad ſe venire, de ſe ſermocinari.* Et quod maiori admiratione dignum eſt, ipſe ſibi aduerſarius eſt & inimicus: *Nullo prodit arguente, nullo condemnat accuſante, & fugit nemine perſequente.* Denique, *quocunque abit, flagellatur*, nullibi aſſequitur minimũ mali ſui remedium & effugium: quia quocunque vadit, & ſeipſum & propriam ſecùm defert conſcientiam, quæ eum torquet & affligit. Pœna igitur peccati hæc eſt, continuum tormentum, perpetuus cruciatus & triſtitia, tremor ſine fine. Conſidera igitur, quod, quotieſcunque inſequeris voluptates mundanas, quando amas peccatum tuum, nonniſi tuum amas tormentum & cruciatum: amas virgas, quibus continuò cæderis; cultrum, quo iugularis, & cor tuum configitur: gladium, quo anima tua transuerberatur: amas tuam pœnam, mortem tuam, ſummam tuam miſeriam, & vltimam tuam ruinam & perditionem. Quid tibi emolumenti conferunt Mundi delitiæ: quem ex terrenis deuitiis capis fructum; quam pacem reperis in vana ambitione mundanæ dignitatis, ſi malleus malæ conſcientiæ cor tuum ſemper concutiat, ſi anima tua immenſo pœnarum pelago immerſa hæreat, ſi denique omnis à te procul ra exulet pax & lætitiæ? Dic mihi: quid tibi panis in menſa prodeſſet, ſi eum non manducares, eoque non ſedares famem tuam, quæ eſt in ſtomacho? Quid prodeſ-

ſet

ſet quoque refrigerium aquæ fontanæ, niſi eâdem ſitim corporis extingueres? Quid vtilitatis aut emolumenti caperet nudus aliquis, quod veſtes conſeruaret ciſtæ incluſas? Talis tu es, & non aduertis, annon cæcus es? Fames, ſitis nuditas eſt intra animam tuam, in interiori homine, in potentiis internis intellectus & voluntatis; & tu carnem tuam ſenſualiter enutrire ſtudes, ſenſibus tuis potum dare ſatagis, & corporis membra immoderata indumentorum pompâ expolire allaboras. Aperi tandèm aliquando oculos, & luminis deprecare Patrem, vt te illuminet. Quòd ſi non te moueat honor Dei, proprium ſaltèm te moueat commodum, & libera te à culpa pœnali & infernali peccati, quod non duntaxat, vt culpa, maculat, ſed etiam, vt pœna & pœna inſuperabilis, & à peccato inſeparabilis, torquet & cruciat.

## *Peccatum, pondus & onus intolerabile.*

## Caput VI.

HOc idem, quod obtingit corpori graui oppreſſo onere, occurrit animæ graui peccati moli ſubiectæ. Conſidera parumper, ſi quiſpiam ſuo infortunio ſub magno aliquo monte ſepultus, eoque ita coopertus eſſet, vt nec aditus nec acceſſus, vndè ſuccurſus ſperari poſſet, ad eum pateret, quid faceret miſer ille in tanta anguſtia & periculo conſtitutus? quid diceret? Omnem profectò perderet ſpem effugii, & ſolum mortis extremam præſtolaretur ruinam. Non abſimilis eſt miſeri peccatoris caſus: ſepultus iacet ſub grauiſſimo peccati pondere, nec aditus, vndè per ſe effugere, aut remedium adhiberi poſſit, vllus datur: quare, quamdiu hoc in ſtatu perſeuerat, non niſi extremam mortis æternæ, damnationisque ruinam exſpectare poteſt. Anima creata eſt à Deo tota ſpiritualis, ſpiritualibusque dotata potentiis, intellectu & voluntate-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

luntate, quibus veluti duabus expeditiſſimis ali[illegible]
rum euolare & non ſupra eminentiam cœli dun[illegible]
verùm & ad ipſam vſque Dei altitudinem aſcender[illegible]
eſt; at propter peccatum adeò grauis efficitur & p[illegible]
roſa, vt magno impetu præceps ruat in imam [illegible]
abyſſum, nec quidquam eſt, quod eam retardet a[illegible]
tineat.

Id exemplo aliquo à S. Antonino adducto exp[illegible]
*S. Antonin p. 4. tit. 14. c. 6.* ingens eſſet lapis, puta, molaris, & è cœlo empyr[illegible]
deret, hîc perſiſteret in firmamento, ab eoque, n[illegible]
deſcenderet, detineretur; & ſi deindè è cœlo Lu[illegible]
ſcenderet, à terra retardaretur, ibique cogeretur [illegible]
ſceie, nec vlteriùs procederet. Aſt Angelus ſup[illegible]
è cœlo ruens empyreo, & graui peccati oppreſſu[illegible]
le nullum inuenit obſtaculum, quod ipſius caſum [illegible]
turbare aut impedire potuit, nihil in deſcenſu & [illegible]
reperit, quod ipſum ſuſtinere valuit: tranſiuit c[illegible]
penetrauit elementa, ac præceps ruit in imam a[illegible]
fundiſſimam abyſſum.

Quapropter Spiritus ſanctus, vt ſaltem aliqua e[illegible]
*Zachar. c. 5* te pondus & grauitatem peccati declararet, voca[illegible]
*Apoc. c. 19.* *maſſam plumbeam*, *lapidem molarem magnum*,
*Hebr. c. 12.* prætereà *omne pondus*. Ac ſi inferre vellet, nullam [illegible]
reperiri grauitatem, quæ peccati grauitati æqui[illegible]
valeat. Graue eſt pondus mallei, magnum eſt [illegible]
montis, adhuc maius eſt pondus globi terræ: ſed [illegible]
hoc nihil eſt comparatione ponderis peccati quaſi [illegible]
niti & immenſi. Poteſt vnus Angelus naturalib[illegible]
adiutus duntaxat viribus integros euertere mo[illegible]
eoſque de loco in locum tranſportare, conqua[illegible]
mouere terram, confundere elementa: at vim [illegible]
nec à ſeipſo ſeparare, nec à proprio loco, in quo [illegible]
remouere, neque ab anima peccatoris ipſum pecc[illegible]
tollere poteſt, tametſi peccatum eſſet, quod non[illegible]
grauia; ſed inter leuiſſima etiam & venialia re[illegible]
retur.

Videamus grauitatis huius rationem & cauſam, [illegible]
rè peccatum, cùm ex natura ſua nil aliud ſit, niſi pr[illegible]
tio quædam & ſimplex negatio, imò parum nihil, [illegible]
men tàm immenſi ponderis, tantùmque ponder[illegible]

ſitetque, vt nulla in tota Naturæ vniuerſitate & circuitu reperiatur grauitas, quæ ei comparari poſſit. Ratio eſt manifeſta, quia intra negationem illam, & ſub illo nihilo tria inueniuntur & comprehenduntur infiniti ponderis, ſummæque grauitatis: primum eſt offenſa Dei; quæ aquâ ponderata bilance plùs ponderat, quàm mille, imò infiniti Mundi, ſi darentur. Etenim offenſa deſumit pondus ſeu grauitatem ſuam à perſona offenſa, & quò hæc eſt dignior, eò grauior eſt offenſa; vndè offenſa Dei infinitè digni, infinitè grauis erit.

Secundum, quod continetur in peccato, eſt pondus & grauitas iræ & indignationis Diuinæ: pondus intollerabile: pondus inſupportabile, pondus horrendum: vt propterea optimè dicat Apoſtolus: *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis*, & incurrere iſtam Dei irati vindictam. *Leo rugiet, & quis non timebit?* Amos c. 3. ſi tememus ac trepidamus ad rugitum Leonis, quid fiet ad fulgurationem gladii Omnipotentis Dei, quandò virtutem brachii ſui, & iuſtitiæ ſuæ rigorem manifeſtabit?

Tertium, quod peccatum in ſe comprehendit, eſt pondus æternæ damnationis: pondus infinitæ pœnæ & æternæ durationis: pondus, quod nec menſuram habet, nec terminum: ſuperat & tranſcendit omnem cogitatum, omnemq; intellectus noſtri excedit capacitatẽ. Quamobrem meritò, veluti ſuprà etiam allegatum eſt, peccatum Apoſtolus appellat *omne pondus*, id eſt, *infinitum pondus*: Hebr. 12. infinitum propter infinitatem offenſæ Dei, propter infinitatem Iræ Dei, propter infinitatem pœnæ. Quicunque igitur hanc conſiderat veritatem, eamque, vti decet, penetrat, quâ ratione in ſe audet conſeruare peccatum, pondus adeò intollerabile? quis grauiſſimâ oppreſſus mole, cùm ſe exonerare poteſt, non ſe exonerat? quid exſpectas? Annon ab Angelo Domini tẽ moneri conſpicis & verbis & factis? Ingentem ille accepit lapidem molarem, eumque magno impetu proiecit in mare, dicens: *Hoc impetu mittetur Babylon illa magna, & vltrà non inuenietur.* Apoc. c. 19. Quo facto tẽ docere voluit, quod eodem modo, ni mentem animumque mutaueris, de anima tua ſumet vindictam: etenim magno



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

impetu propter peccati grauitatem anima tua in ab-
ſum infernalem præcipitabitur.

## *Peccatum, ſumma ignominia.*

## CAP. VII.

Prov. 35. STultorum exaltatio, ignominia. Quod à peccato-
putatur eſſe honor & gloria, ſi penitus introſpicia-
& in ſtatera Dei ponderetur & examinetur, id non-
opprobrium & ignominia eſſe deprehendetur. Homi-
mundani credunt & arbitrantur eſſe laudabile propri-
complacere paſſionibus, viuere ſecundùm dictam-
ſenſus, regulare ſe iuxta irregulatam propriæ volun-
tis regulam. Sed quàm longiſſimè ab itinere veritatis-
errant, decipiuntur, & veluti proprio obcæcati erro-
lucem veritatis non aſpiciunt, imò obfuſcantur in um-
bra illius. Progrediamur ad probationem huius veri-
tis; ac primum obtineat locum authoritas S. Scriptur-
1. Reg. 2. *Qui contemnunt me, erunt ignobiles*: qui Dei flocci pe-
dunt honorem, ipſum offendendo Deum, proprii inp-
nam patientur honoris iacturam, quia (vt Carthuſian-
præfatæ authoritati adiungit) *ipſa iniquitas & ignobi-
tas maxima*. Secundò probatur ratione: quia culp-
peccati eſt macula quædam, quæ animam deturp-
& vilem efficit, dum eam rebus ſe inferioribus, pu-
creaturis per affectum vnit & coniungit. Et quemadm-
dùm peccatum in ratione mali eſt ſummum malum; i-
etiam ſumma macula eſt, ſumma vilitas, ſumma infam-
& per conſequens animam, in qua eſt, eodem modo tu-
pem efficit vilem & infamem. Hanc eandem rationem
Oſe. 9. reddit Spiritus ſanctus per Oſeam Prophetam: *Abomina-
biles*, inquit, *facti ſunt, ſicut ea, quæ dilexerunt*: Peccatores
indignos & abominabiles ſe reddidere, prop... peccato-
rum, quæ dilexerunt, abominationes. Enimuerò tal-
quisque eſt, qualis eſt amor eius: ergo cùm peccator a-
mat iniquitatem & peccati infamiam, ipſe ſe quoque
reddit infamem. Præterea verus honor ſolùm conſiſ-
& co-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& collocatur in virtute: ergò vera infamia ſolùm in pec-
cato & vitio collocabitur & conſiſtet. Præterea De-
us eſt ſumma gloria; & ſummus honor per eſſentiam:
ergò peccatum Deo oppoſitum ſumma erit ignominia
& infamia. Undè tanquàm veritas certa & infallibilis
concluditur, quod ſicut verus honor conſiſtit in ſeruire
Deo & honorare Deum; ita vera infamia à contrario
conſiſtit in peccare & offendere Deum. Videant igi-
tur mundani homines, in quanta viuant cæcitate, cùm
*dicunt malum bonum, & bonum malum*, honorem ap- *Mich. 6. 7.*
pelant veram infaminam, & infamiam honorem. Er-
gò quicunque verum amat honorem, quicunque ſe in
propria fama & reputatione conſeruare deſiderat, omni
ſtudio & conatu veram & ſolam ignominiæ cauſam,
quæ eſt peccatum, effugere ſtudeat. Quod ſi hanc in-
famiam & ignominiam non apprehenderit in hac vita,
apprehendet eandem benè in futura vita, quando ocu-
los aperiet, videbitque, quid ſit peccatum, quantamque
in ſe contineat infamiam & abominationem. Hac igno-
miniæ macula contaminatus erit per totam æternitatem:
*Et opprobrium eius non delebitur.* Et vt talis & à Deo, & *Prov. 7.*
ab omnibus creaturis iudicabitur.

## *De Peccato veniali.*

## Cap. VIII.

INter reliquos errores falſasque opiniones, quibus ob
peccati obcœcationem irretiti devinctiq; ſunt munda-
ni homines, hæc quoq; admodum grauis eſt, quod parui
pẽdant peccata venialia. Hæc miſeros mundanos inuaſit
falſa imaginatio & perſuaſio, vt omne illud, quod genere
mali non eſt peccatum mortale, quia non priuat Gratiâ
Dei, exiguum inferat animæ damnum ac nocumentum,
ac proindè non ſit multùm curandum. Ad extirpandum
hunc errorem, adeò animæ nociuum ſaluti, præſens ca-
put inſeruiet, in quo & de damnis, quæ peccatum ve-
niale animæ cauſat & infert, & de eiuſdem reme-

diis tractabitur: ſupponendo primò, quantùm propo-
ſito & fini noſtro ſufficiet, cognitionem naturæ & pro-
prietatis peccati venialis. Hinc ergò exordiamur.

## *Eſſentia peccati venialis.*

IUxta Doctoris Angelici doctrinam, peccatum veni-
le non eſt contra Charitatem; ſed contra feruorem
Charitatis: non eſt contra amicitiam Dei; ſed con-
familiaritatem Dei: nec eſt contra Gratiam habitu-
lem; ſed eſt contra actualem. Probatur prima defin-
ſiquidem peccatum veniale in hoc diſtinguitur à mor-
tali, quod mortale eſt contra vltimum finem; qui
Deus, ſummum noſtrum bonum: ergò etiam eſt co-
tra charitatem ad conſecutionem vltimi finis neceſſ-
am; at peccatum veniale non eſt contra vltimum fin-
ergò non tollit charitatem, ſed charitatis feruorem: q-
ratione peccatorum venialium anima feruenter ope-
nequit in ordine ad actus charitatis, eò quod Deu-
pœnam talium peccatorum ſubtrahat auxilia & con-
lationes ſpirituales ad feruorem neceſſarias. Sic-
peccatum veniale non tollit, neque aliqua ex parte
minuit Gratiam & Charitatem; ſed tollit ſolùm a-
feruentes & intenſos Charitatis, quod eſt idem dice-
non diminuit Gratiam intrinſecè, quantùm ad ſu-
ſubſtantiam; ſed ſolùm extrinſecè, quantùm ad ſu-
operationem: quemadmodùm cinis igni ſuperpo-
non tollit ignis ſubſtantiam, ſed operationem dunta-
quia igne coopertus, non, vti primò, calefacit.

Verùm dubitare quis poterit & dicere: Sicut fer-
caloris eſt calor, ita feruor charitatis eſt charitas: e-
diminuit & tollit quoque Charitatem. Reſponde-
diſparem eſſe rationem inter calorem & charita-
quia per feruorem charitatis non intelligimus aliqu-
quod ſit intrinſecum charitati; ſed ſolùm actum. I-
dè idem eſt dicere: peccatum veniale tollit feruor-
Charitatis, ac dicere: tollit actus feruentes Charita-
ipſa charitate ſemper perſeuerante in ſua ſubſtantia.

Et vt paucis plura complectamur, dicemus in h-
po-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

peccatùm mortale differre à veniali: quod mortale tollat charitatem & habitum charitatis; veniale verò tollat ſolum actum: tùm quia, dùm anima operatur actum aliquem culpæ venialis, eodem tempore actum aliquem charitatis operari nequit; tùm etiam, quia poſt commiſſum peccatum veniale anima minus habilis & apta efficitur ad exercendos actus feruentes charitatis propter auxiliorum Diuinorum ſubtractionem, veluti dictum eſt ſuprà. Cum hoc ſimul intelligitur alius quidam modus explicandi diuerſitatem peccati venialis à mortali, nimirùm: peccatum mortale eſt contra vltimum finem, vti dictum eſt: veniale eſt contra media ad Deum, vltimum finem, referibilia. Etenim, dùm committitur peccatum veniale, actus ille ad Deum referri non poteſt: ergò peccatum veniale aduerſatur mediis & actibus ad Deum referibilibus, & eoſdem tollit: igitur peccatum veniale non eſt contra vltimum finem; ſed contra media, nempè contra actus bonos, quibus mediantibus tendimus ad vltimum finem.

## *Exponitur alio modo eſſentia peccati venialis.*

EAndem doctrinam explicat S. Thomas hoc alio modo: *In charitate ſunt quatuor: eſſentia, inhærentia, actus, feruor. Vltima tria minui poſſunt per veniale, non autem primum.* q. d. peccatum veniale non tollit eſſentiam & ſubſtantiam charitatis; tollit tamen actum, & diminuit feruorem & vnionem ſeu inhærentiam.

Ex dictis manet quoque probata ſecunda definitio peccati venialis: quod, nimirum, non tollat amicitiam Dei, quia non tollit Gratiam; ſed eſt contra familiaritatem, quia nonnullos tollit influxus & inſpirationes cœleſtes, quarum interuentu & ſuffragio S. D. M. nobiſcum familiariter agit & conuerſatur. Probatur etiam tertia definitio, quod peccatum veniale non ſit contra Gratiam habitualem, veluti peccatum mortale; ſed contra actualem excitantem & adiuuantem; quia culpa eius illam impendit, vt dictum eſt. Et hæc de eſſentia peccati venialis: ad damna, quæ animæ infert, pregrediamur.

## *Peccatum veniale, Macula animæ.*

PRimum peccati venialis damnum eſt, quod macu
& contaminet animam. Quia peccatum venia
eſto non tanta & tàm grauis macula ſit, quanta eſt p
catum mortale; nihilominus vera aliqua & intrinſ
macula eſt; ſiquidem peccatum veniale & ſuam for
malitiam intrinſecam, cùm ſit actus quidam inordina
contra rationem, ergò & ſuam habet maculam: q
macula moralis nil aliud eſt, quàm deordinatio qu
dam moralis; ergò eſt macula & deturpat anim
Hanc doctrinam declarat S. Thomas hoc exemp
*Sicut in aliquo corpore contingit eſſe maculam duplicem*
*vno modo per priuationem, V.g. coloris; alio modo per*
*per inductionem alicuius impedientis colorem, puta luti*
*pulueris; ita & in animam inducitur macula: &*
*mo modo peccatum mortale, ſecundo veniale*, quod n
tollit gratiam, ſed eam duntaxat impedit quantum
operationem. Conſidera igitur pulchram imagin
& ſimilitudinem Dei, quæ animæ noſtræ, media
Gratiâ, ineſt: & quâ ratione deindè peccatum venia
quamuis non tollat imaginis ſubſtantiam, nihilomin
pulchritudinem eius & decorem cooperiat, effici
que, nè forinſecùs in actibus, vti deberet, compare
& quò magis multiplicentur peccata venialia, eò mag
puluis, quo obducatur, adaugeatur: vndè miſera an
ma diues eſt; at nihil ei proſunt diuitiæ ſuæ: pulchr
at ſuâ non gaudet pulchritudine. Explicatur eade
veritas alio quodam ſimili exemplo: ſicut in corpore
peritur *duplex nitor* & ſplendor: vnus coloris, & intri
ſecus; luminis alter; & extrinſecus; ad eundem m
dum in anima eſt ſplendor intrinſecus, Gratiæ, ſcilice
habitualis; & extrinſecus, nempè, Gratiæ actualis. Pe
catum mortale eſt macula tollens primum lumen: a
peccatum veniale eſt macula tollens
ſecundum.

## Peccatum veniale, Offenſa Dei.

PEccatum veniale non ſolùm eſt macula contaminans & deturpans animam, verùm etiam offenſa eſt, quia diſplicet Deo, ergò offendit: Et iuxta hunc ſenſum de peccatis venialibus locutus eſt Apoſtolus, quandò dixit: *In multis offendimus omnes*, puta, in multis occaſionibus, quæ ſunt peccata venialia. Prætereà probatur: quia peccatum veniale modo ſuo *eſt auerſio à Deo, & conuerſio ad creaturam*, cùm peccans peccato veniali eo ipſo ad Deum ſe referre nequeat: ergò qui peccat venialiter, in quantum tale committit peccatum, certo quodam modo à Deo auerſus & alienus eſt, eſt conuerſus quoque ad creaturas, veluti ad obiectum non referibile ad Deum, eſto rationem vltimi finis in tali obiecto non collocet.

Hinc colligitur, quantum damnum conferat peccatum veniale, quandò ſemoto rationis fræno & timore Dei iuxta ſenſualitatis exigentiam multiplicatur. Quia quamdiu anima in malo illo habitu conſtituta eſt, non facit aliud, niſi continuò offendere Deum, & nonniſi Deo diſplicere ſtudet, & exiguam valdè illius curam & exiſtimationem ſe habere commonſtrat. Quid faceret Dominus, ſi domi ſuæ famulum haberet continuò inobedientem in rebus etiam minimis & ordinariis: & Domino iubente hoc, ille ageret aliud: & tametſi non eriperet ei honorem aut vitam, nihil tamen curaret, quod Dominum offendat, & ad indignationem prouocet? Profectò huiusmodi famulo pronunciare & ominari poſſemus, non diutiùs eum in domo & ingratiâ Domini ſui perſeueraturum. Hoc idem facilè continget ei, qui nullam peccatorum venailium euitandorum curâ habet, eò quod ea non graues ſed leues Dei offenſas eſſe exiſtimet: quia licet peccatum veniale reſpectu mortalis offenſa leuis cenſeatur, conſideratum tamen in ſeipſo & in ordine ad ſummam & infinitam Maieſtatem perſonæ offenſæ, & ad vilitatem perſonæ offendentis valdè grauis offenſa cenſenda, & vt talis odio habenda & abhorrenda eſt, ac Diuinâ patrocinante Gratiâ curandum, nè vnquàm incurramus peccata deliberata & voluntaria, etiam venialia.

## *Peccatum veniale, contrarium Legi Dei.*

PEccatum veniale non tantùm *eſt præter legem D*
ſed etiam *contra legem Dei.* Quia lex Dei, cùm
ſeipſa ſit iuſta & ſancta, omnem culpam, omne pecc
tum & graue & leue prohibet: ergò non ſolùm pe
catum mortale, ſed etiam veniale eſt contra legem D
Quamuis non deſint Authores, qui negent hunc m
dum loquendi, aſſerantque peccatum veniale non
contra legem Dei, ſi ſermo eſt de lege charitatis, co
quam non eſt peccatum veniale, quia non tollit chari
tem; concedant verò prædictum modum loquendi,
ſermo eſt de lege Dei vniuerſali, in quo ſenſu & noſ
loquimur.

## *Peccatum veniale habet reatum pœnæ.*

PEccatum veniale præter culpam continet etiam re
tum, qui eſt dignitas & obligatio pœnæ, non q
dem æternæ, vti eſt in peccato mortali; ſed tempora
aut in hac vita, aut in Purgatorio expiandæ. Cuili
veniali peccato, tametſi minimo, Diuina iuſtitia p
meritam conſtituit pœnam: & quamuis quælibet i
ipſa conſiderata videatur exigua: ſimul tamen iunc
& vnitæ ingentem efficiunt cumulum: *Si contemnis, cu
appendis, expaueſce, cùm numeras*: ſi parui pendis p
nam peccati venialis, quandò eam ſolam per ſeipſ
conſideras: time & treme in conſideratione eiuſd
cum aliis ſimul vnitæ. Enimuerò cunctæ pœnæ pec
torum venialium totâ vitâ commiſſorum immen
quaſi conficiunt maſſam pœnarum: eòque atting
poſſunt, vt ſuperent pœnam alicui mortali peccato d
bitam. *Tantùm poſſunt multiplicari pœnæ venialiu
vt ſimul ſumptæ ſuperent pœnam vnius mortalis.* H
non eſt ſermo de pœna damni; ſed ſolùm de pœna ſe
ſus: nam ſi vnum peccatum mortale promerebit m

grad

gradus tormenti ignis; decem millia peccatorum venialium; ſi cuilibet medius correſponderet gradus, promerebunt quinque millia graduum: ſicquè horum pœna ſuperabit pœnam illius: vndè ſimul ſtare poteſt, quod anima in purgatorio plùs patiatur ab illius igne propter peccata venialia, quàm alia damnata anima patiatur ab igne infernali propter mortalia. *Expaueſce* igitur cum Auguſtino, conſiderando peccata venialia non per ſe ſola; ſed in ſuâ multitudine & vnione culparum & pœnarum.

Ultra hanc pœnam, quæ peccato veniali ex natura ſuâ competit: idem etiam peccatum ſubiacet pœnæ æternæ *per accidens*, nimirùm, propter vnionem, quam habet cum peccato mortali in Inferno. Ratio eſt, quia peccatum ibidem nullam habet remiſſionem: ergò nec peccatum veniale ibidem remittetur; ſed ſemper durabit, ac per conſequens ſemper punietur. Neque in futura vita duntaxat; ſed etiam in præſenti quis patitur damnum temporale peccatorum venialium; quia, ſicut nonnulla bona opera hominum peccatorum, etſi non mereantur vitam æternam, merentur tamen aliqua bona temporalia in hac vita, puta diuitias honores &c. veluti docet S. Auguſtinus; ita quædam opera mala Juſtorum non merentur pœnam æternam, ſed temporalem, puta, afflictiones, bonorum iacturam, & nonnunquàm etiam ipſam mortem. Quemadmodùm videre eſt in morte illatâ Moyſi propter exiguam fiduciam, vel, vt alii volunt, propter impatientiam in tolerando tumultum populi, quæ fuit *peccatum veniale & leue*, vt notat S. Auguſtinus; Et patet etiam in Oza, qui *mortuus eſt morte improuiſâ*, quia *tetigit Arcam irreuerenter*, ſeu cum exigua reuerentia, quæ fuit culpa ſolùm venialis, vt notat Abulenſis: & denique in alio Propheta, qui *cùm abiiſſet, inuenit eum leo, & occidit*, eò quod intermiſerit orare, donec Deus dediſſet ei lumen, quo intellexiſſet ſanctiſſimam eius voluntatem: *Nō debebat faciliter credere; ſed Dominum inuocare, vt ſibi ſuper hoc veritatem oſtenderet.* Nihilominùs defectus ille orandi fuit ſolùm venialis, quia ſimul habuit timorē offendendi Deum: *Timuit enim ille bonus Propheta of-*

*ta offendere Deum*: niſi obediuiſſet ficto illi Prophe quem verum & ſanctum Prophetam exiſtimabat.

## *Peccatum veniale diſponit ad mortale.*

PRæcipuum damnum, quod peccatum veniale co fert animæ, eſt, quod diſponat animam ad peccat mortale. Diſpoſitio deſumit naturam ſuam à forma quam diſponit: quantum igitur malum erit peccat veniale, dùm forma, ad quam diſponit, eſt peccat mortale, quod eſt ſummum malum. Huius effect tres aſſignantur rationes: quia in pœnam peccatoru venialium diminuuntur Diuina auxilia ſupernatura accreſcunt tentationes carnis & Dæmonis; habituat *in paruis*, diſponitur *ad magna*: quemadmodum qui ſueſcit furari res paruas & minutas, paulatim occaſio datâ furabitur res maioris ponderis & pretii. Etha de effectu & damno peccati venialis. Ad remedia p cedamus.

Ac primò apprehendendum eſt peccatum veni tanquàm magnum malum; & plùs timendum, qu omnia temporalia præſentis vitæ damna, & plùs etia quàm ipſa æterna Inferni pœna, ſecluſâ culpâ, veluti lud timuêre omnes Sancti.

Primò, quia non ſolùm diſponit ad peccatum mo tale, vti dictum eſt, ſed nonnunquam etiam tranſi mortale, idque in pluribus caſibus: primò, ratione vl mi finis: *Nullum peccatum adeò veniale, quod non f criminale, dùm placet*, & amatur vt vltimus finis. Se cundò, ratione malæ intentionis: veluti qui dicere mendacium, vt furaretur. Tertiò ratione ſcanda Quartò ratione periculi prolabendi in peccatum mo tale. Quintò & vltimò, ratione contemptus: ſicuti q committeret aliquod peccatum veniale, nè obedire Deo, & hoc contemneret & parui æſtimaret.

Secundò, timendum ac fugiendum eſt peccatu veniale propter pœnam ſpiritualem, quâ punitur à De in hac vita; & eſt attenuatio ſeu diminutio Diuinoru

aux

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

auxiliorum, quæ in tribus Dei beneficiis conſiſtunt: *in protectione, excitatione & directione.* Quia Deus in pœnam peccatorum venialium primò nos non protegit ac defendit à tentationibus Dæmonum, vti priùs faciebat; ſed maiorem eis concedit & permittit tentandi poteſtatem. Secundò, Diuinæ excitationes & inſpirationes, quibus Deus affectum hominis à creaturis auocat & retrahit, & in cœlum ſubleuat, ſunt rariores. Tertiò, parciora ſunt auxilia directionis & executionis operum.

Neque Deus punit duntaxat hac pœnâ ſpirituali defectus, in quibus eſt culpa; verùm etiam eos, qui absque culpâ exiſtunt, & ſolum dicunt defectum perfectionis: vt quandò non correſpondemus Diuinis inſpirationibus, ad quas non obligamur. *Leſſ. vbi ſup.* Hos defectus non caſtigat Dominus Deus noſter pœnâ poſitivâ (quia vbi non eſt culpa, ibi nec datur pœna) ſed pœnâ priuatiuâ, attenuando & diminuendo Diuinæ gratiæ auxilia: etenim Deus ita nobiſcum agit, ſicuti nos agimus cum Deo (*Cum iuſto iuſtus eris, & cum peruerſo peruerteris*) *Pſal. 17.* Ergò ſi nos ſimus parci & auari in Deum, & nonniſi id, ad quod ſub peccato obligamur, facere volumus; Deusquoq; parcus erit nobiſcum, ac manum liberalem in Diuinis ſuis diſtribuendis donis & beneficiis contrahet. Advertendū inſuper, eum, qui non correſpondet Diuinæ, vocationi, frequenter à culpa haud eſſe liberum; quia eandem executioni mundare omittit, non propter aliquod motiuum rationabile; ſed propter aliquam paſſionem faſtidii, pigritiæ, & ſuperflui affectus ad rem terrenam: *Leſſ. vbi ſup.* & operari ex paſſione eſt malum & peccatum: quia cùm homo ſit rationalis, eius motiuum operandi non paſſio, ſed ratio ſit, oportet.

(o)

Expe-

## *Exponitur alio modo, quomodo peccatum veniale diſponat ad mortale.*

PUnitur inſuper hâc pœnâ ſpirituali & priuatiuâ
piditas & negligentia in via Dei: quandò Chriſti
nus eſt frigidus tepidus & negligens in domandis
paſſionibus, in creſcendo & perficiendo ſe in virtutib
quia ſignum eſt, parùm ab eo Gratiam Dei æſtim
cùm eam amiſſionis exponit periculo; & quia camp
ui pendit, attenuatis paulatim Diuinis auxiliis & do
nutis, permittit Deus, vt perdat & amittat Gratia
& corruat in peccata grauia. Ut igitur tantum eui
mus periculum, magni æſtimandum eſt ſalutis noſt
negotium. A ſacris Doctoribus tres curæ & diligen
diſtinguuntur ſpecies: *maxima, moderata, & nul*
prima impendenda eſt negotio ſalutis: ſecunda rebus
vitam humanam neceſſariis: tertia rebus ſuperflu
Matth. 13. iuxta Diuinum oraculum: *Primum quærite regn*
*Dei*, quod eſt negotium ſalutis, *& hæc omnia adiic*
*tur vobis*, quæ, nimirùm neceſſaria ſunt ad corpori
ſtentationem.

Cuncta peccata venialia timenda & fugienda ſunt
in particulari ea, quæ ſunt magis voluntaria. Tres m
tuum inordinatorum diſtinguuntur ſpecies: *primò p*
*mi, primò ſecundi, & tertii.* Primis nulla ineſt cul
quia nihil voluntarii adeſt & ineſt eis: in ſecundis
aliqualis culpa, quia aliquid voluntarii, licet imperfe
eis ineſt; in tertiis eſt plena culpa, quia plenum & de
berandum iis ineſt voluntarium; ſiquidèm plenâ fi
ſcientiâ, & plenâ deliberatione. Hi vltimi debe
poſſunt euitari omnes: quia eos committimus ſcien
& volentes: non ita ſecundi, qui committuntur ex
reptione naturæ, & de quibus intelligitur, quod *ſep*
Prouerb 34 *in die cadit iuſtus.* Inter hæc peccata venialia vo
taria & deliberata, vt dictum eſt, maiori diligent
euitanda ſunt, quæ ſunt periculoſiora. Hâc partic
lari diligentiâ fugienda ſunt peccata venialia, & amp

ea ; quæ ſunt proximiora peccato mortali.

Præterea diſtinguunt Theologi tres ſpecies peccatorum venialium *ex genere, ex paruitate materiæ, & ex defectu voluntarii*: primæ ſpeciei ſunt illa, quæ creſcendo intra proprium obiectum & materiam nunquàm attingunt peccatum mortale: ſicut eſt verbum otioſum, & dicere mendacium: ſecundæ ſpeciei peccata venialia, intra proprium obiectum & materiam, abſque eo quod tranſeant ad aliam ſpeciem; fiunt mortalia: veluti furari. Enimuero, ſi res ablata eſt leuis momenti, & exigui valoris, eſt peccatum veniale; at creſcente materiâ & valore, accreſcet quoque peccatum, & erit mortale: vltimæ quoque ſpeciei peccata venialia tranſire poſſunt in mortalia. Inſurgit v. g. affectus quidam odii, aut amoris ſenſualis: ſi aut nihil, aut valdè parùm aduertatur, non eſt peccatum mortale, ſed veniale: ſi creſcat aduertentia, & plenè cognoſcatur, & deſideretur, aut in eo anima ſibi complaceat, eſt peccatum mortale. Præterea inter hæc peccata venialia, poſſunt eſſe mortalia, nonnulla minùs vicina, aliqua verò proxima ſunt peccato mortali, & hæc maiori cautelâ & vigilantiâ euitari debent: exempli cauſâ, intueri obiectum aliquod ſcandaloſum eſt peccatum veniale, at facilè tranſire poteſt in mortale, quia ex cognitione facilis datur tranſitus ad affectum; legere librum minùs honeſtum peccatum veniale eſt, ſi ſolùm legatur ex curioſitate aut vanitate; aſt per hoc medium facilè peruenire poteſt ad mortale: quia ex vanitate fieri ſolet tranſitus ad ſenſualitatem: & quod primò legebatur ex curioſitate, poſteà legitur cum ſenſualitate & maligno affectu. Tale fuit peccatum noſtrorum Protoparentum: Eua namque vidit pomum curioſitate aliquâ ducta: ex viſu tranſiuit ad tactum, de tactu ad eſum: *Vidit, tulit & comedit*. Idem dicendum eſt aſpectu alicuius picturæ non adeò honeſtæ, de ſpectandis cõmœdiis haud obſcœniis: quando enim ſunt huiuſmodi; quod *contineant turpia dicta vel facta* eſt peccatum mortale. Hæc igitur & ſimilia peccata venialia præ cæteris fugienda ſunt, quia facilius pertrahenda ad peccatum mortale. *S. Thom. loc. cit.*

Qua

## *Qua ratione oporteat vnumquemq́; eſſe cau-tum in euitandis peccatis venialibus.*

QUanta hæc eſſe debeat cautela & diligentia, docet ſanctus Chryſoſtomus, cùm ait : *Mirabile quidem auditum dicere audeo: maiori ſtudio mihi videntur parua peccata vitanda, quàm magna. Hæc ſua grauitate ſolertes, illa ſuâ paruitate deſides nos reddunt.* Vult dicere ſanctus Doctor, peccatum veniale ab vna parte habet quaſi malum peccati mortalis, in quantum diſponit & trahit ad mortale : ab alia parte non habet ti-mum (vt ita loquar) eiuſdem peccati mortalis, quia nos non deterret, neque timidos nos efficit, vti facit mortale. Quod igitur deeſt peccato veniali exterio-re, id diligentiâ & cautelâ noſtrâ ſupplere debemus. Sanctus Bernardus valdè exaggerat negligentiam eo-rum, qui nihili faciunt & curant peccata venialia. *Nemo*, ait, *dicat in corde ſuo : leuia ſunt iſta, leuia ſunt, venialia ſunt, non curo corrigere. Hæc enim, di-lectiſſimi, eſt impœnitentia, hæc blaſphemia in Spiri-tum ſanctum, & blaſphemia irremiſſibilis.* Quæ ſen-tentia ita explicanda eſt: aut quod in genere pecca-torum venialium ſit impœnitentia, nec vnquàm de iis ve-rus habeatur dolor : aut quod, qui haberet animum & propoſitum committendi omnia omnis generis pec-cata venialia, committeret peccatum mortale propter euidens periculum incurrendi illud. Pro explicatio-ne, quantum ſit periculum peccati venialis, propter magnam, quam cum mortali habet, vicinitatem, Variis Sancti Patres vtuntur comparationibus & ſimi-litudinibus. Sanctus Nazianzenus peccatum veniale comparat cuidam ſcintillæ ignis, quæ magnum exci-tat incendium : *Ingentem flammam exigua ſcintilla ex-citat.* Sanctus Auguſtinus aſſimilat illud granis are-nis & guttis maris : *Minutiſſima ſunt grana arenæ ; tamen ſi in nauim mittuntur, mergunt illam. Quàm minutæ ſunt guttæ pluuiæ ; nonnè flumina implent, & domos de-iiciunt?*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ficiunt?* Ad eundem modum multa peccata venialia, eſto per ſe non ſint mortalia, mortale efficiunt. Sanct. Ephrem vtitur ſimilitudine retis, quo capiuntur aues: *Per vnguem detinetur auis, & tamen totum corpus capitur.* Hoc illud ipſum eſt, quod dicere ſolebat ſanctus Franciſcus: *Sufficit Dæmoni habere de nobis tenuiſſimum capillum*, (videlicet vnicum ſolum peccatum veniale & habituale) *quem fortiſſimum funem efficit ad alligandum*, quia vno nos trahit ad aliud, quouſque nos inducat ad mortale. Caſſianus profert ſimilitudinem ſtillicidii, quod continuo caſu cauat lapidem: ſic peccatum veniale continuando diſponit & introducit ad mortale. Sanctus Thomas docet peccatum veniale & mortale ſe habere inſtar infirmitatis & mortis; nam quemadmodum febris, aut alia infirmitas diſponit ad mortem; ita veniale ad mortale. Caietanus adiungit, q ſicut duplex datur ciborum genus, vnum deſtructiuum vitæ, vti eſt venenum; aliud perturbatiuum humorum, veluti eſt cibus nociuus: ita peccatum mortale tollit vitam Gratiæ, & peccatum veniale tollit actus, vti ſuprà dictum fuit. Concludam hoc punctum ſententiâ Chriſti, quæ magni ponderis eſt in hac materia: *Omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die Iudicii* (& idem intelligendum eſt de cogitationibus & operibus otioſis) Et loquitur Chriſtus Dominus de peccato veniali etiam leuiſſimo, quod poteſt eſſe, veluti eſt verbum otioſum. Quid dicetur de cæteris grauioribus, quæ continuò committuntur & in tàm copioſo numero? Remanet igitur probatum, peccata venialia non eſſe mala leuia, adeòque non eſſe flocci facienda, ſed omni curâ & diligentiâ eſſe fugienda. Hoc idem adhuc nonnullis declaremus exemplis. Matth. 12.

*Pra-*

## *Prædicta confirmantur exemplis.*

LEgitur de ſancto Aicardo, quod, quia vice quad
*extra horam conſuetam monaſterii* ſe tondere cœ
uit, ſubitò eodem in loco ei comparuit Dœmon, qui
*colligebat, & numerabat capillos, & numerum capil*
*rum ſcribebat in libro*, quem ſecum ferebat. Interr
gauit eum vir ſanctus, quid hoc facto intenderet. R
ſpondit Dæmon; *ſe præmium accepturum, ſi id reſer*
*de Aicardo:* & ſubitò diſparuit. Sanctus hic viſis
morâ, non exſpectans tonſuræ finem, adiuit locum C
pituli, & in præſentia aliorum Fratrum faſſus eſt culp
ſuam, condignam de ea ſimul exigens pœnitentiam.
quia Dominus Deus voluit declarare omnibus Relig
ſis, quàm gratum acceptumque habuiſſet huiusm
actum, quodque defectum commiſſum ei remiſiſ
ſanctum virum omninò & completà tonſura conſpe
omnes non ſine miraculo. In hoc exemplo verifica
conſpicitur ſententia & promiſſio Chriſto: *Capillus*
*capite veſtro non peribit*: etenim omnis actus etiam m
nimus, ſeu bonus, ſeu malus, debitâ gaudebit merce
in extremo Dei iudicio.

In monaſterio S. Odonis erat quidam Religioſus e
emplaris & bonæ vitæ, qui in agone mortis conſtitu
cæteris Fratribus circumſtantibus & animæ ſuæ cur
gerentibus inclamare cœpit: *Adiuuate me, obſecro: ra*
*raptus fui ad Tribunal Chriſti, & ecce teterrimus hum*
*ni generis hoſtis, & accuſator Diabolus ſacculum plenu*
*micis oſtentauit, quas ego pro conſuetudine comederu*
*lui, atq; ita à menſa deciderunt. Paulò poſt rurſus clàma*
*horrendũ in modum: en adeſt Diabolus, ferens ſacculum*
*quo dixi vobis.* P*oſteà totum ſe ſigno Crucis commu*
*ens, inter preces reddidit ſpiritum.* Ex quo exemplo co
ligitur, quod ſi Dæmon ipſa mortis horâ propter ta
exiguos defectus nos aggredi & inuadere audeat, ſi pe
cata adeò leuia tantùm nobis ingerant timorem & te
rorem eo tempore, quo abhinc migrandum eſt; q

non facient defectus & peccata grauiora? quantum timorem nobis conferet multitudo peccatorum venialium non micatum, aut capillorum, ſed gulæ, ſuperbiæ, auaritiæ, acediæ, loquacitatis, murmurationum, vanitatis veſtimentorum & ſimilium?

De Vandregiſilo Abbate refertur, quod variis, horrendisque nocturnis apparitionibus neceſſariam ſomni quietem interturbantibus vexatus à Dæmone, nocte quadam, cùm valdè defatigatus & ſomni indigus eſſet, *vltra ſolitum ſomno indulſit. Illicò adfuit hoſtis &* *illudens ait: Te vigilantior hac nocte fui.* Reſpondit Sanctus: *Non dubito, ſed in ruinam aliorum, & cumulum tuæ damnationis.* Et vir ſanctus ſubitò è lecto ſurgens aſperam valdè egit pœnitentiam, longo temporis ſpatio decumbens in niue & glacie.

*Sur tom. 4. 25. Iulii.*

*Diſcip. ſer. 9.*

De quodam alio Religioſo magno Dei famulo narratur, quod extremo agonis tempore magno correptus timore, tremore & ſudore hæc edixerit verba: *O bone Ieſu, condona mihi hoc modicum*, exiguum hunc defectum. Et deindè circumſtantes alloquendo Religioſos, dixerit: hac horâ, hocque temporis puncto *modica peccata inter magna computantur.* Verùm ſuffragante Beatiſſimâ Virgine Dei Matre, quæ ei apparuerat, quietè ſanctèque obdormiuit in Domino. Plura alia exempla, quæ in teſtimonium & probationem veritatis huius adduci poſſunt, prætermitto, ſufficient iam adducta. Ad ſecundum progredior medium, quod eſt, vt manum admoueamus operi, mortificantes extirpantesque peccatorum venialium radices, quæ ſunt paſſiones noſtræ.

*Franciſ. Didac in Hiſtor. Prouin. Arago. Ord. Præd. Hiſp. & Leander in Chron.*

## *Mortificatio paſſionum tollit peccatoru venialium radices.*

POteſt alicui in mentem venire, quod eſſe libe
à peccato mortali ſolum & vnicum medium ſa
lutem neceſſarium: at fugam venialium eſſe ſolum
dium vtile, non neceſſarium. Quod in vno ſenſ
rum eſt, in altero falſum. Verum eſt, quod pe
tum veniale non tollat ius ad vitam æternam, qu
admodum tollit mortale: & in hoc ſenſu; eſſe libe
à peccatis venialibus non eſt medium ad ſalutem ne
ſarium, veluti eſſe liberum à mortalibus; aſt in
ſenſu, nimirùm, quod peccatum veniale non in
diat executionem ſalutis & ingreſſum ad Gloriam,
ſum eſt: quia nihil in cœlum intrabit vllâ, ſeu g
ſeu leui, coinquinatum maculâ. Et in hoc ſenſu
liberum à peccatis venialibus ad ſalutem neceſſa
eſt; tametſi id minimè factu opus ſit & neceſſariu
hac vita, cùm etiam in purgatorio fieri poſſit. Ex
veritate oritur neceſſitas, quâ ab omni peccato
nobis cauere, & cauſis, vndè illud naſcitur, qu
ſunt paſſiones noſtræ inordinatæ, opportunum ad
re tenemur remedium. Sunt igitur vndecim paſſi
noſtræ, veluti vndecim fontes aut ſcaturigines, v
cunctæ (niſi virtute frænentur) deordination
peccata, tùm grauia, tùm leuia, naſcuntur. Q
propter in ſtatu originali, in quo paſſiones fræo
ſtitiæ originalis erant edomitæ, homo peccatis ve
*S.Tho. p.q.* libus neutiquàm ſubiectus erat. Modus igitur m
ficandi omnes paſſiones eſt moderari paſſioni Am
à qua reliquæ omnes dependent: & ordinato Am
ad verum bonum, quod eſt ſummum bonum Dei,
teræ paſſiones ad eundem finem pariter ordinatæ e
Amor tunc dicitur inordinatus, quando inordina
ſuperfluo affectu vnitur creaturis. Et ſi affectus
*S. Tho. 1.2. q.88.* eſt, vt eas amet *ſuper Deum*, & plùs quàm Deu
Diuinam eius legem æſtimet, apprætieturque, m
tale peccatum eſt. Exempli causâ; quia auarus p

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pter affectum, quem habet ad pecunias, pluris facit lucrum, quàm Dei legem, ideò affectus ille eſt peccatu mortale; verũ, ſi affectus inordinat[*], qui defertur creaturis, *eſt infra Deum*, ac Deum eiusque ſanctam legem pluris æſtimet, inordinatio illa ſolùm eſt peccatum veniale. Hoc affectu amat Juſtus plurimas res creatas, excedendo in earum vſu; at rectam ſemper retinet intentionem nihil faciendi contra præcepta Dei. Hic amoris inordinati ſtatus eſt. Modum ad eundem ordinandum ac regulandum perluſtremus obſeruandum. Mopus eſt dirigere & ordinare Amorem ad verum bonum, quod eſt ſolum & ſummum bonum? quia verum obiectum, quod noſtrum explet & ſatiat amorem, duas conditiones habere debet, *nullam rationem mali, omnem rationem boni.* Hæ conditiones deficiunt in omnibus obiectis creatis, ac in Deo duntaxat reperiuntur, vti manifeſtum eſt. Solus igitur Deus veri Amoris obiectum eſt. Regulatâ & ordinatâ primâ paſſione Amoris modo iam dicto, cæteræ quoque regulatę manebunt: quia, quotiescunque ego amo ſolum Deum, & cætera extra Deum propter ipſum Deum: eodem modo procedēt paſſiones Deſiderii, Gaudii, Odii, Fugæ & Triſtitię, paſſiones appetitus cōcupiſcibilis: quia Deſiderium ſolum tendet ad Deum, & ad reliqua propter Deum. Eodem modo diſcurro de Gaudio: gaudebo de Deo, & de creaturis propter Deum. Et quia idem amor, qui mouet ad deſiderandum bonum obiecti amati, mouet etiam ad odio proſequendum & fugiendum eiusdem obiecti malum, ideo reliquæ tres paſſiones Odii, F gæ & Triſtitiæ ordinantur ad peccatum: odio habendo peccatum, in quantum eſt offenſa Dei, & inſuper fugiendo illud, ac, quandò incurrimus huiusmodi offenſam, concipiendo dolorem & triſtitiam. Superſunt reliquæ paſſiones Iraſcibilis, quæ eodem modo regulandæ ac ordinandæ ſunt. Spe debemus confidere in potentia Dei: Deſperatione deſperare & diffidere de propriis viribus: Timore reſpicere Deum, qui *poteſt corpus & animam perdere in gehennam.* Audaciâ ſuperare difficultates, quæ in ſeruitio Dei occurrunt: Irâ deniq; in nosipſos exæſtuare debemus, quando à debi-

to, quod Deo debemus, deficimus & declinamus. E[t] quomodò prima paſſio Amoris, Dominæ inſtar ac[re]g[i]næ, reliquas omnes regulet & ordinet. Pro mei[ori] praxi benè capienda ac penetranda eſt hęc veritas: q[uod] paſſiones animæ ſint veluti feræ atroces, quæ conti[nuò] inuadant animam, eamque aut peccato veniali debil[ita]re & eneruare, aut mortali deuorare nitantur, quod[ſi] ab harum vna, ſi ſuccumbat, in morte vltimam[ra]ptura ſit damnationem. Ergò modò eaſdem mortifi[ca]re debemus, ſacrificantes illas pedibus Crucifixi, [om]neſque ad gloriam & honorem eius offerentes. Ver[ùm] quia hæ paſſiones, eſtò mortificentur & ſacrifice[ntur] Deo, ſæpè tamen de nouo reuiuiſcunt, & ad priſtin[um] redeunt ſtatum: ideò alia remedia in promptu habe[nda] ſunt, vt hos prauos partus & ſurculos ſubitò extirpe[mus] & euellamus.

## *Nonnulli adduntur modi ad tollendas culpas veniales.*

*Suarez to. 4. diſp. 11. ſect. 3.*

QUemadmodum magna facilitate committ[untur] peccata venialia; ita Diuina diſpoſuit Prouiden[tia], vt plurima nobis adſint pro iis remittendis reme[dia], quorum aliqua in praxi faciliora hîc adducam.

Ac primò eadem, quæ contra peccatum mortale [af]feruntur remedia, ſunt etiam contra veniale peccatu[m] & contra hoc efficaciora, vt ſunt Contritio, Amor De[i], Confeſſio Sacramentalis. Verum vltra hæc adhuc p[lu]ra alia ſunt: primum eſt Attritio ſupernaturalis. Secu[n]dum, omnis actus virtutis ſupernaturalis peccato venia[]li contrarius & oppoſitus; exempli gratiâ: propter pe[c]cata venialia Superbiæ exercere actus Humilitatis co[n]trarios. Tertium, omnis actus ſupernaturalis, eſto nô[n] contrarius & oppoſitus, veluti affirmat S. Auguſtinu[s] dicês: *Sufficit omne opus pietatis.* Quartum, ſola oratio quâ à Deo petimus remiſſionem peccatorum veniali[um] abſque alicuius actus virtutis exercitio. Ad hæc iam re[]cenſita media, vt expungant deleantque peccata venia[]lia, duæ requiruntur conditiones. Prima, vt nulla ad[]

*S. Aug. Enchir. c. 41.*

com-

complacentia in talibus peccatis: ſecunda, vt à nobis apprehendantur tanquàm media contra venialia. Quintum, ſacra communio, in qua *ex opere operato* remittuntur peccata venialia.

Ultra hæc media dantur alia Sacramentalia, quæ, vt nonnulli volunt, *ex opere operato* peccata venialia remittunt, modò adſint ambæ conditiones ſuprà allatæ, nimirùm, ſi omnis exulet complacentia, & adhibeantur tanquàm media contra venialia. Huiuſmodi Sacramentalia ſunt ſeptem: Aqua benedicta, Oratio Dominicalis, Confiteor, Ieiunium, Eleemoſyna, pectoris tunſio ſeu percuſſio, Benedictio Epiſcopalis. In praxi, quando capis aquam benedictam, talem habere debes intentionem, vt eam accipias tanquàm remedium contra venialia. Et ſic de aliis.

*Azor. to. 1. lib. 4. q. 4.*

*S. Tho. 3. p. q. 87. a. 3.*

Hæc ſunt quindecim remedia ad expungenda peccata venialia. Verùm ſuper omnia vnum eſt efficaciſſimum, nempè familiaritas Dei: *Quæ eſt, ad amplexus cœleſtis Sponſi venire*, & cuius causâ, vt docet Angelicus, Angeli ſancti peccata venialia committere nequeunt: quia ſemper viuunt in familiaritate & præſentia Dei, *non conſiderando, quæ ſunt ad finem, niſi in ordine ad finem*, id eſt, non conſiderando creaturas, quæ ſunt media, niſi in ordine ad Deum, vltimum finem.

*S. Tho. p. 1. q. 89.*

*S. Aug.*

Poſſet hîc quiſpiam petere, an ad remiſſionem peccatorum venialium ſit neceſſaria Gratia? Reſpondeo breuiter, neceſſariam eſſe Gratiam auxiliantem ſeu actualem, quâ mediante fiunt actus virtuoſi ſupernaturales peccatorum venialium remiſſiui, non verò Gratiam ſanctificantem ſeu habitualem, quia non eſt oppoſita peccato veniali, cùm ſimul ſtare poſſint. Et quanquam remiſſio venialium *non ſit ab ipſa*, vti iam dictum eſt, *non eſt tamen ſine ipſa*: quia actus ille virtutis ſupernaturalis, cùm eſt in ſubiecto grato, veluti ſupponitur, producit augmentum Gratiæ ſanctificantis. Quamobrem dicitur remiſſionem venialium eſſe cũ Gratia, ſed non à Gratia.

Hæc de peccato veniali, & quantùm ad grauitatem, & cautelam, quâ illud fugiendum, & quantùm ad medum, quo iam commiſſum ab anima tollendum eſt, pro diſpoſitione ad bonam mortem dicta ſufficiant.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PEREGRINI TERRÆ

ſeu

*Præparationis ad bonam mortem.*

## Liber Tertius.

### *Operatio boni.*

SEcundum medium nobis à Chri
Domino noſtro pro diſpoſitione ad b
nam mortem propoſitum eſt tenere
cernas ardentes manibus : *Et luce*
Luc. 12. *ardentes in manibus veſtris.* Quod
ta expoſitionem S. Auguſtini ſupra d
tam nil aliud ſignificat, quàm *operationem boni* Lum
enim *præcingimus*, abſtinendo à malo : & *lucernas*
*dentes tenemus*, operando bonum. Hæc ſunt duo p
cepta, quæ totam continent legem : duæ baſes, in q
bus totum Chriſtianæ perfectionis ædificium funda
eſt : duo poli, à quibus ſuſtinetur, & circumagitur
S. Hil. Pſal. 44. ta hominis Chriſtiani obligatio. Enimuerò *non ſ*
*cit ſolum malum non admittere, niſi abſtinentia mali*
Tertull. *ni operis gloriam conſequatur. Qui declinat à malo,*
*facit, quod obeſt : ſed qui facit bonum, addit, quod*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deſt. Ut palatium aliquod diſponatur in commodum habitaculum Magnate ſeu Principe dignum, haud ſufficit illud mundare & ab omnibus erpurgare ſordibus; ſed variis inſuper tapetibus & picturis exornetur, neceſſe eſt. Ad eundem modum, vt cor noſtrum digna reddatur habitatio ſupremi Regis cœlorum, non ſolum mundandum, & ab omni peccati macula purificandum eſt, verùm etiam variis meritis, actionibus virtuoſis adornari debet. Deſideras igitur annumerari ciuibus cæleſtis & æternæ Patriæ? Per has vias Odii & Amoris tibi eundum eſt: odio habendum peccatum, & amando virtutem: *Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in ſæculum ſæculi:* Odio peccatum, & amore virtutem proſequere, & hiſce paſſibus æternæ Gloriæ habitaculum attinges. Diximus ſuprà de motiuis, quæ inducunt ad odium & fugam peccati; modò rationes proferemus, quæ nos inſtigare debent ad exercitium & conſecutionem virtutis, eiusque fructuum, quibus Juſti non in futura duntaxat; ſed etiam in præſenti vitâ fruuntur. *Pſal. 36.*

## *Negotium propriæ ſalutis grauiſſimum.*

## Caput I.

UT eligatur ſtatus Gratiæ, ac per viam virtutis fiat progreſſus, ante omnia ſeriò nobis cogitandum eſt, quàm neceſſarium ſit ſalutis noſtræ negotium, quod eſt primum & vnicum negotium, cui homo Chriſtianus attendere & ſeriò invigilare debet, cætera omnia pertractaturus veluti huic ſubordinata. Certiſſimum principium in Philoſophia eſt: *In vnoquoque genere eſt primum, quod eſt menſura & regula cæterorum*: veluti in ratione & genere luminis datur Sol: in genere calidi eſt ignis; eodem modo in rebus moralibus datur prima quædam cogitatio, quæ veluti regula & menſura omnium reli-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

um reliquas ad ſe attrahit. Et hæc debet eſſe cogitati
negotium ſalutis, à quo tanquàm à prima regula reli
omnia regulanda ſunt. Nouiſtinè, quantum labo
& curæ impendere debeas ſtudio litterarum; tali o
cio, tali negotiationi, cæterisque officiis & neg
tiis? Quantum, nimirùm, prodeſt ſaluti tuæ, ta
tùm & non ampliùs, & totum id, quod ſuperflu
eſt, huic fieri nociuum eſt, neque negotium eſt, quo
*S. Aug.* homini Chriſtiano competit: *Placeat, quod ducit*
*Patriam.* O ſi in Mundo hæc in praxin redigere
doctrina, quàm pauca in eo eſſent negotia, quàm pa
cælites, quanta in eo pax, quanta ſalutis noſtræ vig
*S. Tho. opuſc. 63. de Beatitud.* ret ſecuritas! Sanctus Thomas, vt declaret eam cura
& ſollicitudinem, quam quilibet de propria ſalute h
bere debet, docet ad eam cunctos noſtros affectus d
dirigendos: quotiescunq; deſideras, hoc debet eſſe
deſiderium *perueniendi, ad quod factus es*, nempè ad
nem creationis tuæ, qui eſt Beatitudo æterna: quoties
cunque doles, hæc doloris tui cauſa eſſe debet, *qui*
*nondum ibi es*; quotiescunque times, timere debes, quo
non peruenies fortaſſis ad beatum illum finem; denique
quotiescunque lætaris, lætaberis ſolùm & gaudebis d
iis duntaxat rebus, quæ dant ſpem & auxilium d
perueniendi. Et vt vno complectar omnia: *Hoc e*
*omnis homo.* Cogitatio ſalutis, quæ conſiſtit in obe
dientia & ſubiectione ad legem Dei: eſt finis homini
& ſcopus, in quem collimare debet tota induſtria, cura
& ſollicitudo hominis Chriſtiani. Hoc eſt omnis ho
mo: quia eſt omne bonum hominis; omne officium
omnis finis, & vt legit alia quædam littera: *Eſt omne*
*negotium hominis*. Verum cum alia expoſitione propo
ſito noſtro magis accommodâ dicamus: *Hoc eſt omnis*
*homo*: quaſi Spiritus S. velit dicere: totum eſſe homi
nis conſiſtit in habenda cura ſalutis ſuæ: & qui ab hu
iusmodi cogitatu remotus eſt, de eo affirmari poteſt
quod non ſit homo: qui eſt talis, vt animæ ſuæ dili
gentem gerat curam, eſt homo: qui non eſt talis,
& negligit ſalutem ſuam, non eſt homo. O quàm
pauci homines iuxta hunc ſenſum reperiuntur in Mun
*1. Tim. 6.* do, pauci enim ſunt, qui verè *apprehendunt vitam*

*æter-*

*æternam*, qui omni ſtudio & conatu ſatagunt obtinere Gloriam æternam, *in qua vocati*, & ad quam à Deo vocati ſunt.

Probatur eadem veritas authoritate Chriſti: *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te.* Et idem affirmat de manu & pede, ac rationem ſubiungit: *Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.* Matth. 5. Quo loquendi modo voluit Chriſtus Dominus nobis inſinuare altiſſimam vtiliſſimamque doctrinam, & eſt hæc: quod homo Chriſtianus cunctis rebus mundanis anteponere debeat æſtimationem & curam ſalutis ſpiritualis animæ. Quod ſi igitur diuitias tibi fore occaſionem offendiculi & offenſæ Dei aduertas, *proiice abs te.* & è domo tua, ſpontè eas elargiendo pauperibus, ac piè iis vtendo ad gloriam Dei. O quam vtilius eſt in hac vita eſſe pauperem & mendicum cum Lazaro, quàm poſt mortem cum Epulone protrudi in tenebras & ignem æternum! *Præcipe diuitibus huius Mundi*, inquit Apoſtolus: Timot. 6. ergò (& eſt reflexio D. Auguſtini) *dantur diuites alterius ſæculi, quales ſunt pauperes propter Chriſtum.* S. Aug. to. 4. ſer. 205 Diuites, iuxta doctrinam Sanct. Pauli, ſunt tales in hac vita: pauperes ſunt diuites in futura vita. Miſeri Mundani, in quo gloriamini? in veſtris diuitiis? Diuites eſtis, fateor; at ſolùm in hoc Mundo, in hoc puncto terræ, in hoc memento temporis; aſt in alio Mundo, qui nunquam habebit finem, in æternitate eritis pauperes, miſeri & miſerabiles. An maior vnquàm cæcitas, qualis hæc eſt, inueniri poteſt, quod quis malit eſſe diues in præſenti vita, quæ ſubitò euaneſcit, quàm in altera vita, quæ ſemper & æternùm durabit? Ergò ſi diuitiæ tibi ſunt occaſio ſcandali, impediuntque æternas cœli diuitias, *proiice abs te*, ſperne, odio perſequere, & abominare eas, tanquam rem execrabilem, ac tuæ perditionis & ruinæ cauſam. Eodem modo, ſi te à paſſione honoris nimis agitari perſentias, & ambitionem tibi peccandi occaſionem ſuppeditare experiaris, *proiice abs te*, dignitatem illam & officium. Quid tibi proderunt

F 5 hono-

honores & theſauri huius Mundi, ſi in al
igne ardebis æterno?] Alliciunt te deliciæ & volupt
huius ſæculi? *Proiice abs te*, æterni tormenti du
timore. Et ſi in praxi præſentem Saluatoris doc
nam videre cupiamus, Martyrum inſpiciamus ex
plum. Minabantur Tyranni, dicentes: niſi Chriſ
dem negaueritis, exquiſitis vos tormentis ſubiicien
oculos eruemus, manus detruncabimus, & in minu
ſimas partes vos ſecabimus. Reſpondebant inuic
intrepidi: tormenta tormentis adiicite, occidite, m
ctate, comburite, noua excogitate martyria & ſuppli
ecce oculos & manus, eruite illos, vt libet, detrunc
non pluris vitam corporis, quàm animæ æſtimam
hoc ipſum eſt, quod deſideramus, optamus, vt, n
rùm, pro morte quadam temporali, vitam compa
mus æternam: O ſententiam & mentem hom
Chriſtiani propriam! O doctrinam cœleſtem in ſch
æternæ Sapientiæ duntaxat edoctam & traditam! O
men, quod nobis patefacit & manifeſtat pretium & v
lorem ſummi boni, infinitamque differentiam, q
intercedit inter temporale & æternum bonum.

Hæc eſt doctrina, ad quam nos inuitat Chriſ
eamque docet & exemplo & ſermone. Cogitatus
lutis debet eſſe primus cogitatus hominis Chriſtia
amor vitæ æternæ, primus amor: cauſa ſalutis anim
prima cauſarum omnium. Sanctus Bernardus aſſe
bat, quod firmum feciſſet propoſitum nunquàm g
dendi ac lætandi, quouſque ſecurus eſſet de nego
adeò neceſſariò, quale eſt negotium ſalutis animæ. P
ter Magiſter Auila ſolebat dicere, negotium ſalutis
in nobis debere operari effectum, quem faceret in a
quo, qui humeris ſuis pondus vnius magni monti
ſtaret. Iſte non poſſet aliò diuertere; ſed ſemper
grauatus & oppreſſus tantâ mole viueret. Tal
pondus negotii propriæ ſalutis, opprimit & coangu
noſtrum cor adeò, vt nunquam illud relinquat liber
nullamque ei indulget temporis moram, quâ de a
cogitare, aut aliundè lætitiam aliquam haurire, &
hac cura & ſollicitudine exire valeat. Et non aliâ viâ
bonâ morte mediâ ſuperari poteſt.

Ne

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *Negotium propriæ ſalutis requirit continuum timorem.*

## Caput II.

Beatus homo, *qui ſemper eſt pauidus*: vel vt alii legunt; *qui iugiter pauet, nè Deum offendat.* Beatus dici poteſt ille, qui ſemper cum timore & ſollicitudine propriæ ſalutis viuit, & in omni actione ſua timet offendere Deum. Id, m confirmat Apoſtolus: *cum timore & tremore veſtram ſalutem operamini.* q. d. nunquam hæc vobis irrepat cogitatio, quod ſitis ſecuri de ſalute veſtra; ſed ſemper in ſancto Dei timore vobis viuendum eſt, nè propter negligentiam veſtram & ſocordiam ſanctâ eius priuemini Gratiâ. Hic timor, iuxta S. Bernardum, triplex ſit, oportet: *Timendum, manente Gratiâ; timendum, recedente; timendum reuertente.* Prou.28. Ad Phil.2. S.Bernard.

Primò, *timendum, manente Gratiâ*, eò, nimirùm, tempore, quo aliquis eſt in Gratia Dei, *Nè in vacuum gratiam Dei recipiatis*, tenendo Gratiam in otio, ſeu otioſam, & non operando cum ea & per eam actus bonos & meritorios vitæ æternæ. Neque ſufficit bona operatio, ſed requiritur etiam recta intentio: quia vniuerſalis & communis Aduerſarius, *ſi impedire non præualet actionem, tentat intentionem*, & actum ſiniſtrâ intentione contaminare ſatagit. 2.Cor.6. S.Bern.

Secundus timor exercendus eſt in abſentia Gratiæ: Timendum, Gratiâ recedente: & multò magis hoc tempore, quàm priori: quia *vbi deſi it* (Gratia) *deficis* & Deo, & tibiipſi, & tuæ ſaluti: cùm deſit tibi vita ſupernaturalis principium operationum vitæ æternæ meritoriarum. Quemadmodum in rebus naturalibus quandò primum mobile deficit à proprio motu, ceſſant quoque cœli inferiores à ſuo: ita deficiente Gratiâ, ceſſat bonitas & meritum in operibus.

Tertius timor eſt de Gratia iam recuperata. *Et*

*tunc*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*runt*, inquit S. Bernardus. *multò magis timendum, ne-tè contingat recidiuum pati: quia deterius eſt recide-quàm incidere*, cùm recidiuum maiorem ſupponat in-gratitudinem in Gratiam Dei. Concludamus ergo cum S. Bernardo: *Semper timendum pro accepta Gratia, amplius pro amiſſa, longè plùs pro recuperata.*

Verùm pergamus ad remedium, quod idem ſanctus Doctor hiſce verbis docet & commonſtrat: *In veritate didici, nihil æquè efficax eſſe ad Gratiam promerendam, retinendam, recuperandam; quàm ſi omni tempore coram Deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere*; ſi ſemper ambules in conſpectu Dei non animo elato ſuperbo & tumido, ſed humiliato & reſignato Diuinæ eius voluntati.

Præter timorem iam dictum, datur adhuc alia ſpecies timoris, qui acutæ inſtar ſagittæ ſemper transfixit & etiamnùm transfigit cor Juſtorum: & eſt incertitudo Gratiæ tàm præſentis, quàm futuræ.

*Trid. Conc. ſeſſ 6 c. 9.*
*S. Tho. 1.2. q. 112. art. 5*
*Eccleſ. c. 1.*

Primò, incertitudo Gratiæ præſentis: quia definitum eſt à Concilio Tridentino, nullum poſſe eſſe certum certitudine fidei, ſe eſſe conſtitutum in Gratia: *Nemo ſcit, vtrum odio vel amore dignus ſit.* Quis ſcire non poteſt, num in Confeſſione ſimul adfuerit Attritio & Propoſitum conueniens: an extra Confeſſionem Contritio cum attigerit ſcopum, vt potuerit eſſe vltima diſpoſitio ad Gratiam: an actus Amoris Dei fuerit ſupernaturalis, propter magnam, quam habet cum actu Amoris Dei naturali, ſimilitudinem: an adfuerit aliquod peccatum occultum, quod non cognoſcebam, cognoſcere tamen debebam. Ob has & alias rationes dubius & incertus redditur ſtatus Gratiæ præſentis. Sed cum hoc non eſt aſſerendum, quod Dei ſeruus & famulus habere nequeat plures coniecturas & rationes probabiles, è quibus colligat ſe eſſe in Gratia: Quando formidine conſumptâ de præſumptione veniæ quædam ſecuritas naſcitur: quando ſanctus Amor Dei, creſcendo, propellit timorem, & oritur certa quædam in anima ſecuritas veniæ & Gratiæ Dei; & anima non

*S. Greg. lib. 6 1. Regiſt. c. 187.*

tantùm non timet mortem; *ſed læta ad iudicium properat*, & mortem cum gaudio & amore expectat.

Undè multa dantur ſigna probabilia præſentiæ Gratiæ: odium peccati, reſiſtere aliquamdiu tentationibus & non ſuperari, contemptus Mundi, Amor Dei, Amor proximi, præſertim inimicorum, familiaritas & ſuauitas conuerſandi cum Deo, patientia in aduerſitatibus, vera erga Deiparam Virginem deuotio. Hæc ſigna ſunt veluti radii lucis, Solem Gratiæ in anima reſidentem diſcooperientes & manifeſtantes, eſto ſemper iis annexa ſit nonnulla dubietas & incertitudo, quæ non reperitur in rebus Fidei, cùm ea ſit certiſſima. *S. Ambroſ. ſerm. 7. Pſal. 118.*

Ultra incertitudinem Gratiæ præſentis alia inſuper incertitudo Gratiæ futuræ, quæ Dei famulo continuum iniicit timorem & anxietatem. Etenim tamenſi aliquis pro certo, & per reuelationem Diuinam cognoſceret, dono Gratiæ ſe eſſe præditum, de perſeuerantia tamen ſe aſſecurare non poſſet. Quia donum perſeuerantiæ nullus promereri poteſt; ſed gratis datur à Deo, cui vult, & quomodo, & quando vult, & ob ex quam etiam cauſam denegari poteſt, veluti propter occultam aliquam ſuperbiam, quæ nequidem culpam mortalem attingit: ſolet namque Deus in pœnam illius culpæ nonnunquam attenuare & diminuere Diuinos ſuos influxus, & eſſe parcior in conferendis donis & gratiis: ex qua ſubtractione anima paulatim debilis efficitur, adeò, vt occurrente graui quadam tentatione non reſiſtat, & in peccatum labatur.

Ex dictis colligitur, quâ ratione vita alicuius Juſti ſemper tranſigenda ſit in timore, propter periculum, in quo verſatur, Gratiæ & præſentis, & futuræ; & ex timore prodire debet exacta quædam & perfecta vigilantia. *Eſto igitur vigilans & confirma*, ſomnolentiam & pigritiam mortis inſtar fugiendo, & oculos ſemper tene apertos, vt quæuis impedimenta & ſalutis offendicula euites & effugias, apprehendosque omnia media ad ſalutem neceſſaria. Enimuerò *Eccleſ. 7.*

uerò ſeruus Dei minimè contentus eſſe debet quacu-
que ſpe ſalutis ; ſed Diuinâ auditus Gratiâ omni ſtu-
dio procurare debes , vt ſemper in ea creſcat , eamque
quantum fieri poteſt reddat perfectiorem ſecurioremq;
que. Idque fiet , quotieſcunque executioni mandabit
quod , Deum è nobis exigere , conſpiciet, cooperando
& correſpondendo ſanctis & Diuinis eius inſpiratio-
bus,eo modo,quo iam dicetur.

## *De ordine inter animam & corpus.*

## Caput III.

Sub creationis noſtræ initium *in Adamo fecit Deus hominem rectum* ; Deus creauit primum hominem cum ordine inter animam & corpus : vt corpus velut ſeruus inſeruiret , & anima inſtar Dominæ domina-
tur. Verùm exiguo tempore durauit hæc pax & vnio; quia , cùm anima per peccatum ab obedientia Dei ſubtraheret , corpus pariter ſe ſubtraxit ab obedientia animæ : & corpus & ſenſus, qui vt ſerui obedire debe-
bant , vt Domini & Patroni dominari cœperunt ; & ani-
ma, cuius inſtar Dominæ erat imperare , ancillæ in-
ſeruire cœpit. Satus miſerabilis & infœlix, ſtatus per-
petuæ inquietudinis , ſtatus confuſionis , & totus
uerſus? Quemadmodùm, ſi in hac perpulchra Mundi machina ordo Vniuerſi mutaretur & confunderetur, cœlum ſtaret infrà in centro terræ, & terra ſuprà in lo-
conuexo cœli. Hæc inter alias pœnas vna fuit, Ada-
mo propter primum peccatum inflicta , intrinſeca, vi-
delicet, deordinatio, & bellum veluti ciuile inter ani-
mam & corpus. Remedium eſt reditus ad primæuum ſtatum, & vt cuilibet parti hominis tribuatur id, quod ſe-
cundùm naturam ſuam ei competit ; anima tanquam ſu-
perior comparatione corporis regat & gubernet ;
corpus vtpotè inferius reſpectu animæ obediat. Debe-

non

nobilitate & ſuperioritate animæ iam dicetur, vt cum pacifica poſſeſſione animæ reſtituatur ſceptrum corona dominii, quæ de iure ei competunt: & ſimul cum hoc, quo adfieri poteſt, homo redeat ad fœlicem ſtatum primæ ſuæ originis.

Hæc veritas probabitur ratione fundamentali ex doctrina D. Auguſtini deſumptâ: *Quidquid creatum à Deo, vel anima inferius, vel æquale eſt: inferius, vt corporalia: æquale, vt Angelus; melius autem nihil.* S. Aug. to. 1. de quaſt. anima c. 30 Quid excellentius dici poteſt? Inter omnes creaturas nullam agnoſcit ſuperiorem, quò ad gradum intellectiuum, vt loquuntur Scholaſtici. Obambulet & percurrat Mundum hunc noſtrum inferiorem & viſibilem: & ſemper ſe vt ſuperiorem & Dominam inſpiciet. Tranſcendat deindè Cœlos, & naturas ipſas & ſubſtantias Angelorum attingat, neque hiſce ſe viliorem ac inferiorem comperiet; ſed eorum veluti amicorum & æqualium gaudebit ſocietate. Ex hac veritate eruit idem S. Auguſtinus neceſſariam quandam conſequentiam: *Ideò nulla creatura colenda ab anima, ſed ſolus Creator, quia nulla creatura ſuperior, ſed ſolus Creator.* Hinc eſt, S. Aug. quod *Anima media inter Deum & creaturas, conuerſione ad Deum perficitur, conuerſione ad creaturas inficitur & deſtruitur*: quia *Amor non eſt niſi ad ſuum perfectiuum, & perfectiuum non eſt, niſi quod eſt ſuperius.* S. Thomas. Cùm igitur Deus ſolus ſit perfectiuus Animæ, quia eſt ſuperior, in Deo ſolo collocare eebet Amorem ſuum.

Hunc de anima noſtra conceptum magnamque exiſtimationem facere debemus. Tàm altum cenſeri debet eam conſcendiſſe gradum, nè vnquàm agat aliquid, quod nobilitati ſuæ præiudicet, aut minimè conueniens ſit, & nè vllâ occaſione à ſua dignitate degeneret. Conſtituta vt eſt inter corpus & Deum, cogitet, quod *ſit media inter ſeruum & Dominum*; S. Aug. ergò corpore ſuo tanquàm ſeruo vti debet, imperando & præcipiendo ei: & erga Deum, veluti erga Dominum ſuum ſe gerat, oportet, obediendo ei: *Oportet animam regere & regi: regere inferius, quod eſt corpus, & regi à ſuperiori, quod eſt Deus.* S. Aug. to. 1 lib. 6. muſic c. 5. Pondera benè ſignificatum horum verborum: *Eſt anima media inter ſeruum & Dominum.*

Ani-

Anima pro Domino & Patrono ſuo ſolùm agno
Deum, à quo expectat beatitudinem, fœlicitatem,
omnem perfectionem: & pro ſeruo ſuo agnoſcit cor
vt ſibi tanquàm inſtrumentum inſeruiat in ſeruiro
obſequio Deo præſtando. Et tunc benè vtitur cor
re, cum eius vſus refertur ad Deum, & quotieſcun
id, quod corpus agit, ab anima ordinatum fuerit ad
gloriam.

Conſidera inſuper animam, quod media inter c
pus & Deum conſtituta non inter ſeruum & Domin
duntaxat; ſed etiam inter inimicum & amicum c
ſpiciatur. Veritas certiſſima eſt, maiorem haud re
riri animæ inimicum, quàm proprium corpus: ne
eiusdem maiorem ipſo Deo inueniri amicum.

Corpus inimiciſſimum: quia totum aduerſatur i
tentioni & ſcopo ipſius animæ, nec aliud procurat & i
tendit niſi delicias, voluptates & affectus ſenſuales,
eam ſecum pertrahat ad æternam damnationem.
Deus amiciſſimus, quia continuis inſpirationibus a
mam in viam ſalutis dirigit, & ad cœleſte Regnum
care nunquàm deſinit.

S. Aug. ſer. de corp. & anim.

Concludat igitur anima, & corpori dicat: *Eg
cœlo veni à Deo conceſſa tibi, & tu terra es: meliùs eſt,
tu mecum aſcendas in cœlum, quàm tu me trahas tec
in Infernum.*

Quod ſi tanta eſt animæ nobilitas quò ad natura
qualis erit, ſi eandem conſideremus in ſtatu Grati
quâ ſuffragante eleuatur ſupra propriam condition
naturalem, & ordinem ſubintrat ſupernaturalem & D
uinum; in quo pro dignitate recipit filiationem Dei,
pro hæreditate Gloriam cœleſtem? Neque eſſe fili
Dei adoptiuum, eſt humanæ inſtar adoptionis apud h
mines: Homo namque non adoptat aliquem in filium
ſuam ei communicando naturam; at Deus ſublimi qu
dam modo verè Naturam ſuam iis communicat, qu
in filios adoptat: adeò, vt ad hunc effectum ſimul co
currant Gratia & Natura Diuina: illa, *vt Quo*, veluti lo
quuntur Theologi, & hæc, *vt Quod*, & tanquàm cau
principalis & forma aſſiſtens ac vnita animæ, in ratio
mouentis & mobilis; quia anima mouetur, & Diuini
mouet.

Leſſius de perfect. Diuinis lib. 12 c. 11.

Pra

Præterea, ſicuti anima dat corpori eſſe, viuere & operari; ita Diuinitas donat animæ, primò, eſſe ſupernaturale per Gratiam; ſecundò, viuere per Charitatem; tertiò operari per alias virtutes ſupernaturales. Hic fuit finis Paſſionis Chriſti, & meritum ſui Sanguinis; vt, nimirùm, animam extollat ad ſtatum ita ſublimem & eminentem, qualis eſt ſtatus filiorum adoptiuorum Dei. Quemadmodū deinde id teſtatur in S. Joanne Evangeliſta, cū ait: *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: qui manducat me, & ipſe viuet propter me*, q. d. quemadmodum ego à Patre meo accepi Naturam Diuinam, & tanquam Verbum æternum per viam generationis, & tanquam Homo per viam vnionis; ita quoque qui meam manducat carnem, recipiet eandem Naturam Diuinam per Gratiam. Conſiderata hoc in ſtatu anima non reperietur duntaxat media inter corpus & Deum, *vt inter ſeruum & Dominum*; ſed etiam *vt inter ſeruum & Patrem*, cum habeat eandem naturam cum Patre, & ius ad hæreditatem ſuam. Annon igitur ſummè inconueniens ac intolerabilis error eſſet, ſi anima tot tantisque ditata donis, & ad eminentem adeò euecta dignitatem carni & ſanguini ſe ſubiiceret & mancipii inſtar corpori ſuo ſe ſubderet? *Anima Dei inſignita imagine, decorata ſimilitudine, deſponſata fide, quid tibi cum carne & ſanguine; quare iſta pateris? Dominam ancillari, & ancillam dominari magna abuſio eſt.*

Ioan. 6.

S. Bernard.

Pro praxi, vt ſtabiliatur conſeruetur que bonus ordo inter corpus & animam, & quælibet pars perſiſtat & maneat in ſuo gradu, hæc regula obſeruanda eſt: *Quod nocet animæ fugiendum: quod prodeſt, ad implendum*, idque in omnibus rebus & caſibus occurrentibus. Hoc præuio duce & lumine ſemper benè ambulabis, & animam in throno ſuo collocabis veluti Reginam, quæ imperet & dominetur; corpus verò animæ ſubiicies veluti ſeruum, qui ei obediat.

S. Thom.

(o)

## *De bono uſu Gratiæ.*

# CAPUT IV.

CUm corpus debitâ obedientiâ ſubordinatur a
animæ pariter debitâ adoratione & obedientiâ D
ſubordinanda & ſubdenda eſt. Quod fit eo actu, q
convenienter correſpondemus & cooperamur Div
S. Thomas inſpirationibus, bonoq; uſui Divinæ Gratiæ: quia Gr
Cajet. *tia eſt propter uſum, ſicut potentia propter actum.* Dupl
modis Chriſtus Dominus noſter regit & gubernat
cleſiam ſuam: *per paternam influxum, & per externa*
*gubernationem:* primum officium exercet immedi
per ſeipſum ſanctis inſpirationibus: ſecundum exer
per Vicarium ſuum in terris. Deo igitur nos gub
nante per Divinos internosque influxus, modum
mus, oportet, quem obſervare debemus, ut iiſd
cooperemur & correſpondeamus; de quo modo ſe
inſtituetur.

S. Bern. ſerm. 75. Tribus modis, uti docet S Bernardus, operatur D
in animam. *Prædeſtione, Creatione, & Inſpiratio*
Non prima, neque ſecunda; ſed ultima duntaxat li
ram noſtram exigit cooperationem: ut, quotieſcun
nimirum, Deus loquitur cordi, illuminando intelle
& movendo voluntatē ad aliquem actum, vel opus b
num ſubitò noſtra voluntas liberè conſentiat. Divina i
ſpiratio (ut docet Theologi) eſt Gratia Dei actualis
citans, quæ conſiſtit in a[illegible]ibus intellectus & volunta
(*in illuſtratione intellectus, & affectione voluntatis*) quib
Apoc. 12. tanquam duabus alis, anima elevatur ad Deum: D
*ta ſunt ei alæ duæ, ut volaret in locum ſuum,* ſcili
*ad Deum.* Ubi conſideranda eſt diſpoſitio & or
Divinæ Providentiæ: quomodo DEVS loquat
quomodo anima reſpondeat: qua ratione Deus in
ſpiret cordi, & quâ ratione cor noſtrum reſpiret a
DEVM: *Ego ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis mihi ap*
Apoc. 3. *ruerit, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo,* id eſt, eg
ſt

ſto ad oſtium cordis humani, inquit Deus, ſi quis mihi ſubitò aperuerit oſtium ſui liberi arbitrii, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo. Quibus in verbis ponderari debent quatuor actiones: *pulſare, aperire, intrare & cœnare.* Primò, Deus pulſat cor noſtrum ſanctis ſuis inſpirationibus. Secundò, aperit cor, trahendo liberè noſtrum conſenſum. Tertiò, intrat Gratiam habitualem producendo in anima. Quartò & ultimò, poſt Gratiam communicat Gloriam in altera vita. Sed, ut terminis ſcholaſticis loquamur, dicendum eſſet: *Pulſat Deus per Gratiam excitantem, aperit per adjuvantem, intrat per ſanctificantem, cœnat per glorificantem.* Jam, ſi, quando Deus incipit pulſare oſtium cordis tui, ut ſibi aperiatur, *cognoviſſes & tu, quæ ad pacem tibi:* ſi anima cognoſceret & intelligeret, quam eximia ſit illa gratia, quæ ei exhibetur, quam magnus ei manifeſtetur theſaurus, quomodo in ſancta illa inſpiratione conſiſtat ſpes & fundamentum ſalutis ſuæ, perfectionis ſuæ, omniſque ſui boni: quanta diligentia & promptitudine correſpondere niteretur? quomodo omni alio ſemoto negotio diceret *cum timore & tremore: Domine, quid me vis facere?* En me promptum & paratum ad omnia, tua ſuffragante Gratia, quæcunque Divina tua Majeſtas præceperit. S. Franciſcus, quando cœleſtem aliquam viſitationem in anima præſentiebat, ſubito, ut advertebat Deum ſibi in corde loquentem, ſubſiſtebat etiam in itinere exiſtens, nec ultra progrediebatur, & omni poſsibili mentis attentione & applicatione auſcultabat, quod ei Divina Maieſtas præcipiebat, ut ſubitò, omnique promptitudine & perfectione illud exequeretur. Neque eſt, quod quispiam objiciat ſeſe excuſaturus, & dicat; ſatis eſt, ſi id, quod Deus mihi inſpirat, adimpleatur & executioni mandetur, quando eſt aliquid, quod obligat ſub præcepto. Quia, tametſi res à Deo inſpirata & propoſita ſolum eſſet aliquid ſupererogationis, nihilominus non facere illud, quotieſcunq; non adeſt aliqua ratio in contrarium, eſt ſpecies ingratitudinis, & defectus perfectionis. Et quamvis Deus ſimiles defectus non puniat pœna poſitiva, quia non ſunt defectus, qui includãt culpã; attamen

*S. Thomas.*

*Actor. 9.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

men caſtigat eos pœnâ priuatiuâ (veluti ſupra diximus
de peccatis venialibus) priuando animam abundan
Diuinorum ſuorum influxuum, & non concurrendo
primò, Diuinæ ſuæ Gratiæ auxilio. Eaque pœna g
uiſſima eſt, quia eſt pœna ſpiritualis: ob quam p
anima vim & vigorem, quo primò prædita erat, ad
ſiſtendum tentationibus: vndè iure meritò timere p
2.2.q.17. eſt ſummam culpæ ruinam. *Ingratitudo*, docet An
cus, *meretur beneficii ſubtractionem*. Sic qui eſt ingra
non correſpondendo donis & gratiis Dei, neque ap
cando benè vſum Diuinæ Gratiæ, ipsâ Gratiâ pri
meretur. *Duplex eſt vocatio Dei; prima, quâ vocam
ad primam Gratiam*, quandò aliquis eſt in ſtatu pecc
ti, & Deus vocat, vt de peccato doleat, ac pœnit
cum Diuinâ ſuâ Maieſtate ſe reconciliet ac ponat i
ſtatu Gratiæ? *ſecunda, quâ vocamur ad augment
Gratiæ & ad maiorem perfectionem.* In prima voca
ne vocat ad obſeruantiam præceptorum: in ſecunda
obſeruantiam conſiliorum. Vtrique correſpond
ac cooperari debemus: qui enim non correſpond
quod eſt perfectionis, incurrit periculum ſubtract
abundantiorum Gratiæ influxuum, nec non perdi
nis ſalutis. Pro praxi igitur, quotieſcunque è cœlo
bis infundi experimur bonam aliquam inſpiration
quæ nos exſtimulet moueatque ad perficiendum
quod bonum opus, eſto ſolùm fuerit opus ſuper
gationis, & abſque peccati obligatione, niſi adſit ra
ſuadens nobis contrarium, bonum illud à Deo no
propoſitum & inſpiratum executioni mandandum
ſub pœna incurrendi in vitiũ ingratitudinis, & pa
di quoque Diuinæ Gratiæ ſubtractionem, vti dictum
Verum, quia hæc noſtra cooperatio vltra concurſum
beri noſtri arbitrii principaliter oritur ab efficacia D
uinæ Gratiæ, quæ mouet voluntatem noſtram, non
lùm *per modum obiecti ſed etiam per modum act. mouen
& inclinantis voluntatem* ad id, quod Deus vult: de
proptereà homo Chriſtianus continuò exoret Deu
vt, quando pulſat & alloquitur cor noſtrum, loqua
pulſetque efficaciter, donec ei aperiatur. Enimue
quamuis Diuinæ Gratiæ efficaciam haud poſſimus p
mere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mereri, attamen oratione impetrare valemus. Quamobrem vnusquisque cum Propheta deberet dicere: *Erige mihi aurem, vt audiam te, quaſi Magiſtrum*: Quando, Domine, ſeruo tuo loqui dignaris; fac, aures meæ ſint apertæ, vt auſcultem, ſimul & exequar cœleſtem tuam doctrinam, vtpotè à Diuino meo Magiſtro traditam. Et cum ſancta Sponſa: *Veni, Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata virtutum.* Abſcedat ventus Aquilonaris malarum ſuggeſtionum Dæmonis, accedat & afflet ventus Auſtralis & aura vitalis Diuinarum inſpirationum, per quas producuntur germina actuum diuerſarum virtutum. Et hæc ſufficiant de bono vſu Gratiæ, de neceſſitate, & de modo cooperandi Diuinis inſpirationibus. Quo ſecuri erimus, quod *ſpiritus eius bonus deducet nos in terram rectam, id eſt in terram viuentium, quæ eſt terra recta, quia nulla ibi vitiorum obliquitas.*

*Iſa. 50.*

*Cant. 4.*

*Pſal. 142.*

*Bellarm. hic.*

## *Pœnitentia.*

## Cap. V.

Suppoſito eo, quod dictum eſt, veluti præambulo ad id, quod iam dicetur; tempus eſt, vt penitùs introſpiciamus, examinemusque, quid inſuper factu opus ſit & neceſſarium ad operandum bonum, ac proindè ad bonam præparationem mortis. Et ante omnia curandum eſt, vt bonum detur principium viæ Dei per pœnitentiam, quæ ſit vera & ſolida de peccatis præteritis, & ex qua certa quaſi ſpes veniæ naſcatur. Secundò, iacto pœnitentiæ fundamento, erigendi ſunt muri virtutum, vt totum ædificium cooperiatur aureo Charitatis tecto.

Et vt in hoc capite exordiamur à fundamento pœnitentiæ, duas declaramus eſſe vias ſalutis, vnam, quæ dicitur via Innocentiæ; alteram, quæ dicitur via Pœnitentiæ. Prima reſeruata fuit ſoli Chriſto, qui non ſolum non peccauit, ſed nec etiam peccare potuit per na-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

turam: & ſanctiſſimæ eius Matri, quæ nec peccauit, ne
peccare potuit per Gratiam. Cæteri omnes, vtpote
peccatis ſaltem venialibus ſubiecti, ab hac via exclu-
1. Ioan. 2. duntur. Ita apertè declarat S. Joannes, cùm ait: Si
*dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos*
*ſeducimus, & veritas non eſt in nobis.* Ubi notandum
eſt, Apoſtolum cùm ait: *Non habemus*, non intelligere
peccatum originale; ſed *Non habemus*, videlicet pecca-
tum actuale, ſaltem veniale, a quo nequidèm Apoſtoli
in Gratia confirmati, excepti & liberi fuerè. Sepoſita
igitur primâ viâ Innocentiæ, diſſeramus de ſecundâ via
Pœnitentiæ, quæ nuncupatur *Secunda tabula poſt nau-*
*fragium* de innocentia Adami factum: ac proindè ad ſa-
S. Tho. 3. p. lutem neceſſaria eſt *neceſſitate medii & præcepti* (vt lo-
Luc. 13. quuntur Theologi) Veritas clarè ac dilucidè à Diuino
Chriſti oraculo tradita: *Niſi pœnitentiam egeritis, om-*
*nes ſimul peribitis.* De hoc nullum eſt dubium: at to-
ta difficultas conſiſtit in modo eam peragendi, & qua-
lis ea debeat eſſe pœnitentia, quæ nos de venia ſecuros ef-
ficiat, & Deo reconciliet.

Huic reſpondet ſanctus Auguſtinus: vera pœniten-
tia debet eſſe cordialis cum mutatione vitæ ac morum
coniuncta. Idque exemplo Dauidis & Saulis probat &
S. Aug. ſer. declarat: vterque de ſuo monitus errore dixit: Pec-
18. de Na- caui; attamen ſolus Dauid cœleſte hoc audiuit reſpon-
tiuit. Ioan. ſum: *Dimiſſum eſt peccatum tuum*: & Saul non audi-
Bapt. uit hanc vocem; *ſed ira Dei manſit ſuper eum.* Ratio-
nem reddit idem ſanctus Auguſtinus dicens: *Similis*
*vox, ſed diſſimile cor.* Similis fuerunt in voce, quia
ambo idem pronunciarunt verbum: *Peccaui*; at diſſi-
miles fuerunt in corde: quia illud, *Peccaui*, Dauidis
fuit cordiale, ex intimo corde prodiit cum vero dolore
& propoſito emendationis; illud verò, *Peccaui* Sau-
lis fuit ſolum verbale, in ore perſtitit, non tranſiit
ad cor contritum & humiliatum coram Deo. *Tantum*
*tres ſyllabæ valent, tres ſyllabæ ſunt Pec ca-ui.* Ma-
gnam vim & virtutem habet hoc verbum trium ſyllaba-
S. Aug. to. rum *Peccaui*: at tunc ſolùm, *quando cum his tribus*
10. hom 44 *ſyllabis flamma ſacrificii cordis aſcendit in cœlum.* O
fol. 149. to. quantum conceptus ille, quem de pœnitentia efformat

hom

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hominesmundani, differt ab eo, quem formant ſancti Patres! Dicent illi: ad pœnitentiam ſufficere, ſi quis omnia ſua peccata confiteatur Confeſſario, paucas aliquas effundat lachrymas, & mentale ſolum habeat propoſitum non repetendi deinceps peccata præterita ex motiuo Dei ſummè amati. Hæc pœnitentia, tametſi vera ſit, & ſufficiens ad reponendum hominem in ſtatu Gratiæ; nihilominùs ea non eſt, cuius ſacri Doctores mentionem faciunt; hæc namque totalem inſuper requirit mutationem vitæ: ſublationem omnium occaſionum, tàm remotarum, quàm proximarum peccati; irreuocabilem oblationem totius vitæ præteritæ in ſacrificium & verum holocauſtum in igne Charitatis Dei, absque eo, quod repetatur ampliùs, quod ipſi Deo ſemel oblatum eſt. Et, vt vno verbo dicam, verus pœnitens non, qui primò fuit, deinceps ſit, oportet: in omnibus occaſionibus & in ſe ſit, & aliis quoque compareat mutatus, neceſſe eſt. Mutatum debet eſſe cor, non amando ampliùs bona terrena, ſed cœleſtia: mutatæ cogitationes, non conſiderando ampliùs creaturas in ordine ad Deum, & propter Deum: mutati ſcopi, deſideria, intentiones, immergendo omnes vaſtiſſimæ infinitæque abyſſo infinitatis æternitatisque Dei: & ſuper omnia mutatus debet eſſe guſtus & ſapor: *quod timebat amittere, gaudeat dimittere.* O mutationem dexteræ Excelſi! O miraculum omnipotentis Dei manus! Intuere & contemplare illum Publicanum Matthæum ad Apoſtolatum à Chriſto vocatum, quanto ſtudio & amore, quantâ auiditate inhiabat opibus & pecuniis? qualem habebat timorem perdendi eas? Sed ecce Diuino vix tactus radio nuncium mittit lucro, abiicit pecunias, & quas primò auido corde conſeruabat, promptiori poſteà animo conculcabat: *Gaudet dimittere, quod priùs timebat amittere.* Quia mutatus eſt guſtus, ſubintrat verus guſtus, & fallacem propellit: palatus voluntatis infirmus ſanatur, guſtat verum bonum, abnuens falſum & apparens. *Intrat*, ait D. Auguſtinus, in cor noſtrum *vera & ſumma ſuauitas* Dei, & ſubitò expellit fallaces Mundi delicias.

*1. de pœnit. S. Ambroſ. lib. de pœnit. in fine.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hæc ſunt ſigna veræ pœnitentiæ: Pœnitentia longè diſtans à recidiuo: Pœnitentia ſtabilis & firma in ſua reſolutione & mutatione. *Si pœnitens es, pœnitere: Si pœnitet, non facies, quod malè feciſti.* Contraria ſunt, ſibique aduerſantur, pœnitere, & redire ad peccatum: quia quem pœnitet alicuius peccati, hoc quidem que ei diſplicet: & qui de nouo committit peccatum, hoc ſibi placere commonſtrat. Undè tales D. Auguſtinus appellat *non pœnitentes, ſed irridentes*, quia certè quodam modo irrident Deum & remedia pro ſalute noſtra à Deo nobis relicta. Loquamur igitur de hac pœnitentia, de qua loquuntur Sancti, quæ firmum & immutabile includit propoſitum, totalem vitæ conuerſionem & mutationem: Sicque ei placeat id, quod primò diſplicebat: & diſpliceat, quod primò ei placebat. S. Ambroſius optimè deſcripſit, quales ſint partes veræ huius pœnitentiæ. Tunc, inquit, poterit aliquis dici verus pœnitens, quandò poſt conuerſionem ita viuit, *ut vitali huic moriatur vſui: ſeipſum abneget, & totus mutetur.* Primò debet eſſe mortuus Mundo & rebus creaturarum, mortuus omni affectui & deſiderio rerum terrenarum. Secundò mortuus quoque debet eſſe ſibiipſi, totum, quod habet de terreno & humano abnegando & mortificando. Ultimò, totus mutetur ab eo, qui primò erat: euadat homo nouus, homo cœleſtis, homo totus repletus cogitationibus, affectibus, & deſideriis Dei. Præterea debet ſe regulare in externis, fugiendo omnem defectum & exceſſum in vſu creaturarum: non tantùm omne ſuperfluum, verùm etiam non nihil ex eo, quod neceſſarium eſt: *Somno minùs indulgendum, quàm natura poſtulat:* & hic exiguus somnus *interpellandus eſt gemitibus, interrumpendus eſt ſuſpiriis, ſequeſtrandus orationibus.* Probat S. Ambroſius doctrinam ſuam authoritate Christi: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Qui de vita præterita verè contritus deſiderat meis inſiſtere veſtigiis, à capite ad pedes vſque, neceſſe eſt, ſe muniat ſanctâ mortificatione, tàm internâ cum abnegatione omnium affectuum & deſideriorum ſenſualium, quàm externâ, ſufferendo crucem, quam Dominus humeris eius imponit.

S. Ambroſ. de Pœnit. lib. 2. c. 10.

Matth. 16 Luc. 9.

Con-

Concludit denique idem ſanctus Doctor: *Qui mortui & ſepulti ſunt cum Chriſto, non debent iterum velut viuentes de hoc Mundo decernere.* Et vult dicere: qui verè pœnitet, idem eſt, ac ſi moreretur ac ſepeliretur cum Chriſto: ergò verus pœnitens non debet, ac ſi viuus eſſet, rurſùm rebus mundanis affectum adiicere. Quid dicent, quid reſpondebunt huic doctrinæ Mundi Sapientes, qui, quando ad Confeſſionem tandèm aliquando accedunt, vnicam pro pœnitentia recitantes coronam ſeu roſarium, ſuæ ſe ſatisfeciſſe obligationi, & cum hoc veram ſe egiſſe pœnitentiam opinantur? Interrogo eos: eſtisnè confeſſi? omninò. Nuncium miſiſtis peccato? ſic eſt. Deſeruiſtis occaſionem inprimis proximam & vrgentem? & hanc etiam. Sed dicite mihi ſinſuper: quomodo abiicitur affectus Mundi? quâ ratione mortificatur inordinatio paſſionum? quomodò maligni cogitatus in ſua infantia ſacrificantur in igne ſancto Amoris aut Timoris Dei? quomodò mortuus es ambitioni Mundi & vindictæ iniuriarum? quâ ratione te alliciunt ſenſus delitiæ voluptatesque etiam licitæ? Quod ſi in vno deficias, ſcito conuerſionem tuam non eſſe perfectam, neque pœnitentiam eſſe iſtius excellentiæ, veluti eam deſcribunt ſacri Doctores. Recordare, qualem pœnitentiæ formam præſcripſerit Saluator in baptiſmo tuo, quando te à peccato originali ad Gratiam, à Dæmone ad Chriſtum conuertiſti. Ob hanc conuerſionem æterna Sapientia totalem ac perpetuam eorum omnium, quæ ad Dæmonem ſpectant, poſtulat renunciationem. Memor ſis eorum verborum, quæ tibi tunc dixit Chriſtus, & quid tu reſpondiſti: *Abrenuncias Sathanæ? Abrenuncio. Et omnibus operibus eius? Abrenuncio. Et omnibus pompis eius? Abrenuncio.* Chriſtus haud contentus eſt vnicâ renunciatione, ſed trinam exigit, quæ renunciationem denotat totalem & perfectam: corde, ſcilicet, verbo & opere, & omnibus noſtris inimicis faciendam: Mundo, Dæmoni, & Carni. Spero, te hæc conuictum, & imbuendum fore, quænam ſit vera illa pœnitentia quam Deus à te poſtulat; qualis ſit ea præparatio & diſpoſitio ad bonam mortem neceſſaria: quale ſit medium illud, quod te

*Ambroſ. vbi ſup.*

per viam certam ac rectam ſecurè conducat ad d…
rarum æternæ ſalutis portum. Noli teipſum f…
credendo, confeſſionem aliquoties frequentar…
ſufficere absque eo, quod manum admoueas ra…
mortificandis inordinatis carnis & ſenſus affe…
Ut mundetur expurgeturque ager à zizaniis, her…
malignis & nociuis, nihil aut parum prodeſt, …
putentur ac ſuccidantur folia & germina virida, …
ſimul euellantur extirpenturque radices: ita ne…
eſt tollere peccatum, intactâ relictâ causâ & or…
quæ ſunt inordinati cordis noſtri affectus & de…
Enimuerò, te minùs cogitante, peſtifera pecca…
proferent germina, ac in morte probabis, quam…
dele, & quaſi inſuperabile tibi conci abunt h…
huiusmodi praui habitus inordinatique affectus, …
fero ac veneno ſo diabolicarum tentationum f…
terribiliores effecti. Neque blandè tibi perſua…
yelis, hanc, quam in vita flocci pendis & negligi…
obtenturum pœnitentiam.

Narratur de quodam Adoleſcente eâdem …
perſuaſione ducto, quod mortis agoni proximu…
mare cœperit *Pœnitentia, Pœnitentia, Pœnitentia,* …
*es?* eam optare habere, & non habeo. Neque …
eam obtinuit, quia tempore vitæ ſuæ eandem con…
pſit & ſpreuit: vndè cùm malè quæreret pœnitent…
adinuenit impœnitentiam, & cum clamaret voce …
nitentis, obiit corde impœnitentis.

## *Gratia & Virtus.*

## Caput VI.

IActo fundamento veræ & cordialis pœnitentiæ …
totali vitæ mutatione coniunctæ, veluti d…
eſt capite præcedenti, erigendi ſunt muri …
exercitio chriſtianarum virtutum ad ſalutem …
ceſſarium. Nulli dubium eſt, primarium huius…

bi…

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pricæ authorem & architectum eſſe Deum: Siquidem anima in vnione cum Deo *Veriùs impletur, fœcunda-turque virtutibus*. Undè Philoſophi etiam Gentiles hanc agnouêre veritatem: eum, videlicet, virtuoſum ſolùm dici poſſe, *qui eſt Dei cognitor & imitator*, qui exercet ſe in cognitione & amore Dei. Porrò valdè conducit ap rehendere magnos illos theſauros, quos in ſancto virtutum exercitio lucramur: magniq; emolumenti eſt intelligere, quâ ratione vita virtuoſa alicuius Juſti non ſit vita melancholica triſtis & afflicta, veluti falsò exiſtimat Mundus; ſed iucunda & tota veris gaudiis & voluptatibus repleta. Hæc erit materia præſentis capitis, quo probabitur, verum gaudium reſidere duntaxat in corde Juſti veris Gratiæ bonis ditati, ac proindè vitam Juſti non eſſe melancholicam; ſed gaudio & hilaritate pleniſſimam.

*S. Aug. de ciuit. lib. 10 c. 4. to. 5.*

*Idem de ciuit. lib. 8. cap. 9. to. 5.*

Primò tamen ſupponendum eſt, quod Gaudium *eſt poſſeſſio boni cogniti & amati*, eſt effectus cauſatus à bono, ſed hoc bonum, ad hoc vt ſit cauſa gaudii, tres habere debet conditiones: primò, vt ſit bonum proprium noſtrum, & à nobis poſſeſſum: ſecundò, vt ſit bonum cognitum (qui enim domi haberet theſaurum, nec eum ſe habere & poſſidere nouiſſet, non proindè gauderet) tertiò, vt ſit bonum æſtimatum & amatum: non enim gaudemus de bono, quod aut nihili, aut parui facimus. Hæ ſunt conditiones Gaudii, progrediamur nunc ad materiam Gaudii alicuius Juſti. Sanctus Petrus Apoſtolus hanc pertractans materiam proponit hanc ſententiam: *Maxima & pretioſa promiſſa nobis donauit*, q. d. Deus ob ſuam infinitam bonitatem inæſtimabilibus ſummisque Gratiæ ac Virtutum donis nos ditauit: *vt per hæc efficiamini Diuinæ conſortes Naturæ*. Agit Deus nobiſcum, quemadmodùm perſona aliqua Regia, vel alius quidam magnus Princeps facere ſolet, qui cùm aliò migrare cogitat habitaturus in magno aliquo palatio, nonnullos eò præmittit famulos & aulicos variis inſtructos tapetibus & ornamentis regalibus, quibus illud exornent, vt ſit habitaculum tanto Principe dignum. Si-

*2. Petr. c. 1.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mili modo facit Deus: conſtruxit & fabricauit ani nostram, inſtar ſumptuoſi alicuius palatii, ca veluti propriam aulam inhabitare peroptat: aſt qu ma à ſeipſa, eſto ampliſſima ſit & quaſi immenſ citatis, pauper & nuda eſt, & ad recipiendam Di Maieſtatem minimè diſpoſita, ideo præmittitur G cum donis ſuis, quibus illa adornetur, & ad talem celſum finem diſponatur apteturque. Itaque Gr tanquàm Diuina quædam forma, in anima reci eandem cum omnibus ſuis potentiis Deificatura ta una donis & virtutibus infuſis ſupernaturalibu à Diuo Petro ſuprà allegato vocantur *Maxima & tioſa promiſſa*, quibus mediantibus anima di actualiter recipit in ſe Diuinitatem, & conſeq ſanctiſſimam Trinitatem, Patrem, Filium & Spir ſanctum. Vbi notandum eſt, Apoſtolum non tantùm de bonis futuris, quibus Juſtus gaudebit vita; verùm etiam de præſentibus, quibus in h gaudet & fruitur. Duo ſunt Regna Chriſti, vnum G Gloriæ alterũ: in primo regnant Juſti in hac vita, ſecundo regnant Beati in alia vita: & in vtroque R infinita ſunt bona, infinita dona, quibus Juſti gaudet. Et vt ad particularia deſcendam, dico Gra animæ Juſti novem eximia conferre dona; primò, *tum Diuinum*: ſecundò, *amicitiam Diuinam*: terti *liationem Diuinam*: quartò, *Hæreditatem*; quint *hereditatem Diuinam*: ſextò, *protectionem Diui* ſeptimò, *conuerſationem*; octauo, *operationem*: & *viſitationem Diuinam*. Et, vt exordiar à primo, prium eſt Gratiæ: *Diuinum in nobis ſtatum efficer* animam noſtram eleuare ad ſtatum Diuinum. D hæc, *ſtatus*, ſignificat duo: *conditionem perſonæ* S.Tho.2.2. q 183 a 1. *dùm libertatem, vel ſeruitutem*: & *permanentiam & mobilitatem in tali ſtatu*. Talis eſt effectus Gra conſtituit Juſtum in ſtatu libertatis, liberum ipſum endo ab omni eo, quod non eſt Deus, liberum à p to, liberum à paſſionibus, liberum ab omni inordi affectu creaturarum. Et hic ſtatus meritò appell Diuinus, quia talis libertas non acquiritur, niſi De uirtute mediâ, & per hoc, quod anima ſe efficiat

iam ac ſeruam Dei, & à creaturis ſe conſtituat ac reddat
liberam. Hic eſt ſtatus Juſti: *ſubeſſe & præeſſe*, ſubeſſe
Deo, & præeſſe creaturis, eſſe ſubiectum Deo, & eſſe li-
berum ab omnibus creaturis. Huic contrarius eſt ſta-
tus Peccatoris, ſe veluti ſeruum ſubiicit creaturis, & à
Deo ſe ſubducit & ſoluit. Ita dixit Apoſtolus: *Cum* *Rom. 6.*
*ſeruiſſetis peccati, liberi fuiſtis Iuſtitiæ: nunc verò libera-*
*ti à peccato, ſerui eſtis facti Deo.* Conſidera diſcrimen
inter ſeruitutem & ſeruitutem, inter libertatem
& libertatem. Seruus Gratiæ ſummum bonum;
ſeruus Peccati ſummum malum. Ad eundem mo-
dum, liber & remotus à peccato infinitum bonum: ſo-
lutus & remotus à Gratia infinitum malum. Aſt quo-
modo cognoſcetur diſcrimen inter ſeruitutem & ſerui-
tutem? Reſpondet S. Thomas: *Tunc eſt ſeruitus* *S. Thom. lo.*
*peccati, cùm aliquis ex habitu peccati ad malum inclina-* *cit.*
*tur:* & è contra, tunc dicetur ſeruus Gratiæ, quando
ex habitu Juſtitiæ inclinatur ad bonum. Ex dictis col-
ligitur, quàm miſerabilis & miſer ſit ſtatus peccatoris
(vt etiam benè aduertit Caietanus) quàm fœlix ac for-
tunatus ſtatus Juſti. *Peccator obligatus eſt ad peccan-* *Caiet. l. cit.*
*dum, quantùm eſt ex ſeipſo; quia non poteſt ex ſeipſo reſur-*
*gere: &, vt Gregorius dicit, peccatum, quod per pœni-*
*tentiam non deletur, ſuo pondere ad aliud trahit. Iuſtus*
*autem ab huiuſmodi vinculo abſolutus eſt.* adeoque ſta-
tus eius fœliciſſimus eſt. Hæc eſt prima proprietas hu-
ius dictionis *ſtatus*. Secunda proprietas eſt *permanen-* *S. Tho. 2. 2.*
*tia & immobilitas*: quia habitus virtutum immobiles *q. 183. art. 1.*
ac ſtabiles nos efficit in benè operando, iuxta conſilium
Apoſtoli: *Stabiles eſtote & immobiles*: ſicut à contrario *1 Cor. 15.*
habitus vitii efficit peccatorem fixum & permanentem
in malo.

Primus itaque effectus, quem Gratia producit in
anima, eſt, quod collocet eam in ſtatu Diuino, in ſtatu
libertatis reſpectu creaturarum, & in ſtatu ſeruitutis
comparatione Dei: idque quantum eſt ex ſe; non cum
varietate & inconſtantia, ſed permanenter & immobi-
liter.

Secundus effectus Gratiæ eſt Amicitia Diuina. *Iam* *Ioan. 15.*
*non dicam ſeruos, ſed amicos,* q. d. Jam non eſtis ſerui

timo-

timore ſeruili, benè tamen ſerui timore filiali, &i
per amici eâ amicitiâ, quæ eſt vel effectus Gratiæ,
*S. Greg. hom. 27. in Euang.* quantum eſt charitas; vel effectus Charitatis pro
ſtinctæ à Gratia. *Quanta dignitas eſt, homin*
*amicos Dei?* Maxima profectò, quæ in hominibus
cogitari poſſit.

*S. Thomas,* Tertius effectus Gratiæ eſt filiatio Diuina. Qu
admodùm *Charitas facit amicum; ita Gratia fil*
Hæc filiatio, tametſi adoptiua ſit, non eſt tamen
adoptionis humanæ: etenim hæc ſolùm tribuit ius
rale ad hæreditatem extrinſecam Patris adop
tis; aſt Diuina adoptio dicit inſuper communica
nem ſeu participationem ipſiusmet Naturæ Diu
veluti dictum eſt ſupra.

*Rom. 8.* Quartus effectus eſt ius & debitum ad Diuinam
reditatem. *Si filii & hæredes.*

Quintus effectus eſt eſſe cohæredes Chriſti: *H*
*des quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.* Undè ha
prærogatiuæ & dignitates, puta, filiatio Dei & fra
nitatis Chriſti ſimul ſunt vnitæ: eadem namque G
tia, quæ facit vnum, & alium facit effectum.
hoc nomine fratris non dedignabatur nos app
*Ioan. 20.* ipſemet Chriſtus, dicens: *Vade ad fratres meos,*
*dic eis &c.*

Sextus effectus Gratiæ eſt Diuina protectio,
Juſtum tanquàm amicum & filium Dei modo quo
ſpeciali & extraordinario ab ipſomet Deo protegi
fendi omninò conueniens eſt.

Hæc protectio duplici exercetur ſuccurſu &
lio: vno externo, interno altero: externus ſucc
eſt, quo itâ defenditur & præſeruatur Juſtus, ne
ceant inimici externi, aut homines: quamuis
Deus hiſce liberam relinquat voluntatem, vt inim
ſuos odio proſequi, aut iis malum aliquod mach
poſſint, quantùm velint: attamen potentia
Deo ligata eſt, nè idipſum actu faciant: neque
lum iis referre poſſunt, niſi quando & quantum Do
nus Deus iis permittit. Doctrinam hanc expreſſè
*In Pſal. 29.* Diuus Auguſtinus hiſce verbis: *Vnuſquiſque malum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſe habet voluntatem nocendi: vt autem poſſit nocere, non eſt in poteſtate.* Idque ſupra modum ſeruos Dei conſolari debet, quod tametſi plurimos habeant inimicos, tùm viſibiles, tùm inuiſibiles; omnes nihilominùs manus geſtant ligatas per Diuinam Prouidentiam, nec poſſunt, eſto velint, abſque licentia & promiſſione Dei vllum eis inferre damnum & nocumentum.

Alter ſuccurſus ſeu auxilium, quod Deus protectione ſuâ ſuppeditat Juſto, eſt internum; cùm, nimirum, inſpirationibus ſuis Diuinis illuminat intellectum, voluntatem incitat & accendit, fortificat & corroborat potentiam, vt ſtrenuè tentationes Inimici oppugnet & euincat. Juſtus etiam in Gratia conſtitutus eſt inſtar Infirmi debilis & viribus parùm firmi, qui per viam lutoſam & lubricam incideret & ambularet, & à tergo haberet talium, qui eum truderet ac propelleret. Quam is haberet ſpem conſiſtendi in pedibus & non cadendi? annon aſſiſtente aliquo vicino indigeret, qui ei opem ferret, ſuccurreret, eumque in periculis tutaretur & conſeruaret? Simili Juſtus indiget auxilio: eſt debilis & infirmus propter fomitem concupiſcentiæ, iter agit & incedit per viam lubricam & periculoſam ob peccandi occaſiones in Mundo occurrentes: adeſt à tergo, qui eum protrudit & impellit, eſtque Dæmon Tentator. In tot tantisque periculis & neceſſitatibus ſuccurrit Deus Diuinâ ſuâ Gratiâ, ſuisque amicis & dilectis aſſiſtit, eos protegendo, corroborando & fortificando, nè in tentationibus cadant, *ſed faciant cum tentatione prouentum*, & ex tentationibus fructus percipiant occaſiones, maiusque ſpiritus incrementum. 1. Cor. 10.

Septimus fructus Gratiæ eſt Diuina conuerſatio, quia conuerſatio ſtatui proportionari debet. Ita videmus perſonas vilis conditionis & ſtatus conuerſati cum perſonis æqualibus & plebeis, & perſonas ſublimioris & altioris ſtatus cū perſonis ſublimibus & nobilibus. Ergò Juſtus ad ſtatum nobiliſſimum, puta, Diuinum euectus conuerſari & tractare debebit cum perſonis

etiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etiam Diuinis. Dignitas altiſſima Juſti! Conuer-
agere & conuerſari non iam cum hominibus; ſed
Angelis, cum Sanctis, cum Chriſto, cum ſancti-
Virgine, cum ipſomet Deo, & cum tribus Perſoni-
uinis. Habet clauem auream, quâ pro libitu ſuo in-
di poſſit ſecretiſſima cœli ſanctuaria: portam ſem-
reperit apertam nunquam præcluſam, quemadmo-
moris eſt hîc in terris apud intimos amicos & famil-
ſimos alicuius Principis.

Octauus effectus Gratiæ eſt Diuina operatio:
eſſe, poſſe, & operari inter ſe debent eſſe proportio-
Cùm igitur Juſtus à Gratia & habeat eſſe Diuinum
potentias virtutum infuſarum etiam Diuinas; opo-
operationes pariter Diuinæ ſint, ad Deum ordina-
noui præmii Gloriæ meritoriæ.

Ultimus effectus Gratiæ ſunt Diuinæ viſitatio-
quibus Deus conſolatur, & recreat animam Juſti,
que ſine comparatione ſuperiores & eminentiores
ctis iis conſolationibus, quas tanti faciunt & æſti-
*S. Thomas* homines mundani. Conſolatio carnalis, quando
ſcit & multùm augetur, loco gaudii generat dolore
faſtidium, ac animam denique damnat pœnâ æter-
vbi conſolatio ſpiritualis, quò magis creſcit, eò m-
rem generat voluptatem & lætitiam, & tandem
num cœli cauſat gaudium. Hucuſque de inæſtim-
libus bonis Gratiæ, & de theſauris immenſis, quo-
ma Juſti in ſe comprehendit.

Quod ſi nunc iuxta proportionem boni poſ-
veluti ſuprà diximus, ſubſequitur gaudium & læ-
cùm immenſum ſit bonum, quod poſſidet Juſtus
menſum quoque erit gaudium. Verùm dicet qui-
Experientia docet contrarium; etenim multi repe-
tur Juſti, neque tamen ſimile gaudium percipiunt.
ſpondetur cauſam huius eſſe defectum conſidera-
quia non omnes Juſti cognoſcunt & conſider-
quod habent: vt autem bonum poſſeſſum generet
dium

dium & lætitiam, debet eſſe cognitum; iuxta doctrinam in principio datam. Quapropter ſanctus Paulus Apoſtolus exhortando fideles ad perpetuam lætitiam ſpiritualem (*ſemper gaudete*) ſubitò ſubiungit medium (ſine intermiſſione orate) q. d. Vultisnè ſemper gaudere, curate, quod ad fieri poteſt, vt ſtudio ſanctæ orationis attendatis, & in præſentia Dei ambuletis: quia ab oratione certum aliquod lumen in animam reſultat, quo mediante cunctos in ſe latentes theſauros & bona intuetur ac contemplatur. Quemadmodum ſi Princeps aliquis ærario ſuo variis ac pretioſis aulæis, tapetibus ac picturis adornato incluſus, occluſas quoque teneret circumquaque feneſtras; ita, vt lumini Solis omnem præcluderet aditum, nullum intus ſpectabit decorem, nullo gaudebit ſplendore; at vbi aditum præbuerit luci, & radii Solis ſubintrauerint, nouo cor eius perfundetur gaudio & theſauri aſpectu recreabitur. Idem planè contingit Juſto; quando poſſidet bona Gratiæ & vacat ab oratione, nullius bonæ, quod poſſidet, gaudet aſpectu; ſed quamprimùm anima eleuatur per orationem, ſuboritur Diuina illa lux, quæ eam illuminat, redditque aptam & idoneam ad contemplanda bona & dona intùs latentia. Tunc conſiderat, & gaudet ſe repoſitum in ſtatu, non iam ſerui Carnis aut Mundi, ſed ſerui Dei, cuius ſeruitus ſupereminet & præſtantior eſt omni Dominatu & Regno mundano: ſicut maior eſt dignitas, pluriſque æſtimatur, quod aliquis ſit ſeruus alicuius Regis, quàm quod ſit Paſtor & Dominus multorum pecorum. Et Juſtus non tantùm ſeruus, ſed & amicus Dei eſt, quæ eſt noua dignitas & Gratia. Satisfuiſſet, & longè etiam noſtrum ſupereſſet meritum, quod nos ad ſuam admittat ſeruitutem, noſque ſeruos ſuos appellet; at voluit nos inſuper amicitiæ ſuæ nexu adſtrictos, & amicos ſuos nuncupare: neque hoc contentus; ſed præterquàm nuncupemur & ſimus eius ſerui & amici, voluit etiam nos filios ſuos nominari & eſſe. Gratia ſat potens erat in ſtatu amicitiæ Dei nos collocandi, abſque eo quod nobis communicaret dignitatem Filii;

S. Thom. 1. Theſſ. c. 5.

nihilominus Deus vtrumque à Gratia produci
ctum, nosque ad dignitatem & amici & filii parite
altari voluit Preterea poterat nos aſſumere in filios
adoptiuos per ſolam Gratiæ communicationem
nec hoc contentus, placuit ei hanc nobis conferre
tatem filii, modo eminentiſſimo, puta, cum comm
catione propriæ ſuæ Naturæ. Inſuper poterat n
ſumere in filios ſuos; at non admittere ad hæredit
ſuam: & ſi nos hæredes ſuos conſtituere decreu
haud neceſſe erat, ad eandem nos vocaret hæredit
Chriſti, conſtituendo nos cohæredes eius. Q
conſideratione tàm eximiæ Charitatis tantoru
donorum non obſtupeſcet? Quis non lætabit
ſingulari hilaritate & gaudio replebitur in conte
tione quinque horum priuilegiorum, quæ omne
mani intellectus capacitatem excedunt? Eſſe
Dei, amicum, & filium Dei & Beatæ Virginis,
dem Dei, & cohæredem Chriſti? Nec mirum
hiſce prærogatiuis & priuilegiis correſpondere p
gium Protectionis, *Conuerſationis, Operationis*,
*ſitationis.* Meritò Juſti capiti imponitur *Diadem*
*gni*, & duorum Regnorum: diadema Regni G
pro vita præſenti, & diadema Regni Gloriæ pr
futura: & hoc diadema Gratiæ nouem adornatur
mis ſeu margaritis, & ſunt nouem dona Gratiæ
plicata. Concludamus hoc caput exclamatione
Cypriani: *Nihil Chriſtiano* ( nomine & re tali)
*eius, cui promittuntur Regna cælorum*, & Regnum
tiæ in terra, & Regnum Gloriæ in paradiſo.
huic fœlicitati infœliciſſima Mundi fœlicitas, q
vna voluptatis ſtilla infinitum ſecum confert torm
*S.Chryſoſt.* rum oceanum. *Melius eſt eſſe pauperem cum*
*Hom. 4. 10.* *quàm Regem cum malitia.* Et rationem reddit:
4. quantùm anima ſuperat corpus, tantundem paſſ
animæ excedunt paſſiones corporis: vndè gau
animæ, quod percipit Juſtus, longè ſuperat pœn
ternam, quam patitur corpus; triſtitia interna
peccatoris ſine comparatione externam excedit
ptatem, quâ perfruitur corpus. Ergò de primo a
mum vita hominis iuſti non eſt melancholica,

eam depingunt Mundani; ſed lætitiâ & gaudio repleta: quare ad hanc totum noſtrum affectum applicare, & contrariam peccatoris vitam fugere debemus. Jam vltima pars huius tertii libri, quæ eſt de exercitio ſanctæ Charitatis; cui toto vitæ noſtræ tempore incumbendum eſt, exponenda eſſet, vt diſpoſitio ad bonam mortem neceſſaria compleretur ac perficeretur. Verùm pro maiori diſtinctione ſpecialis liber compoſitus eſt, cui titulus eſt *SERAPHINVS*, ſeu *SCHOLA SANCTI AMORIS* ad quem Lectorem remitto.

FINIS primæ partis Peregrini terræ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PEREGRINI TERRÆ

ſeu

*Præparationis ad bonam mortem.*

## PARS SECUNDA.

## LIBER QUARTUS.

### *Exſpectatio Domini.*

HOc eſt tertium documentum nob à Chriſto Magiſtro noſtro traditump diſpoſitione ſeu præparatione ad bona mortem: *Exſpectatio Domini*, vt, n delicet, exſpectemus Chriſtum, & med temur aduentum eius, qui veniet, p mò, in Morte. Secundò, in Judicio. Tertiò, in ſua J ſtitia. Quartò, in ſua Miſericordia. Veniet in Mor ad alium Mundum nos vocaturus: veniet in Judici nos iudicaturus, & iuxta cuiuslibet merita aut dem rita laturus ſententiam: veniet in Juſtitia pœnam æte nam inflicturus: veniet in Miſericordia vitæ beatæ pr mium elargiturus, Hæc quatuor memoranda, qu

coo-

continuò noſtræ memoriæ obſeruari, ac cordi noſtro ſemper imprimi debent, vim habent & efficaciam præſeruandi animam ab omni peccato liberam, iuxta Diuinum Oraculum: *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis:* *& nunquàm mortaliter, & rarò venialiter.* Nihil namque horribilius morte, nihil terribilius Judicio, nihil intolerabilius Inferno, nihil iucundius Gloria Paradiſi. *Quid horribilius Morte? quid terribilius Iudicio? quid intolerabilius Gehennâ? quid iucundius Gloria?* Hoc tertium documentum, quod Chriſtus Dominus nobis tradidit, vt ad bonam mortem nos diſponamus, medium efficaciſſimum eſt ad obſeruandum primum & ſecundum: etenim Nouiſſimorum memoriâ facilè obtinentur *Abſtinentia mali & Operatio boni.* de quibus ſuprà iam dictum eſt. Nunc de primo Nouiſſimo ſermonem inſtituemus.

*Eccleſ. c. 7.*
*Carthuſ. hic.*
*Idem.*

## *De memoria Mortis.*

## CAPUT I.

OPtima ad bonam mortem diſpoſitio eſt ipſiusmet Mortis memoria: quia, vt benè notat Climacus: *Affectum eximit à creaturis.* Et quemadmodum Sanguiſuga nunquàm ſanguinem ſugere ceſſat, *donec cinere os aſpergatur;* ad eundem modum deſiderium habendi & auiditas rerum terrenarum nunquàm expletur & ſatiatur, *donec Mortis memoria refrænetur.* Verùm, vt hæc memoria *ſit, ſicut oportet,* nimirùm, ſalutaris animæ, & vitæ æternæ meritoria, nonnullas habere debet conditiones.

*Climac. gradu 6.*

Prima eſt, è cœlo deſcendat, oportet, ſitque donum Dei & actus ſupernaturalis. Enimuerò ex nobis noſtriſque naturalibus viribus liberi arbitrii, ac ſemoto ſupernaturali Dei auxilio de Morte futura cogitare, nobiſque moriendum eſſe conſiderare poſſumus; quia eſt cognitio naturalis obiecti naturalis; aſt quod hæc cognitio vergat in profectum ſpiritualem animæ, commoueat ad amorem virtutis, ad odium peccati, ad con-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

temptum Mundi, ad deſiderium vitæ æternæ, hi ſu
fectus naturâ ſuperiores, & ſunt ipſius Gratiæ fru
quare à Deo procedant, neceſſe eſt, & à ſpeciali eiu
xilio quo naturalis mortis meditatio ordinatur ac
mouetur ad aliquem finem ſupernaturalem ſpecta
ad ſalutem & perfectionem animæ. Quamobrem
memoria exercenda eſt in oratione noſtra, debe
materia noſtræ meditationis, in qua Deus loquitur
di, & lumen particulare communicat eum in finem,
huiusmodi memoria fructus conuenientes & a
vtiles percipiamus. Prætereà petendum eſt à D
Psal. 38, cum Dauid dicendum: *Notum fac mihi, Domi*
*nem meum:* Concede mihi, Domine, donum me
mortis meæ; & hæc memoria non à me, ſed à te:
terra, ſed è cœlo; non à Natura, ſed à Gratia proce

Hæc igitur vera mortis memoria eſt, quæ naſci
enutritur in oratione. Undè reperiuntur plurim
mentem ſuam hac mortis conſideratione occupa
ſine fructu: quia eam exercent in oratione, vn
memoria vim ſuam & efficaciam deriuat. Me
mortis & Oratio ſunt veluti cinis & ignis: cinis
tur ex igne, & conſeruat eundem ignem; ita ſal
Mortis memoria oritur & naſcitur ex oratione, &
dem conſeruat orationem. Idque de prima cond
ne ſufficiat.

Secunda ſanctæ mortis memoriæ conditio eſt,
quantùm poſſibile eſt, continua. Ideòque Sp
ſanctus hæc adiunxit verba: *In omnibus operibu*
memoraberis nouiſſima tua: comedendo, loqu
ſedendo, ambulando conſidera mortem tuam: nul
erceatur actio, quæ te retardet, auocetque ab hac
cta memoria: nullum præterfluat tempus, quod
periat ſalubri hac meditatione vacuum; ſed ſemp
omni loco, quocunque tempore: in omnibus
cogitas, quæ loqueris, quæ operaris, Mortem
ponderabis, ac tibi moriendum eſſe, recordaberis.
propter æquâ ratione ſanctus Climacus mem
mortis appellat Panem quotidianum: *quia ſicut*
S. Climac, *omnia alimenta panis eſt neceſſarius, ita ſuper*
*memoria Dei & mortis.* q. d. quemadmodum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cibi variantur & mutantur; at non ita panis, qui cum quocunque alio cibo ſemper vnitur & ſumitur: ita cætera omnia exercitia ſpiritualia mutari poſſunt; at memoria mortis cunctis aliis exercitiis interſit, omniaque veluti forma animet, ac vitâ imbuat, oportet. Sed & cum alia memoria Dei coniuncta eſſe debet (*Memoria Dei & Mortis*) quia coniungenda eſt cum oratione, vti ſuprà dictum eſt.

Tertia conditio eſt, vt mors conſideretur veluti vicina, non vt diſtans & remota: quia malum diſtans, vt docet Philoſophus, non timetur; vndè licet homines cognoſcant, mortem tandem aliquandò futuram, *quia tamen non propè eſt, nihil curant.* Quam ob cauſam Spiritus ſanctus præuidens hanc magnam hominum imprudentiam, cõſulit & exhortatur; *Memor eſto, quoniã Mors non tardat*: feſtinanter aderit, & fores pulſabit dicens: eſt tempus migrandi ex hoc mundo; non tardat mors, quia omni accurrit velocitate iuxta curſum temporis: non tardat, quia domus noſtri corporis ſemper minatur ruinam: non tardat, quia Chriſtus, ipſa met infallibilis veritas id prædixit & reuelauit: *Ecce venio velociter: ecce venio citò* primò in morte ad Iudicium particulare cuiuslibet, deindè ad Vniuerſale: non tardat denique, quia iam ſententia lata eſt, & ſolùm exſpectatur executio: *Teſtamentum huius Mundi morte morietur.* Deus totum Mundum ſubiecit capitali ſententiæ: decretum & diſpoſitio Dei hæc eſt, omnes & ſinguli homines in pœnam peccati infallibiliter & irreuocabiliter debent mori. Si igitur Mors non tardet venire, cur tu tardabis eandem præſtolari, & te tardabis ad eam te diſponere, procraſtinando ſemper & differendo conuerſionem tuam. Si mors feſtinet te inuadere, feſtina tu pariter teipſum defendere, deteſtando peccatum, & amplexando gratiam & amicitiam Dei.

Apoc. 22.

Eccleſ. 14.

Quarta conditio eſt, vt cum hâc ſancta memoria non apprehendatur duntaxat Mors vt vicina, ſed etiam vt præſens: *Mortem veluti præſentem ſemper tibi ob oculos pone, ac ſi propriis oculis corporalibus videres* te in capulo ſeu ſandapilâ poſitum & *mortuum, vel morientẽ* in lecto. Conſidera ſtatum ac diſpoſitionem, quam tunc habebit

S. Climac. 9.

S. Greg. Naz.

corpus tuum: quâ ratione totum erit frigidum, oc-
habens concauos, ſcabram pellem, & vultum to-
pallidum: quomodò vndequaque generet terrore-
horrorem ſimulac fœtorem: quomodò deſeratu-
teturque ab intimis etiam amicis, imò & ab ipſis
ſanguineis. O ſi hæc conſideratio ritè penetraret
dis tui penetralia! O ſi viuâ mente conſiderares
id duntaxat, quod es, ſed multò magis, quod eri-
id quoque, in quod corpus tuum, quod adeò am-
palpas, redigetur! quàm facilè abſtineres à mul-
bus, à quibus vt abſtineas, non leuem modò ſent-
ficultatem. Pregreditur S. Ambroſius: non ſuf-
vt conſideres te quaſi iam mortuum; ſed ſub terra
collocatum & quaſi ſepultum te conſidera. *Sicut ſe-*
*tus, nullam habens curam de ſæculo*, qui nihil ſcit,
videt, nihil ſentit; quid agatur in hoc Mundo; huic
abſimilem te eſſe oportet. Et huiusmodi memo-
mortis efficaciſſima eſt, quâ futurum ſtatum tuum
biipſi ob oculos ponis, meditarisque te in lecto mo-
bundum, loculo aut ſandapilæ impoſitum, ac ſepu-
ræ mandatum.

*Lib. 4. epiſt. 29.*

Quinta & vltima conditio eſt, vt ſit memoria la-
quia tempus Mortis eſt tempus ſponſalitii & nup-
rum, vti mox dicetur. Et hæc de conditionibus, q-
poſtulat ſancta Mortis memoria.

Differamus nunc breuiter de materia huis me-
riæ, & quid in ea conſiderandum ſit. Totum redu-
tur ad quinque capita; primum eſt de certitudine mo-
tis; ſecundum de incertitudine horæ mortis; terti-
de eo, quod præcedit mortem: quartum de eo qu-
comitatur mortem: quintum & vltimum de eo, qu-
ſuccedit in morte & poſt mortem.

Quantum ad primum, triplex certitudo in mo-
ponderanda eſt: nimirum, quod nobis ſit moriend-
ſubitò, & cum dolore mali & gaudio boni in vita o-
rati. Prima certitudo fūdata eſt in lege mortis vniuerſ-
à qua nullus vnquàm exceptus fuit, neque etiam Ch-
ſtus Dominus noſter & ſanctiſſima eius Mater. Secun-
da in breuitate temporis, quod menſurat vitam

ſtram. Tertia in lumine, quod ſuppeditatur in Morte, vt abſque errore verum bonum, verumque malum cognoſcamus.

Quantum ad ſecundum, triplex alia incertitudo pariter meditanda eſt, nimirùm: de tempore, de loco, & de modo. Etenim neſcitur, quo tempore moriendum ſit, neque quo in loco, multò minùs quomodo, an morte naturali, aut violenta.

Quò ad tertium, præcedit mortem diuortium & fuga totalis omnium rerum viſibilium.

Quò ad quartum, adeſt mali præſentis dolor, & timor futuri.

Quantum ad quintum & vltimum, te exſpectat Æternitas aut gaudii, aut pœnæ & tormenti.

Hæ ſanctæ conſiderationes coniungendæ ſunt cum memoria mortis, & præfata puncta tamdiu meditationi ſubiicienda ſunt, quovſque deſideratum in anima producant affectum, puta, contemptum totalem omnium bonorum tranſitoriorum Mundi huius, & deſiderium æternorum & cœleſtium.

Et hoc ſufficiat de eo, quod in memoria mortis conſiderandum eſt. Subiungemus modo vnam alteramuè induſtriam, quam etiam ipſimet Sancti adhibuère, vt ſemper præſentem ac viuam hanc ſanctam memoriam retineamus.

Primò conſiderabis, vitam tuam vltra hodiernum non ſe extendere diem. Secundò, omnem actum, quemcunq; exercebis, cogitabis eſſe vltimum. Tertiò, veſperi decumbendo, te vt mortuum in lecto compones, tibique imaginaberis, ſi tunc ex hac vita migrare deberes, quid te eo die feciſſe optares, ac defectus occurrentes die ſequenti emendabis. Quartò, in rebus dubiis adhibebis mortem in conſilium, id agendo, quod eo tempore te feciſſe velles.

Nonnulli etiam ex Patribus hac vtebantur induſtriâ, vt ſeſe inuicem, præſertim familiariores, ſalutarent hoc præuio monito: *Moriendum, & neſcimus quando.* Alii in cubiculis reſeruabant aliquam mortis imaginem: imò, vt continua eſſet huiuſmodi memoria, & nunquàm elaberetur, mortuorum oſſa ſecum deferebant. *In vitis Patrum.*

*S. Damian in vit. SS. Barl. & Ioſaph.* Denique vt omninò ſecuros ac certiores ſeſe facere memoria adeò ſalutari nunquàm dimittendâ, mort

*Palladius.* rum inhabitabant ſepulchra.

Verùm omnium optima memoria eſt, quam nulli alii exercent & obſeruant, vt, videlicet, in p id redigatur tempore vitæ, quod in Morte ſuccedet.

Et incipiendo à die Lunæ, hoc die conditur teſta tum, valedicendo omnibus creaturis, earumque af omninò ſe ſpoliando & dicendo: Item relinquo a ctum diuitiarum. Item relinquo affectum conte tionum. Et hoc appellatur *teſtamentum viuorum* ceſſariò in vita condendum, ſine quo aliud, quod e *ſtamentum mortuorum* ad ſalutem minimè ſufficien Hoc die varios exercebis actus mortificationis.

Die Martis inſtitues confeſſionem quaſi tot tæ vltimam: exercendo te eodem die in variis diue que contritionis actibus.

Die Mercurii ſacrâ te reficies ſynaxi ſuti viatico.

Die Iouis extremam ſuſcipies Vnctionem in guine Chriſti: ſimulque tibi imaginaberis Diuin liquori te eſſe immerſum, & in virtute illius mam tuam mundari ac purificari ab omni peccato macula, & graui, & leui.

Die Veneris proſequêris mortem, mori cum Chriſto & propter Chriſtum, omnibus & ſing peccatis.

Die Sabbathi ſepulchrum intrabis, non ſolùm riendo peccato; ſed etiam ſeparanda te à cunctis pe occaſionibus.

Die Dominicâ reſurges glorioſus cum Chr Undè hoc die omnes tuæ cogitationes, deſideria & fectus erunt in Gloria cœleſti, vbi ſummo cum dio morabitur anima æternùm beata: eique dic

*Apoc.* *Viciſti in ſanguine Agni, & regnabis in æternum.*

Hoc ſanctum exercitium primâ fronte in praxi dè difficilè videtur; at cordi verè Chriſtiano & C ſti amore repleto facilè redditur: amor enim docet, vt cogitatione ſemper adhæreamus perſo quæ amatur, & facilè de iis, quæ ad huiusmod

dic

ducunt finem cogitemus. Quod ſi tamen huius exercitii continuatio nimis ardua & difficilis alicui videretur, poſſet is aliquoties ſaltem in anno id executione mandare, eoque ſeſe diſponere ad feſta ſolemniora Chriſti Domini noſtri, & ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, & præſertim id vſui eſſe poſſet in ſeptimana ſancta inſtar diſpoſitionis ad feſta paſchalia. Hæc de memoria mortis dicta ſufficerent; at quia materia hæc admodùm vtilis eſt, ſanctorum Patrum ſententiis & exemplis pariter ampliùs declarabitur.

## *Authoritates Sanctorum.*

## Caput II.

OMnes ſancti Patres in hanc conſpirant opinionem, ad ambulandum ſecurè & proficiendum in via ſalutis neceſſariam eſſe continuam mortis memoriam. Undè dicunt, quod hæc memoria debeat nobis eſſe vſui, *ſicut lapis probationis*, quo cognoſcimus ac diſcernimus verum bonum ab apparenti: *ſicut ſtella polaris*, quæ nauem animæ noſtræ dirigit, deducitque ad portum Gloriæ: *ſicut fidelis conſiliarius*, qui in cunctis dubiis occurrentibus conſulit nobis, quid agendum aut omittendum, quid amandum aut fugiendum ſit. Denique aſſerunt, hanc mortis memoriam eſſe frænum ſenſus, lumen mentis, rationis regulam, donum cœleſte, ſemitam vitæ, contemptum Mundi, deſiderium æternorum ac cœleſtium bonorum. Verum ad ſententias Sanctorum Patrum in particulari deſcendamus.

Sanctus Baſilius, loquendo de memoria mortis, ait eam eſſe neceſſariam *vt leuamen vitæ*, nimirum miſeriæ præſentis vitæ.

S. Auguſtinus determinat eam eſſe remedium contra omnia mala, nec quicquàm vtilius eſſe ipſâ medi-

tatione tranſitus noſtri ex hac vita: Nihil eſt nobis lubrius, quàm cogitare, quando erimus de hoc ſæ[culo] tranſituri. Deindè cum verè beatum pronunciat, [qui] ſemper mortem contemplatur, & ad mortem [ſem]per diſpoſitus eſt: *Ille eſt beatus, qui ſemper Mortem [ha]bet ante oculos, & feſtinat in hora mortis paratus inueni[ri]. Et ille fœlix eſſe comprobatur, qui cogitat de ſuppl[icio] ante ſupplicium, vt poſtea ſupplicii effugiat periculum.*

*S. Aug. in Pſal.*
*De vanit. ſæculi.*
*In ſpeculo peccatoris.*

S. Gregorius Nazianzenus dicit: *Nihil Mortis me[ditatione] ditatione vtilius.*

*S. Hiern. Epiſt. 5. ad Paulin.*

S. Hieronymus: *Facilè contemnit omnia, qui [ſem]per cogitat ſe eſſe moriturum: memento mortis tuæ, & [non] peccabis. Ideò ſemper exſpectare debemus Patremfam[ili]as venientem, & diem formidare Iudicii.* Et optim[um] idem S. Doctor ſuggerit remedium, vt omnia iterè[n]que agamus, dicens: *Quidquid facies, reſpice mortem*.

*S. Greg. lib. 13. moral. c. 10. tom. 2.*

S. Gregorius Magnus: *Qui moriturum ſe non ignorat [...] penè mortem ſe conſiderat*, & Mundo, & ſibiipſi, cum [vi]ta noſtra nil aliud ſit, quàm *prolixitas mortis*. Qua[re] benè notat S. Auguſtinus, *non moriemur, ſed morimur, quia ſemper deſumitur aliquid de vita.*

*S. Bern. de conſiderat. Mortis. gradu 9.*

S. Bernardus affirmat, meditatione Mortis pro[pul]ſari ſpiritum tepidum & puſillanimem, quare conſu[lit]: *Cùm tædio afficeris, ſuper lapidem, ſuper quem lauantur cadauera, te meditando compone.* Idem planè doc[u]mentum de memoria Mortis ſuggeſſit præfatus S. Do[]ctor ſcribendo Eugenio ſummo Pontifici: *Iugi medita[]tione inter huius præſentis gloriæ blandimenta memor[are] nouiſſima tua: quia quibus ſucceſſiſti in Sedem, ipſos [ſine] dubio ſequeris ad mortem.*

*S. Bern. ep. 233.*

*S. Amb. in Hexam.*

S. Ambroſius docet, memoriam mortis tollere ſen[ſum] & affectum à creaturis: *quia nudi omnes naſcimur, [nudi] morimur.*

*S. Chryſt. in c. 10. Matth.*

S. Chryſoſtomus ait cogitandum eſſe de morte [ne]ceſſariâ; at virtute mediante eandem faciendam eſſe [vo]luntariam. *Fiat voluntarium, quod futurum eſt neceſ[]ſarium: offeramus Deo pro munere, quod tenemur redde[]re pro debito.*

S. Anſelmus affirmat, continuam mortis memo[]riam cauſare, nè mors ex improuiſo veniat: *Non enim* [...]

*ſubitò moriuntur, qui ſemper cogitant ſe morituros.*

Sene. ep. 12.

Hoc idem, quod ex SS. Patribus docuimus & adduximus; Gentiles cuiusdam authoritate confirmari poſſet.

Seneca ait: *Sic formandus animus, tanquàm ad extremum ventum ſit. Et omnis dies, velut vltimus, ordinandus.* Rationem ſubiungit: *Quia venientem nemo hilaris mortem recipit, niſi qui ad illam diu ſe compoſuerit.* Idem alibi ſuggerit pro conſilio: *Meditare mortem: qui hoc facit, meditari libertatem iubet, qui mori didicit, ſeruire dedicit.*

Idem ep. 16:

Celebris quoque illius Sapientis ſententia eſt, qui poſtulatus in morte, vt ſuis valedictionis loco relinqueret aliquod monitum, chartæ inſcripſit duas litteras, duo, O, quibus ſignificare voluit duos circulos à quolibet conficiendos: *Terra ad terram, ſpiritus ad ſpiritum,* nempè, corpus ad terram & animam ad Deum reverti debere: *& vtriuſq; memoriam ſemper retinendam.*

S. Thereſ.

Capiti huic finem imponam conſilio à Christo dato S. Thereſiæ, & per ipſam Sororibus ſuis: *Vt ſingulis diebus, tàm feſtiuis, quàm ferialibus, veſpere ſuper ſepulturam communem de propria Morte cogitaret.* Eandem Veritatem demonſtremus exemplis.

## *Exempla.*

## Caput III.

S. Antonin in Hiſtor.

PRimum de S. Syluestro Congregationis Sylveſtrinorum Fundatore referunt, quod, cum adhuc eſſet iuuenis, viſo homine mortuo compunctus omninò tali in vanitatem mundanam exardere cœperit odio, vt in hæc proruperit verba: *En ego ſum, quod hic fuit, & breui ero, quod hic eſt.* Hocque ductus motiuo deſerit Mundum, & Religionem ingreſſus ſanctiſſimam dixit vitam.

Climac. grad. 6.

Secundum. Refert Climacus cuiusdam Religioſi celebrem caſum, qui reſcitatus omnes è cubiculo dimiſerat, & per duodecim annos continuos nil aliud fecerat,

rat, quàm meditari res viſas. *In extaſi ſtupens, &* [...]
*das lachrymas ſine ſtrepitu fundendo.* Et rursùm m[...]
turus ſub finem vitæ nonniſi hæc protulit verba: *In*[...]
*gete mihi, nemo memoriam mortis habens poterit aliqu*[...]
*do peccare.*

*In vitis P. P. Præd.* Tertium. Memorabile quoque eſt exemp[...]
alterius cuiusdam Adoleſcentis, qui cùm in Eccl[...]
audiret legi ex ſacra Scriptura caput illud: *Vixit A*[...]
*annos nongentos triginta. & mortuus eſt: Seth non*[...]
*tos duodecim, & mortuus eſt: Enos nongentos, & m*[...]
*tuus eſt.* &c. ſummoperè obſtupuit, & ſimul comp[...]
ctus dixit: *Hi tantùm vixerunt, & mortui ſunt, nos q*[...]
*que moriemur.* Quo victus motiuo, mundo re[...]
ciauit, ac religionem, in qua ſanctè vixit, pièque o[...]
ingreſſus eſt.

*Cæſar. lib. 4. c. 4.* Quartum. Eodem medio memoriæ mortis An[...]
lus Domini priſtinæ ſanitati reſtituit quendam Reli[...]
ſum nomine Liſſardum, egreſſu Religionis valdè te[...]
tum. Comparebat ei Angelus, cumque ad cœm[...]
rium mortuorum deducebat, apertoque ſepulchro[...]
dauer aliquod, teterrimum ſpirans odorem ac fœtor[...]
ei monſtrabat, dicens: *Vides hominem hunc? tali*[...]
*eris: quò vis ire?* vndè ille horrendo hoc deterritu[...]
ſpectaculo, Diuinaque illuminatus Gratiâ, ab omni [...]
tatione ſubitò liber euaſit.

*Serm. vlt. de temp.* Quintū. Scribit Diſcipulus in ſuis ſermonibus, q[...]
poſtquàm perſona aliqua nobili proſapia oriunda m[...]
tua ac ſepulta fuiſſet in quadam Eccleſia, poſt pauco[...]
dè dies, occaſione conſecrandæ illius Eccleſiæ ſe[...]
chrum illud apertum fuerit. Acceſſit filius defun[...]
perſonæ viſum parentis cadauer, vidit totum marcid[...]
adeò deforme & vermibus vndique oppletum, v[...]
attonitus hæſerit, & hæc in verba proruperit: *Q*[...]
*vana ſunt huius Mundi diuitiæ & honores!* Motus [...]
viſu præſentis parentis ſui cadaueris, tùm mem[...]
propriæ mortis futuræ, rediit illicò domum, ac om[...]
deſerens, cunctisque valedicens pauperem ſibi c[...]
Christo & propter Chriſtum delegit vitam, fung[...]
carbonarii officio, quo victum ſibi compararet. E[...]
hum[...]

humilitatis munere talem ac tantam attigit perfectionem, vt Deus ipſâ mortis eius hora miraculoſo campanarum totius vrbis Romæ pulſu eandem manifeſtare voluerit.

Sextum. Refert idem Author de quodam Mercatore, qui, cùm ſyluam pertranſieret, reperit quendam Eremitam tugurio ſuo incluſum, quem interrogauit, quænam eſſet vita eius, & quid ibidem ageret; cui ille *Diſco mori.* Rursùm interrogauit eum Mercator, quomodo mortis meditatione addiſceret benè mori; Reſpondit ille: hac meditatione obſeruatur præceptum Dei, quod eſt *Declinare à malo, & facere bonum.* Mercatur corde contritus, ac hiſce verbis à Deo illuminatus, vt rediit domum, deſeruit mercaturam, & totum ſe dedit vitæ abſtractæ & ſpirituali. *Serm. 116.* *Pſal. 36.*

Septimum. Legitur de quodam adoleſcente valdè diſſoluto, qui fugiebat omnis generis pœnitentias, & eam quoque à Confeſſario ſibi impoſitam, ſi quandoque confitebatur. Tandem Confeſſarius, quia nullum aliud ſibi occurrebat remedium, reſoluit ſe hanc ei iniungere pœnitentiam, vt vnicâ ſolâ vice meditaretur mortem cum hiſce tamen circumſtantiis: quadrante vnius horæ circiter lecto ſe committens ſupinus in eodem iacere deberet quaſi mortuus, brachiis in formam crucis compoſitis, candelâ benedictâ capiti, pectori verò crucifixo quodam appoſito. Obediuit pœnitens, pœnitentiam impoſitam fœliciter perſoluit, & ad optatum perduxit effectum; ſubitò namque ſpiritu veræ contritionis & lachrymis vitam malè tranſactam deteſtatus fuit, ac ſpiritualem deinceps ſanctamque duxit vitam. *Specul. Exempl. tit. Mors. exemp. 28.*

Octauum. De Carolo V. Imperatore legitur, quod pro conſeruanda continuâ mortis memoriâ penes ſe habebat tumbam ſeu capulum, quo proprium cadauer condendum erat, & quocunque locorum ibat, cum ſecum deferebat tantâ diligentiâ; vt omnes ingentem eo recondi theſaurum exiſtimarint. Idquè eo fine faciebat, *vt perpetua Mortis cogitatio eximeret à corde vanum huius Mundi affectum.* *Iuſt. Lipſ. de monitis lib. 2. c. 14.*

Nonum

*Idem Lipſ.* Nonum. Eundem deuotionis actum exercebat [Ma]ximilianus primus Imperator, eius Auus, ſuum p[er]ſecùm deferens capulum, vt eius intuitu perpe[tuò] conſeruaret mortis memoriam: & audire ſe videb[at] capulum ſe monentem ac dicentem: *Cogita morti[s] te dilatas & extendis? quem tot Prouinciæ & Regn[a] non capiunt, loculus iſte capiet.*

*In eius vit.* Decimum. De S. Chryſoſtomo legitur in vita[,] quod Mortem & Gehennam depingi fecit in ſuo [cubi]culo, vt ex iis continuam hauriret meditandi mate[riam].

Eadem mortis meditatio continua erat apu[d] Franciſsum Borgiam, & in particulari vigintiqu[inque] vicibus de die cogitabat de morte, vt eorum inſcrib[eretur] numero, de quibus ait Apoſtolus: *Vos mortui* [estis]. *Coloſ 3.* Et hæc de memoria mortis, vtpotè, vtili & neceſſ[ariæ] bonæ præparetioni ad eandem mortem.

## *De deſiderio Mortis.*

## CAPUT IV.

DUobus modis exerceri poteſt memoria mortis, [vel] via timoris, aut via deſiderii: quia poteſt [ali]piam recordari mortis, aut quia timet eam, vel quia ea[n]dem deſiderat. Hoc deſiderium nõ eſt ſemper bonum [&] ſanctum, niſi quando bonum ac ſanctum habet m[oti]uum: quia ſi quis ſolùm mori deſideret, vt eximatur vitæ præſentis miſeriis; hoc deſiderium, vtpotè [pro]latum à proprio amore, bonum non eſt; at ſi deſider[at] mortem, vt fugiat offenſam Dei, vel ut magis De[o] vniat, hic affectus, vtpotè ab amore Dei excitatus, [de]ſiderium ſanctum & meritorium eſt, De hoc igitu[r de]ſiderio loquimur, quod eſt deſiderium perfectum, [quod] & Sancti mirum in modum arſerunt: & hoc eſt vnire [de]ſiderium mortis cum exercitio mortificationis, ha[ben]do continuam mortificationem in vſu, & mortem in [de]ſiderio: quemadmodum de S. Paulo Apoſtolo diſſer[it] Chryſoſtomus, dicens: *Semetipſum Deo per ſingula[...]*

*S. Chryſ. de laud. Paul.*

*tas immolabat*: idque duobus modis: primò, *Mortificationem ſine intermiſſione conferendo* propter Amorem Chriſti Secundò, *Ad pericula & ad mortem ſe iugitur præparando* propter Chriſti Gloriam. Ut in nobis huiuſmodi deſiderium ſanctum, quod eſt ſummæ perfectionis, excitetur, agemus de motiuis, quæ ad illud nos inducunt, nobisque perſuadent, vt non ſolùm non debeamus timere mortem, tanquàm rem malam; verùm etiam eandem, vtpotè, rem bonam, omnisque boni principium deſiderare. Aſt primò ante omnia aduertendum, & tanquàm certum ſupponendum eſt, quod, vt huiuſmodi percipiatur deſiderium, amouendum ſit impedimentum & obſtaculum, quod eſt peccatum: ſiquidem Mors ex ſe indifferens eſt, & eſt bona aut mala iuxta bonam aut malam vitam. Enimuerò, vt docet S. Ambroſius, dantur tres ſpecies Mortis. Prima eſt mors peccati, quando anima eſt in ſtatu peccati, & hæc eſt mala. Secunda eſt mors ipſi peccato, & eſt quando moritur peccato: & hæc eſt bona. Tertia eſt mors corporalis, quæ eſt ſeparatio quædam animæ à corpore, & hæc eſt indifferens, *bona bonis, & mala malis.* Quapropter anima, quæ eſt in ſtatu peccati, & apprehendit mortem, non vt malam duntaxat; ſed etiam vt peſſimam (*mors peccatorum peſſima*) haud poteſt eam amare & deſiderare. imò facere nequit, quin eam odio habeat ac timeat. E contrà verò, qui eſt in Gratia Dei conſtitutus, neque peccati alicuius ſibi conſcius eſt, & tempore vitæ ſuæ in beneplacito Diuino ambulare ſatagit, conformando ſeſe ſanctiſſimæ eius voluntati: & ex alio capite cognoſcit (quantùm atteſtatur ſacra ſcriptura, & prout tradunt & docent SS. Patres, ac rationes etiam, vti mox videbimus, demonſtrant) quod deſiderium ex motiuo ſupernaturali & Diuino proueniens, ſit valdè acceptum & gratum Deo, actusque virtutis admodùm heroicæ & ſummi meriti: conſiderando mortem non poteſt non amare eam, & amando mortem non poteſt non deſiderare eam, & ſingulis diebus, imò ſingulis horis & momentis non poteſt non in ſeipſo excitare tàm ſanctum deſiderium: ſeipſum offerendo Deo veluti hoſtiam viuentem in holocauſtum & ſacrificium mortificatio-

*S. Ambroſ. de Bono mortis. c. 1.*

*Pſal. 33.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cationis & mortis: exercendo vnam & deſideran-
ram: *conſummando vſu mortificationem, voluntar-*
*tyrium* per quamcunque mortem, ſiue ſit violen-
naturalis. Verùm deſcendamus ad motiua pro-
rio mortis.

*S. Cypr. de Mortal.* *S. Ambr. de Bono Mortis.*

Hæc motiua, quemadmodum docent SS.
Cyprianus & Ambroſius, ad duo principalio ra-
cuntur, & ſunt: *Priuatio mali & Poſſeſſi-*
quia interuentu Mortis anima eripitur liberatu-
infinitis malis, infinitorumque bonorum attingi-
tinet poſſeſſionem.

Et vt exordiamur à primo motiuo, hoc ſub-
tinet ſeptem capita.

Primum. Deſideranda eſt mors, quia libera-
lis pœnæ. Tot ſunt pœnæ ac miſeriæ præſentis vitæ
intrinſecæ, vt ſunt infirmitates, ſollicitudines,
tiones: tùm extrinſecæ, quales ſunt peruerſi-
nequitiæ hominum, temporis mutationes & viciſſi-
nes, adeò, vt vita præſens potiùs ſit dicenda mors,
vita, & Mors comparatione talis vitæ remed-
refrigerium potiùs, quàm mors æſtimanda ſit,
dictum D. Ambroſii: *Tantis malis hæc vita re-*
*vt comparatione eius Mors remedium putet-*
Quamobrem vita præſens, non mors duntaxat,
etiam Mors oblonga & prolixa nuncupatur à D. Gre-
rio, cum ait: *Vita eſt prolixitas mortis.* Et ſanctus
guſtinus adiungit, quod, quamdiù ſumus in præ-
vita, *non ſumus in vita, ſed in morte, quia iam mo-*
*cui vita detrahitur*, & ſemper viuendo pars vitæ
titur, vti ſuprà oſtenſum fuit. Vndè infert Philoſo-
moralis: *Vltima hora, quâ eſſe deſinimus, non ſola*
*tem facit, ſed ſola conſummat*: & benè inquit,
mam horam vitæ noſtræ non eſſe ſolam, quæ
mortem inferat, quia omnes & ſingulæ horæ
pſæ cū tempore toto præcedenti concurrerunt ad
dem finem; vndè cùm ea ſola morti imponat fi-
potiùs finis mortis, quàm vitæ, dici poteſt: quem-
modum vltima guttula, quæ cauat lapidem, non
cauat, ſed ſola finem cauationi imponit.

Sec

Secundum caput, ratione cuius mors deſiderari debeat, eſt, quia nos liberat à peccatis, & à peccandi periculis; quia, quamdiu hanc mortalem vitam agimus, ſemper peccatis venialibus & periculis mortalium ſubiecti ſumus. Undè mors à Diuo Ambroſio dicitur *ſepultura vitiorum*, quia cum Morte ceſſat omne peccatum, daturque finis offenſis Dei. Hoc motiuum efficaciſſimum eſt pro deſiderio mortis: quia qui deſiderat finem, debet quoque deſiderare media: quilibet verò homo Chriſtianus deſiderare debet fugam omnis offenſæ Dei, etiam minimæ; ergò debet deſiderare mortem, quæ ad iſtum finem medium valdè efficax eſt: deſiderare vnam mortem, vt effugiat aliam: deſiderare mortem corporis, vt euitetur mors animæ, quæ ſola mortis nomen meretur, & verè talis eſt. Ad quod alludendo dixit S. Gregorius Nazianzenus: *Vna Mors peccatorum, quia interitus animæ. Mors verò corporis nomine potius, quàm re; formidabilis*, ac proptereà minimè timenda eſt.

Tertium. Aliud malum, à quo mors nos eripit & liberat, eſt inordinatio paſſionum, *quibuscum*, vt loquitur D. Auguſtinus, *eſt aſſidua & moleſta* nobis *luctatio*: quia cùm vnus inimicus proſternitur & ſuperatur, reſurgit alter, & impugnat: *Si auaritia proſtrata eſt, exurgit libido; ſi libido compreſſa, ſuccedit ambitio: ſi ambitio contempta eſt, exaſperat ira, inflat ſuperbia*. adeóque ſemper dimicandum & decertandum eſt, & victoria obtentu difficilis, periculum ſuccumbendi & perdendi magnum, ac damnum, quod timetur, inæſtimabile eſt. Irregularatum ac inordinatatum harum paſſionū finis eſt, vt animam proſternant, à proprio eius ſtatu ſemoueant, ad terram inclinent, & beſtiis planè ſimilem efficiant. Quis igitur lubenter morabitur in præſenti vitâ vndequaque à tàm moleſtis & intrinſecis paſſionum hoſtibus impugnata?

*S. Aug. contra duos Epiſ. Pelag. lib. 4. to. 7.*

Quartum. Mors inſuper liberat nos à poteſtate Dæmonis. In pœnam peccati Adæ permittit Deus, vt Dæmon nos tentet, & in nos habeat poteſtatem, non iam *coactiuam*, ſed ſolùm *perſuaſiuam*. Mortis interuentu tollitur à Dæmone hoc dominium, eiusque manibus ſurripiuntur arma,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæ ſunt noſtra caro, inordinatæque paſſiones, qu
nes vnà cum Morte deficiunt & intereunt. Con
*S. Aug. l. c.* turus ſeruitutem adeò miſeram *delectabiturne h*
*Diaboli laqueos diù ſtare? Sed magis concupiſcend*
*optandum ad Chriſtum ſubuenientem velociùs Mor*
*parare.*

Quintum. Aliud adhuc beneficium Mor
nobis, dùm nos pondere & grauedine corporis
Quis explicare poterit, quàm ærumnoſa ac mo
*S. Greg. lib. 19. moral. c. 5.* hæc ſocietas carnis & animæ? *Spiritus leuat, car*
*uat: ſpiritus trahit, caro retrahit*; & inter ho
contrarios anima ſuſtinet pœnas & afflictione
Mortis. Quis effreni inſidens equo non anhela
ſcendere in terram, ac tantum effugere peri
Equus effrenis, qui flocci pendit frenum ration
corpus noſtrum: à quo mediante morte liber
Quamobrem ſanctus Idiota titulum valdè app
attribuit morti, cùm eam deſcribit hunc in modu
*Idiota l. 5. de Mor.* *de equo furioſo deſcenſio*, qui nos ferebat in præcip

Sextum. Mors prætereà deſideranda eſt, q
ex fraudibus & fallaciis Mundi educit: ex Mund
quàm ex Schola errorum, ſcenâ fraudium, thea
quitatis: vbi regnat ſimulatio, falſitas, impieta
adorantur tria iſta Idola: Idolum auri: Idolum
ptatis, Idolum honoris. Quapropter beatus ille
Morte interueniente deſerit Mundum! Quia Mu
*S. Aug.* *eſt domus peccatorum*, ait D. Auguſtinus. Quia Mu
*S. Chryſoſt. to. 2. Hom. 30.* *eſt domus Diaboli*, affirmat D. Chryſoſtomus, *ſi fu*
*Mundo Diaboli, eris in Mundo Dei.* Nam *Mundu*
*Ioan. ep. 1. c. 2.* *& concupiſcentia eius*, aſſerit S. Apoſtolus Joanne
terit, volat, euaneſcit: eſt ſomnus, ventus, vmbra.

Septimum. Vltimum malum, à quo nos li
Mors, & omnium maximum eſt timor æternæ da
tionis. *Per bonam mortem*, aſſerit ſanctus Idiota
*Idiota l. c.* *mutat homo timorem in ſecuritatem.* Fœlix comm
tio, ſingulare beneficium eſt, quod nobis confer
per Mortem. Tollit à corde noſtro illud dubiu
lum timorem, illam ſollicitudinem, illam anxieta
*Quis ſcit? Quid erit de me? Quò ibo? qualis eri*
*mea? vtri numero, prædeſtinatorumne, an reprob*

*inſ*

*inferni*? Hæc conſideratio & recogitatio eſt, quæ torquet & cruciat omnem animam, etiam iuſtam & ſanctam; neſcire finem obtinendum: locum, quo tendendum: æternitatem attingendam: an ſit futura miſera, vel beata; malis omnibus repleta, vel bonis omnibus referta. Ab hac grauiſſima cruce nonniſi Mors ipſamet nos liberare & exonerare poteſt: quare non fugienda, ſed deſideranda eſt, promptâque, quandocunque venerit, amplexanda voluntate. Hæc de malis, à quibus beneficio mortis exempti ſumus, dicta ſufficiant. Jam de bonis, quæ ipſamet Mors nobis confert, diſſeremus.

Primus fructus, primumque omnium, quæ Mors nobis exhibet, beneficium eſt, quod nobis ſuppeditet occaſionem exercendi actum virtutis digniſſimum, maximè heroicum, & generoriſſimum, qui poſſit eſſe: qualis eſt executio voluntatis Dei in re valdè difficili, arduâ, nobisque ſummè contrariâ, veluti eſt mori & priuare nos propriâ vitâ. Et quamuis Mors ſit neceſſaria; acceptatio tamen mortis, eiusque oblatio, quâ Deo offertur, voluntaria ſit, oportet, vt, nimirùm, iuxta doctrinam D. Auguſtini, moriamur *non ſolùm patienter, ſed etiam libenter* & liberè: *non neceſſitatis vinculo, ſed obſequio*, ſeu deſiderio *voluntatis*. Et ſi mihi daretur libera electio, mortem præferrem vitæ ob hoc ſolum motiuum; quia Deus ita vult, & talis eſt voluntas Dei, vt ego moriar, non coactè, ſed voluntariè & liberè. Alioquin *quomodo volumus à Deo cœleſtibus præmiis honorari, ſi ad Deum venimus inuiti*? Quarè, quandocunque anima præuidet, tempus adeſſe mortis ſuæ, ſeque à Deo vocari, promptiſſimè debet ei obuiam procedere, & dicere cum D. Auguſtino: *Nolo viuere, volo mori, cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*, quod idem eſt, ac ſi diceres: Ad hæc vſque tempora vixi, quia talis voluntas Dei; aſt cùm modò videam & experiar voluntatem Dei contrariam, Deumque omninò velle, vt ego moriar; nolo ampliùs viuere, nè quidem vnicâ horâ, vel vnico temporis memento diutiùs; ſed *volo mori* nunc, ſubitò, ſine dilatione: *ecce venio*: paratũ cor meũ, Deus, paratũ cor meũ, promptus ſum ad moriendũ, & bis promptus & ad mortẽ naturalẽ, & ad mortẽ violentam, prout placuerit Deo meo: modò

*S. Aug.*

*S. Cyprian. de Mortal.*

*S. Cypr. ib.*

*S. Aug.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſemper Deus glorificetur in me, *ſiue per mortem ſiue*
*vitam*. De Morte Chriſti affirmat Iſaias, eam non
*Iſa. 53.* ſe neceſſariam, ſed voluntariam & liberam: *Oblatus*
*quia ipſe voluit*. Et idem de ſeipſo atteſtatur ipſa
*Ioan. c. 10.* tas, Chriſtus Dominus in ſancto Joanne, quando d
*Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam*
*ipſo*, q. d. in mea libera poteſtate eſt viuere & mori
nunc liberè morior propter generis humani ſalu
quia liberè volo.

Huic Chriſti morti aſſimilanda & conformand
mors noſtra: & quanquàm aliundè ſit neceſſaria, t
men ex parte noſtrâ, *& in præparatione animi & a*
*fectu* debet eſſe voluntaria & libera. Quamobrem
non eſſet neceſſaria, & poſſem eam effugere; n
minùs, quia Deus vult, me mori, mortem & eg
go promptè & voluntariè. Hic eſt primus mortu
ctus, glorificare Deum in iis, quæ Deus veraciſſi
& omni fide digniſſimus dixit & aſſeruit. Si pe
quædam grauis & virtutib⁹ prædita tibi aliquid pr
teret: *haberes utique pollicenti fidem*. *Nunc Deu*
*cum loquitur, & tu mente incredulâ perfidus fluc*
Qui tibi pollicetur, tibique loquitur, eſt Deus, &
animo fluctuante dubitare ac ſuſpēſus hærere aud
*Deus de hoc Mundo recedenti tibi immortalitatem*
*æternitatē pollicetur, & tu dubitas*? non ei, vti oper
*S. Cypr. ubi ſup.* *adhibes fidē? Hoc eſt, Deum omninò non eſſe; hoc eſt, C*
*ſtum credentiū Dominum & Magiſtrum peccato incred*
*tatis offendere*, ac ſi perſona eſſet exiguæ fidei, & q
fide indignus. *Hoc eſt, in Eccleſia conſtitutum fid*
*domo fidei non habere*. Hucuſque S. Cyprianus. Sub
gite. Videt colorem oculus, ſonum percipit aud
palatum guſtat ſaporem, & de hiſce obiectis ne
mùm dubitatur, vt certa æſtimantur, & tamen ob
ſunt fallacia, quæ ſenſus fallere ac decipere poſſu
illud, quod videt oculus fidei illuminatus ab author
& infallibili veritate Dei, qui nec fallere, nec falli p
non tanquàm certum tenendum, ſed in dubium
vocandum eſt? Si certus ac ſecurus exiſtis de eo, q

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

propriis conſpicis oculis, quod tangis & palpas propriis manibus; multò magis & ſine comparatione certus & ſecurus eſſe debes de eo, quod Deus dicit: quia ſenſus nos decipere poſſunt; at non Deus. Vos igitur non timere, ſed deſiderare mortem? cogita & crede indubitatâ fide promiſſis Chriſti: conſidera, quod dixit in fine vitæ ſuæ, quando ſanctiſſima eius inſtabat Paſſio: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Vado parare vobis locum*, Paſſione meâ aperiam portam cœli. *Iterùm venio, & accipiam vos ad meipſum*, & conducam vos ad Gloriam, *vt vbi ſum ego, & vos ſitis.* Ioan. 14.

Confirmat eandem promiſſionem Chriſtus Dominus hiſce verbis: *Nunc quidem triſtitiam habetis*, nunc in præſenti vita tempus eſt patiendi; at non diu durabit: *iterùm autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum* gaudio æterno, *& gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.*

Pergit declarare æternæ Gloriæ magnitudinem & excellentiam, & quinam illi ſint, qui eam obtinebunt exponit: *Non pro eis* (puta Apoſtolis) *rogo tantùm; ſed & pro eis, qui crediturí ſunt per Verbum eorum in me: vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te: vt & ipſi in nobis vnum ſint.* Ioan. 17.

Et vt Saluator noſter ardens illud, quo flagrabat, demonſtraret deſiderium Gloriæ noſtræ, repetiit eandem orationem: *Pater*, inquit. *quos dediſti mihi, volo, vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum: vt videant charitatem meam* & gloriam non ſolùm Humanitatis, ſed etiam Diuinitatis meæ. Hiſce & ſimilibus promiſſis, quibus refertum eſt ſacrum Evangelium deſiderat Chriſtus corroborare fidem noſtram. Quapropter ſub ſermonis poſt cœnam initium nõ niſi hoc Diſcipulis ſuis reliquit documentum & monitum: *Credite in Deum, & in me credite*: quia credendo in Deum, creditis quoque in me, qui Deus idem ſum. Hac viuâ fide obtinebimus verum lumen, quo cognoſcamus verum bonum, & medium, per quod illud attingamus, quod eſt Mors ipſa. Undè meditatio mortis non ingeret nobis terrorem & timorem; ſed potiùs deſiderium & lætitiam. *loc. cit.* Ioan. 14.

Nihilominùs, cùm materia præſentis capit[illegible]
gnæ ſit vtilitatis & emolumenti: quia ex nimio pr[illegible]
vitæ amore; inordinatoque Mortis timore plurim[illegible]
ſcuntur mala; ſicuti à contrario contemptus vitæ
poralis & deſiderium mortis plurium bonorum[illegible]
*S. Chryſoſt. Hom.3.* eſt in vita ſpirituali (vndè meritò dixit S. Chryſoſto[illegible]
*Sicut miles*, qui vitam in prælio ſpernere debet, *m*[illegible]
*timens, nunquàm generosè ſe geret; ita Chriſtian*[illegible]
*miles eſt ſemper in conflictu conſtitutus.*) Suppoſi[illegible]
ritatis huius neceſſitate progrediamur ad modum,
hoc mortis deſiderium exercendum ſit, qui conſi[illegible]
tribus punctis.

Primum erit, perſuadere nobis, in noſtra eſſe [illegible]
ſtate, vt (Diuinâ opitulante Gratiâ) mortem bo[illegible]
malâ vita nobis reddamus dulcem & amaram. Pro[illegible]
reà à ſancto Joanne in Apocalypſi viſus fuit equus,
Mors inſidebat, *viridis & pallidus* (iuxta varias lec[illegible]
nes) viridis, ratione lætitiæ & ſpei, quam indè con[illegible]
ent boni: pallidus, ratione triſtitiæ & timoris, q[illegible]
concipient mali. Undè *Times mortem?* ecce rem[illegible]
um: *ama vitam.* Quia amor veræ vitæ, quæ eſt D[illegible]
dulcem reddat mortem.

Secundum eſt, obſeruare conſilium Chriſti: [illegible]
*non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meu*[illegible]
*diſcipulus*, renunciando & mortificando in nobis om[illegible]
affectus carnis & Mundi, omnemque inordinatum [illegible]
tæ amorem; conſeruando animam quaſi ſeparatam
corpore, & vnitam cum eo ſolo, veluti inſtrumento [illegible]
quod ei conducit ad finem gloriæ & ſeruitutis Dei.
*bona Mors mortem contemnens! Bona mors, vitam*[illegible]
*ferens ſempiternam!* O bona mors, quâ & tibi ip[illegible]
Mundo moreris! huius enim beneficio ſpernes m[illegible]
tem corporis, & vitam ſempiternam obtinebis.

Rationem reddit idem Sanctus: quia qui mort[illegible]
eſt, redditur inſenſibilis, vndè timere non poteſt a[illegible]
mortem. Quemadmodum videmus in SS. Martyribu[illegible]
qui cùm primò mortui eſſent Mundo, peccato, & [illegible]
ipſis, flocci pendebant mortem, & quaſi inſenſibiles
ſe efficiebant ad perferenda tormenta.

Tertium eſt, *Viuere in dies & horas*, ac ſi omnib[illegible]

ràmo

rā mori deberemus, offerentes nos Chriſto per mortem, ſiue naturalem, ſiue violentam in ſacrificium holocauſti: frequenter recitantes has aut ſimiles preces iaculatorias; *Ecce me, Domine, quid me vis facere?* Ecce me promptum modò ad mortem, & hoc quidem temporis momento, ſi ita tuæ placet Diuinæ Maieſtati. *Volo ſpoliari, nolo ſuperueſtiri*, eâ deponens fœlicitate hoc corpus, quâ me exuerem quodam veſtimento. *Pro Chriſto ſanctifico* (*id eſt ſacrifico*) *meipſum*. Chriſto me offero in ſacrificium io morte, ſicut Chriſtus obtulit ſeipſum pro me. *Nolo viuere, volo mori, cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*: nō deſidero in hoc infœlici exilio prolongationem vitę: deſidero eſſe cum Chriſto: & perſiſtendo in corpore Chriſti, gaudebo ſpiritu Chriſti, qui eſt Diuinitas Chriſti. *Meſtuus mortem contemnit*, nec timet mortem: & ego ſum mortuus Mundo & Dæmoni, & ſolum Chriſto meo viuo: *Non mea, Domine, ſed tua voluntas fiat*: ſi vis, O Domine, vt nunc ego moriar, hoc in loco, hoc tempore, in hac præparatione, cum hac diſpoſitione, fiat voluntas tua: idem & ego volo, ac proteſtor, quod nec vnico momento diutiùs viuere cupiam in hac vita, *Diſcip.*
& intendo mori, veluti dicebat ſeruus tuus, *fideliter, confidenter, amicabiliter, & lætanter*: credendo, ſperando, amando, & iubilando in Deo meo. *exemp. 5.* Apprehendes igitur mortem, quaſi rem pretioſam, in perſona Chriſti conſecratam: quaſi rem Diuinam, annulo ſanctiſſimæ voluntatis eius deſignatam: tanquàm maximum, quod Deo offerre poteris, donum. Undè dices cum Hieronymo: *Abiicite veſtimenta luctus & triſtitia, pſalmum dicite nomine Domini: quoniam hucuſq; tranſiui per ignem & aquam: & ecce nunc inducit me in refrigerium. Terreſtris domus diſſoluitur, & alia ſuccedit non manu facta, ſed æterna in cœlo.* Ex domo huius mortalis corporis tranſitum facio ad aliud, habitaculum longè melius, non opera humana, ſed virtute Spiritus ſancti in cœlo factum. *Hucuſq; peregrinatus ſum*, *iam*, vt peregrinus, *redeo ad Patriam. Ecce brauium cupio, pro quo in agone cucurri: ecce portā attingo, quē tantò deſideraui deſiderio. Venē igitur* mors mea quaſi *ſoror mea, ſponſa mea, amica mea, dilecta mea: aperi mihi ianuas vitæ*: *exſpolia me iſtâ mor-*

*Euſeb. Epiſ. ad Damaſ. de mort. S. Hieron.*

*tali tunicâ, vt induam me veſtimentis lætitiæ : accip*
*filium famelicum, & redde me Patri meo* : redde me
tri meæ Mariæ : redde me Patriæ meæ , meo patri
nio , meæ hæreditati , theſauro meo , Deo meo,
Amori , meo Jeſu : redde me veræ vitæ meæ , quæ
mare & laudare Deum in æternum. Hæc de deſid
mortis. Jam nonnulla de huiuſmodi deſiderio
centur exempla Sanctorum.

## *Exempla.*

## Cap. V.

PRimum accipiendum eſt à Sancto Sanctorum
pite noſtro Chriſto Domino. Qui ſicut magno
ſiderio *ſitiebat* ſalutem noſtram ; ita quoque vehem
cupiditate & voluntate currebat ad mortem, tanq
ad medium Redemptionis noſtræ. Undè , vt hoc de
Luc. 12. taret deſiderium, de ſeipſo dicebat : *Baptiſmo habe*
*ptizari , & quomodo coarctor, vſq; dùm perficiatur*
baptiſmum mortis meę ſuſcepturus magno affligor
ciatu, videns Paſſionem meam differri & tardari.

Secundum. Sanctiſſima Virgo , ſicut in amore
longè ſuperabat omnes Sanctos ; ita omnes quoque
cedebat in deſiderio videndi Deum mortis interue
Et tantum excreuit hic ſanctus effectus in Matre D
Alb. Mag. de B.V. c. 172. iuxta teſtimonium Alberti Magni , fuerit cauſa m
ſuæ. *Quia poteſt tantùm intendi inclinatio ſurſ*
*quod ſuperetur ab inclinatione deorsùm*. id eſt, tan
anima actuari poteſt in deſiderio Dei , vt deficiant
poſitiones vitæ & actuationi corporis neceſſariæ.

Tertium. Sancti Apoſtoli in eodem viuebant d
In vita. S. And. derio. Sanctus Andreas mortem crucis nuncup
theſaurum ſuum & deſiderium : *Salue crux pr*
*diu deſiderata , & concupiſcenti animo præparata.* S
ctus Petrus continuò lachrymabatur , & cauſam
rogantibus reſpondit : Deſiderio *Domini* , deſideri
dendi Dominum & Magiſtrum meum. Sanctus J
nea

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nes ſub finem ſuæ Apocalypſis inſtantiſſimè petiit à *Apoc.2.vlt.*
Chriſto, vt veniret ac intereſſet Morti ſuæ, ob magnum, quo ardebat, deſiderium migrandi è corporis huius ergaſtulo: *Veni, Domine Ieſu.* Sanctus Paulus Apoſtolus dicebat: *Deſiderium habeo diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Et ſic de aliis. *Philip.1.*

Quartum: Sanctus Baſilius deſiderabat mortem, *vt exilii terminum, & tranſitum ad Patriam.* Undè Tyranno, qui ei minabatur relegationem in exilium, reſpondit: *Tota terra eſt mihi exilium, & vnam agnoſco Patriam Paradiſi.* *Hom.28.*

Quintum. S Chryſoſtomus dicebat: Non timeo eos, qui mihi minantur mortem: *quia qui me occidunt, ad vitam promouent: & moriendo non morior, quia vitam habeo in meipſo*, nempè animam, quæ non moritur cum corpore. *S. Chryſoſt.*

Sextum. S.Cyprianus reſpondebat Tyranno: *Ego Deum meum adoro, ad quem totâ mentis auiditate feſtino*, nec aliud mihi deſiderium eſt, quàm vt mortis beneficio videam Deum meum. Et lictori ſuo, tanquàm ſuo benefactori, iuſſit dari viginti ſcuta. *S.Cypr.*

Septimum. S.Ignatius Martyr tàm ardente moriendi pro Chriſto flagrabat deſiderio, vt dilaniari à beſtiis ſuas nuncuparit delicias: *vtinam fruar beſtiis, quæ mihi paratæ ſunt! Viuus ſcribo vobis, deſiderans mori pro Chriſto. Ignis, crux, beſtiæ, & tota tormenta Diaboli in me veniant: tantum vt Chriſto fruar.* *Ep.12.ad Roman.*

Octauum. S.Ignatius confeſſor valdè anhelabat ad exitum de carcere corporis, non ſolùm vt frueretur beatâ Dei viſione; verùm etiam viſione humanitatis Chriſti. Et in meditatione mortis *præ lætitia à lachrymis temperare non poterat.* Demùm ſub finem vitæ ſuæ *deſiderio languens volandi ad Chriſtum, petiit à Domino, vt educeret de cuſtodia animam ſuam*, quod & obtinuit. *Maff in vita S.Ign. Loiola.*

Nonum. S.Columbano infirmo, & febri correpto dictum fuerat, quod virtute precum, quas Abbas eius ad Deum fundebat, ex hac vita migrare & mori non poſſet. Rogauit propterea Abbatem, vt ab huiuſmodi precibus deſiſteret, & ſuo deſiderio moriendi annueret; *Marcus Marul.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ret: quod interuentu mortis ſuæ ad meliorem fo
remque vitam tranſlatum iri pro certo ſperet. E
ipſum conſecutus eſt.

*Idem.* Decimum. S. Praxedis poſtquam deſiderio alt
vitæ omnia ſua pauperibus erogaſſet, exorauit Deu
eam ex præſenti euocaret ad æternam & cœleſtem
tam, & ſicut petiit, ita factum eſt.

Vndecimum. S. Germanus Epiſcopus Pariſi
non de morte ſua cogitabat duntaxat, & ad eam
moperè anhelabat; verùm etiam Diuina imbutus
latione diem & horam illius nouerat. Vndè lecto
inſcripta habebat hæc verba: *Vigeſimo Maii*, quo
verborum ſignificationem nullus vnquàm ſcire po
niſi interuentu mortis eius, quæ eodem ſucceſſit d

Duodecimum. S. Bernardinus eodem ardebat
*S. Bern. to. 2. ſerm. 62. c. 24.* derio: præſertim verò, vt præſens intueretur Domi
& Matrem ſuam, ſanctiſſimam Virginem. Præterea
cere ſolebat, quod *tria ad hoc deſiderium inflamm
conſideratio inimicorum, periculorum, & gaudiorum*
mortis namque beneficio non ſolùm eripimur ab om
bus malis præſentibus; verùm etiam illius deſid
magnam concipimus ſpem bonorum cœleſtium
tera vita.

## *Memoria Iudicii particularis.*

# Caput VI.

INter omnia obiecta terribilia & formidabilia, quæ
quàm intellectus creatus ſibi imaginari & cõſider
poſſit, horribiliſſimum eſt illud Judicium particu
quod in morte cuiuslibet hominis inſtituitur. Sig
dèm tunc actiones humanæ examini & iudicio Di
ſubiiciuntur: comparet Diuina Juſtitia, & quaſi la
Diuina Miſericordia: Cœlum, Terra, Angeli, Dæmo
currũt ad arma, & quaſi contendunt de poſſeſſione a
mæ. Tunc totum tempus vitæ noſtræ reſtringitur
vnicum ſolum momentum, vnicum tantum ſupereſt
ſta

ſtans, & hoc etiam euaneſcit vnico momento: & tamen ab iſto momento dependet totum eſſe æternæ noſtræ fœlicitatis. O miſeriam! Quapropter Dominus Deus, noſtram deſiderans ſalutem, præcipit Apoſtolis, vt prædicarent omnibus gentibus, nec alia eſſet prædicationis materia, quàm de Judicio, tàm vniuerſali, quàm particulari; *Præcepit nobis prædicare populo, quia ipſe eſt Iudex viuorum & mortuorum.* Actor. 10. Cùm S. Paulus Athenis quam vice prædicaret, Felix Præſes audiens Apoſtoli ſermonem totus à capite ad plantam pedis vſque tremere cœpit: Act. 24. *Diſputante Paulo de Iudicio futuro tremefactus eſt Felix.* Et ſanè quis poterit non terreri in conſideratione duorum horum terminorum adeò à ſe inuicem diſſitorum, inter ſe differentium, & quaſi contrariorũ: *Iudiciũ Diuinum, Actio humana?* Enimuerò Judiciũ Diuinũ idem eſt, quod ſumma rectitudo, ſumma iuſtitia, ſumma puritas: è contra v. Actio humana ſignificat actionẽ ex ſeipſa imperfectam, per eſſentiã defectibilem, & quæ ſemper ex natura ſua inclinat ad peius. Et tamen D. Auguſtinus loquens Domino, ait: *Hæc obliquitas mea debet tuæ rectitudini adæquari*; vita mea malè regulata tuæ conformari debet; actiones meæ malè compoſitæ, malè ordinatæ regulatiſſimi ordinatiſſimique Judicii tui obiectum eſſe debent. Hæc infinita diſtantia inter hominem & Deum, inter actiones noſtras & Judicium Dei eſt fundamentum alterius timoris. Et de hoc, veluti materia ad bonam mortem valdè vtili, modò tractabimus; tria conſiderantes puncta, à quibus terror & horror Judicii planè dependet. Primum de Judicis perſona, quæ eſt Deus. Secundum de tempore Judicii, quod eſt poſt mortem, quando nullus datur locus deinceps ſalutari pœnitentiæ. Tertium de ſententia formidabili tormentorum æternorum fulminatrice.

Deus

## *Deus Iudex.*

# CAP. VII.

PLurimæ rationes ad probandum terrorem mi Judicii adduci poſſunt; ſed hæc omnium est & præcipua, à qua, vt à prima origine, cætera dependent: & conſiſtit in duabus hiſce dictioni *Deus Iudex.* Eſt terribiliſſimum Judicium, quod nobis fiet in fine vitæ: quia, qui nos iudicat, eſt Deus Deus infinitæ potentiæ, infinitæ ſapientiæ, infinitæ nitatis, infinitæ iuſtitiæ, infinitæ miſericordiæ. Si infinitæ potentiæ, ergò nullus ei reſiſtere pot ſi infinitæ ſapientiæ, cognoſcit omnia noſtra peccata grandia & leuia, nec quicquam ei celare poteſt: ſi nitæ bonitatis, non poteſt non odiſſe pecca ſi infinitæ iuſtitiæ, non poteſt non caſtig eadem peccata & crimina: & denique, ſi eſt infinitæ ſericordiæ, rationem à nobis exiget, quod tot ſuis beneficiis, tam copioſo gratiarum cumulo pe correſponderimus, & quidem tanto peccatorum ro. Verùm ad particularia deſcendamus, conſideremus que, quid ſit Judicium Diuinum, & iudicari à Deo. ſpondet Job, nil aliud eſſe, quàm diſputare cum Deo

Ibid. 13. *Diſputare cum Deo cupio.* Si homo quidem plebeius idiota diſputare deberet cum aliquo litterato & Theo logo, annon primo propoſito argumento remaneret fuſus & conuictus? quantò magis homo cum Deo putaturus, quando dicet Deus in extremo Judicio:

Iob. 38. *terrogabo te, reſponde mihi. Interrogabo te*, non de pec tis manifeſtis duntaxat, verùm etiam de occultis, culpabiliter pro peccatis non reputaſti, & tamen computare tenebaris. Quemadmodùm manifeſ patet exemplo iſtius Prophetæ, qui & bonum Deum velle iudicabat, faciendo id, quod ſibi alius

3. Reg. 13. gerebat Propheta: & tamen, vti ipſamet declarat Scri ptura, in actione illa malè fecit, & peccauit. Et ratio

qu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia poterat & debebat in dubio iſto caſu conſulere De- *Carthuſ. hic.*
um per orationem, ab eoq; lumen petere, quo cognouiſ-
ſet, nùm verus, an falſus fuiſſet Propheta, qui ſibi lo-
quebatur: aſt, quia imprudenter & ſubitò credidit illius
verbis contrariis ei, quod Deus ipſi reuelauerat, pecca-
uit. Quanta peccata modò occulta tempore Judicii no-
bis manifeſtabuntur? Quomodo anima tota quaſi atto-
nita & in extaſin rapta, tùm hærebit, cùm ſibi imputari
videbit peccata, quæ inter peccata non computabat, cō-
putare tamen debebat, & eadem vt talia cognoſcere te-
nebatur? Hæc erant peccata illa, quæ tantùm Dauid ti-
mebat, quando ab iis liberari petebat à Deo. *Ab occultis* *Pſal. 18.*
*meis munda me, Domine.* Hæc igitur erat materia exami-
nis Chriſti ſuper nos, noſtraq; peccata omnia, tàm mani-
feſta, quàm occulta inſtituendi. *Interrogabo te.* Quid re-
ſpondebis? quam rationē, quam excuſationem proferre
poteris? Neq; hic ſiſtet Diuinum Judiciū, procedet vlte-
rius, examinabitq; nō actiones peccaminoſas duntaxat;
ſed etiam actus bonos: *Ego*, inquit, *iuſtitias iudicabo.* Exa- *Pſal. 74.*
minabo quoque opera bona, quæ coram oculis Mundi
comparent iuſta & ſancta; aſt coram oculis Dei repleta
patebunt imperfectionibus & defectibus. Si lumen, quo
maius eſt, eò clariùs manifeſtat res minutas & exiguas
(vndè lumen Solis, quia eſt in ſummo gradu, patefacit &
in apertum producit ipſos etiam aëris atomos) Quid nō
efficiet lumē infinitæ Sapientiæ Dei? Si anima, quò ſan-
ctior, diſtinctiùs cognoſcit peccata leuia; quid non co-
gnoſcet Sanctitas Dei? Quamobrem meritò S. Apo-
ſtolus Paulus propriæ haud confidebat cognitioni, di- *1. Cor. 4.*
cens: *Nihil mihi cōſcius ſum*, nullam in me cognoſco cul-
pam; *ſed non in hoc iuſtificatus ſum*, nec propterea me
Gratiâ præditum eſſe prætendo. Quod ſi rationem
eius poſtules, reſpondet: *Qui autem iudicabit me, Do-
minus eſt*, & Deus eſt, qui [illegible] iudicaturus eſt: *A quo, vt*
exponit D. Gregorius, *ſt[illegible] ius examinandus ſum*, qui *S. Greg. lib. 5. moral. c. 7.*
oculis pluſquàm lynceis videbit ſecreta cordis, cunctos
etiam minutiſſimos ac ſubtiliſſimos conſcientiæ ato-
mos, omnes cuiuslibet actionis circumſtantias &
qualitates. Neque duntaxat opera noſtra propria, & bo-
na & mala, examinabit ſummus Judex, verùm etiam
peccata aliena, non à nobis patrata, ſed no-
bis attri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bis attributa, ꝙ iis quodammodò coöperati fuer
aut non impediendo, quandò impedire poteram
tenebamur, vel conſulendo, vel audiuuando, v
modis. Et ab hiſce quoq; liberari petebat Dauid,
Pſal. 18. do dicebat: *Ab alienis parce ſeruo tuo,* Quaſi d
ſufficiunt mihi peccata propria: noli permittere,
ne, vt ego peccatorum alienorum particeps ſiam.
nectatur materiæ Judicii modus iudicandi cum
& ſeueritate. Duo dantur Dei Tribunalia: al
miſericordiæ, & eſt in præſenti vita; alterum iuſti
eſt in futuro Judicio: & hoc adeò terribile & fo
bile eſt, vt nonniſi ab eo, qui illud expertus fuit,
ri & explicari poſſit. Undè defunctus quidam
ſuo apparendo & exclamando dixit: *Nemo credit,*
Diſcip. ſer. 5. in fin. *credit, nemo credit, quàm ſtrictè Deus iudicet, quàm*
*puniat.* Et de quodam alio Religioſo legitur, q
extremis conſtitutus incredibili lætitiâ & gaudio
tus fuerit, quia viderat ad ſe venientes, primò no
los Sanctos, quos ſpeciali deuotionis cultu vene
fuerat: ſecundò magnam Angelorum cateruam:
nique ipſam Angelorum Reginam, Verùm poſt
mnes viſitationes ſubitò lætitiam illam commuta
ſummâ triſtitiam, & totus cœpit expalleſcere,
& ſudare, ac circumſtantibus dixit: *Ecce Iudex,*
*dex, Chriſtus Iudex venit ad me iudicandum.* Q
perſona tàm ſanctæ vitæ, quæ etiam cœleſti ipſ
Matris Dei viſitatione digna erat, tàntum concep
morem ac tremorem ad conſpectum & aduentum
ſti Judicis, quid faciet totus peccatis & Mundi aff
immerſus, & qui non eſt in tàm bono ſtatu conſt
Menti tuæ ſemper obuerſetur, ac cordi tuo i
continuò hæreat verbum hoc: *Ecce Iudex*: & q
dex? Deus. Et quomodò coram Deo, in cuius
Iob, 25. ſpectu *nec ſtellæ mundæ ſunt,* comparere poterò? Q
ſicuti ſtellæ tenebræ ſunt reſpectu & aſpectu Solis;
ſtitiæ noſtræ, comparatæ cum ſumma ſanctitate &
ritate Dei, quaſi iniuſtitiæ comparent. *Non iuſtif*
Pſal, 18. *tur in conſpectu tuo omnis viuens.* Ubi notat S. H
nymus, Prophetam non dicere: *omnis homo,* ſed
*viuens*; quia *nec homo, nec Angelus iuſtificabitur*

*Deo*: & puritas Angelica non comparet; ſed euaneſcit *S. Athan.*
coram puritate Dei: & Chriſtus ſolus (vt ait Athana- *ad Antioch*
ſius) cum ſanctitate ſuâ comparere poteſt coram Deo, *q.136.*
tanquàm incapax omnis peccati, propter vnionem hy-
poſtaticam & viſionem beatam: *Nullus, præter Chri-
ſtum, iuſtificatur in conſpectu Dei: qui incapax peccati
eſt, propter vnionem & viſionem.* Et poſt Chriſtum ſo-
la ſanctiſſima Mater eius, vtpotè, per Gratiam etiam im-
peccabilis.

Vidimus periculum, in quo anima conſtituitur pro-
pter terrorem & timorem Dei Judicis: pergamus ad re-
medium. Unicum hoc eſt, recurſus ad miſericordiam
Dei; at id faciendum *in tempore oportuno*, quod eſt tem-
pus vitæ, non mortis: recurrendum eſt igitur ad Deũ,
ipſque deprecandus in hunc modum: *Non intres in iudi-* *Pſal.142.*
*cium cum ſeruo tuo*, Domine. Et vult dicere: Noli me
iudicare, Domine, iuxta rigorem tuæ iuſtitiæ: ſed *ſuper-* *Iacob.2.*
*exaltet miſericordia iudicium*: noli me iudicare iuxta
peccatorum meorum merita; ſed prout tua exigit pietas
& benignitas. Noli iudicare in comparatione bonita-
tis & ſanctitatis tuæ, huius namque reſpectu mea ſancti-
tas eſt iniquitas: noli me iudicare iuxta menſuram infi-
nitorum tuorum beneficiorum; etenim hiſce infinitâ
ingratitudine me correſpondiſſe agnoſco. *Non intres
in iudicium cum ſeruo tuo.* Noli contra me agere Judi-
cem rigoroſum, ſed miſericordem: exerce iuſtitiam
tuam; at tuâ miſericordiâ temperatam: peccata mea re-
ſpice; at ſimul cum Sanguine tuo, cum Paſſione tuâ, cum
Morte tuâ. Orabis cum Sancta Matre Eccleſia: *Pone
Paſſionem, Crucem & Mortem tuam, inter Iudicium tu-
um & animam meam.* Contentus ſum Diuino tuo ſub-
iacere Judicio; ſed cum hac conditione, vt non imme-
diatè me iudices, ſed inter Judicium tuum & animam
meam interponatur tua Paſſio, Crux tua, Mors tua: in-
terponantur merita tuæ præcelſæ Matris & meæ Regi-
næ Mariæ, & dulcedine pietatis ſuæ mittigetur rigor
tuæ iuſtitiæ: ſiquidem, iuxta dictum illius Sancti, ſi
Deus ſecundùm iuſtitiam ſuam vellet caſtigare non
modò omnia noſtra peccata mortalia, quibus impoſuit
pœnam æternam; verùm etiam peccata venialia, veluti

ſunt diſtractiones cordis, & negligentiæ, quas c
S. *Abbas Agatho.* timus ſub Diuino officio, nullus ſaluaretur:
*Deus*, hæc ſunt verba eius, *imputaret diſtractiones negligentias, quas in orationibus noſtris & in officio incurrimus, ſalui eſſe non poſſemus.* Quid e
quandò Deus oculo ſeuero reſpiciet, non iam di
ctiones & negligentias in operibus bonis commi
namque temporali ſaltem ſubiacebunt pœnæ
nia opera mala à nobis patrata cum ſuo nume
cumſtantiis ſuis, quod totiès conculcauerim
ctam eius legem, ſpreuerimus ſancta ipſi
cepta, ac Diuinæ voluntati pluriès reb
les extiterimus? quis poterit effugere? quis p
ſe abſcondere? quis poterit eſſe ſaluus: *Non intr dicium cum ſeruo tuo, Domine*; eximo me, Dom
dicio tuo, appello ad tuam miſericordiam: &
nò iudicium tuum exercere velis, tuâ ſit illud
tum miſericordiâ, dulcoratum pietate tuâ.
dam hoc caput piâ exhortatione Dionyſii Ca
S. *Hier. in Ier. c. 2. cap. 25. de 4.* Nouiſsim. *Pſal 57.* *Aperi oculos cordis tui ad intuendam hanc veri formidandum tàm immenſum & æternale peri euadendam tantam damnationem; per conuerſati ſtam, timoratam, humilem, feruentem & perſeu*
Aperi oculos, & conſidera hanc veritatem: *Eſt*
*dicans*, non permittens malos abire impunitos,
nos præmio vacuos. Inſuper aperi oculos me
tantum formides, timeasque periculum, quale
te ſeſe Tribunali Dei, & coram eo præſenta
præparatione. Denique procura æternam ſug
mnationem mediante vitâ ſanctâ, timoratâ, hu
feruente & perſeuerante in ſeruitio
Dei.

## De tempore dicti Iudicii.

# Cap. VIII.

TRemendum quoq; ac formidabile redditur Diuinũ Judiciũ ob tẽporis circũſtantiam. Enimuerò illius executio eo fiet tempore, quo anima de malo patrato pœnitere nequit, nec pro auxilio ad Sanctos, nec ad ipsã etiam potentiſſimam Dei Matrem recurrere poteſt: eo deniquetempore, quando nullo modo iuuari poteſt. Quia, iuxta Sanctorum doctrinam, anima iudicabitur, non ante mortem, neq; etiam in vltimo inſtanti mortis, quod ad viam adhuc pertinet: ſed ſubitò poſt mortem, eo, nimirùm, tempore, quo nec ampliùs mereri aut demereri; ſed debitum propriis meritis & demeritis præmium aut pœnam recipere poteſt. *Deus non iudicat animam in particulari Iudicio, niſi finaliter & immobiliter fixerit ſe in bono per conuerſionem ad Deum, vel in malo per auerſionem* Conſidera, quænam cordis anguſtia, quæ oppreſſio animi miſerum tùm inuadet peccatorem? quando humeris, vt dici ſolet, muro nixus hærebit; & gladium Dei vindicem, iàm euaginatum & ad ſe interficiendum paratum conſpiciet: & hinc & indè circumquaque reſpiciendo cunctas fugæ & refugii portas occluſas, ſolas verò extremæ miſeriæ vltimæque damnationis ianuas apertas videbit. Anxietas agoniæ mortis vt ſumma pœna & tormentum reputatur: vndè quidam defunctus hæc in verba prorupit: *Videbatur mihi in agonia, quod totus Mundus eſſet lapis vnus, & premeret pectus meum.* Sed quid hæc agoniã cum agonia Judicii? Quia hæc eſt agonia cauſata à natura; illa à Deo naturæ conditore: hæc eſt de malo præſente at finem tandèm obtentura; illa de malo futuro nunquàm habitura finem: hanc effugere poſſumus; illa eſt in ſtatu ſine remedio, ſine fuga, ſine ſpe. Verùm altiùs in hanc materiam vela conſiderationis noſtræ expandamus, & contemplemur, quomodò anima egredietur

*S. Thom. in 4. diſt. 20. & c. Gen. 4 Carthuſ. dialo. de Iudicio animæ art. 3 mihi pag. 171.*

*Cæſar. lib. 12. c. 51.*

K 2 eoſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

è corpore, ac vbi & quando iudicabitur. Quod ſi
fuerit in ſtatu Gratiæ, ſubitò ac lætanter m
egredi deſiderabit, filiali dicens confidentiâ:
*veniam, & apparebo ante faciem Dei?* ſed ſi co
fuerit in ſtatu peccati, reſiſtet, vt ita dicam, quan
terit, ne egrediatur: & ſi in ſua libertate poſitum
parata à corpore ſubitò ſe potiùs daret præcipite
fernum, quàm poſt mortem tremendo ſe ſiſte
cio, viſura Judicis offenſi faciem, & exſpectan
bilem ſonum ſententiæ. Nihilominùs ſi ſpo
exierit, ad egreſſum cogetur, propriâ etiam
voluntate, vi præcepti Diuini, quinimò ad e
nunquàm etiam concurrunt Dæmones, vtpote
miniſtri iuſtitiæ: veluti ex Diuina ordinatione
cogitaſſe legimus.

*Carthuſ. dial de par. vlt. Iudic. c. 4. S. Bona. in 4. diſt. 20.*

Locus Judicii non erit in Cœlo, neque in
neque in Purgatorio; ſed in aëre, eoque proxim
ueri mortuo, vbi *Inuiſibilis anima inuiſibilit
liter præſentabitur Iudici, qui vbique præſens*
Tempus, ſubitò animâ egreſſâ è corpore, e
pus fœliciſſimum & gratiſſimum ei, qui mo
in Gratiâ Dei conſtitutus fuerit: quia erit tem
mii, remunerationis, mercedis, ſine timore Ju
fenſi, ſine timore peccatorum, Dæmonum,
vndequaque conſpiciet creaturas ſibi applaudent
gelos collætantes, triumphum parantes & victori
decantantes, ac Dæmones deuictos & confuſos
tes: & quod complementum erit gaudii & læ
debit aſſiſtentem ſibi Beatiſſimam Virginem, q
omninò illius animam ad fœlicem ac terq; qu
beatam inuitabit patriam. Verùm quis à con
cenſere, aut cogitare poterit quantum illud bre
pus, momentum illud, illud inſtans terroris &
conferet iniuſtis & reprobis, & ei, qui in in
odio Dei conſtitutus fuerit? Quomodo non
miſcet cœlum, trepidabit terra, creaturæ omn
ent ad eiuſmodi ſpectaculum? Videre vnam ani
regnandum in cœlo & in terra creatam, ad vn
lum temporis inſtans redactam, omni ope & hu
Diuinâ, & naturali & ſupernaturali deſtitutam,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aque Dæmonibus circumdatam , nullis aliis veſti-
ntis niſi propriis culpis & peccatis indutam, præſen-
am coram Judice rectiſſimo , & implacabili , præſto-
tem ſubitaneam & irreuocabilem æternæ damna-
nis ſententiam. Hæccinè figmenta ſunt , an verita-
? Veritates fidei ſunt certiſſimæ & infallibiles. Quo-
odo igitur durat regnum peccati in Mundo? Quo-
odo igitur in eodem reperiuntur homines, qui præ-
ntibus rebus toti immerſi , futurarum obliuiſcuntur?
omodo homo cœci inſtar & ſtupidi incedit , à ſenſi-
s deceptus , paſſionibus ſubiectus,ſub inſupportabili
ccati iugo ſeruus & mancipium ferocis adeò Tyran-
videlicet,Dæmonis manere debet?

Sed reuertamur ad animam peccatoris, quæ iam è
rpore egreſſa Diuinum ſubintrat Judicium. Apud
tiquos more receptum erat , vti refert Joſephus, vt *Ioſeph. lib. 14. c.17. de antiquit.*
in iudicium vocati comparerent nigro induti habitu,
ſignum mortis ſententiæ, quam ibidem exſpecta-
nt. Ad eundem modum anima iam Deo inimica co-
m Judice comparabit nigro veſtimento propriorum
ccatorum induta. Quomodo non confundetur,ac
beſcet tùm anima, veſtitam ſe conſpiciens veſte adeò
didâ,adeò abominandâ, quæ generet nauſeam & ter-
rem omnibus eandem ſpectantibus? O quàm vehe-
enter tùm anhelaret tàm miſero ſe ſpoliari pallio!
um dicet propriis peccatis : *Recedite à me, date mihi* *S. Aug ſer. 13. de Ad. ven. ad Iudicium.*
*tem vnius horæ ſpatium. Tun opera ſua quaſi* huma-
voce *loquentia dicent* , & reſpondebunt : *Tu nos egiſti,*
*opera ſumus* & partus tuorum viſcerum , cur igitur
s à te repellere cupis? *Non te deſeremus, ſemper tecum*
*mus. Tecum pergemus ad iudicem.* Ultimo huic
ponſo dat manus anima, non ampliùs os aperit, tacet,
profundo totalis cuiusdam deſperationis ſilentio to-
m ſe immergit. O peccata quondam ita delectabilia,
omodo nunc adeò exoſa & amara vos demonſtratis?
ce oblectatio præteriit , & ſola remanet culpa ; appa-
s illud bonum euanuit, & ſolùm verum malum com-
ret. O peccatum, quod vnico ſolo memento gene-
ur, at durat per totam æternitatem! Libera fuit
ima ipſum parturiendo,; at libera non ipſum occiden-

 do: mo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

do: momentaneam oblectationem æternis perſol
mentis. Eo tempore, quo ſilet anima, audiam
*Reuelat. S.* loquatur Judex Deus: *Conſcientia tua eſt Iud*
*Brig lib.* 4. *dic ergò conſcientia tua, quale iudicium mereris.*
*c.*134. *um meum eſt ſupplicium æternum, absque omni m*
*dia.* Sententia hæc ab anima lata, & à Judice
confirmatur deindè in conſiſtorio ſanctiſſimæ T
*Reuelat. S.* Et auditur vox Patris: *Væ tibi, nunquàm natu*
*Brig.lib.* I. Deindè vox Filii: *Fili, pro te effudi ſanguinem m*
*c.*28. *quo tu omninò alienatus es*, & quem nihili duxiſti, &
inſuper proſecutus fuiſti. Denique auditur v
tus ſancti: *Duriſſimum, quaſi lapis, eſt cor tuum*
*aliquid mihi cū eo.* Et pro ſententia vltimo compl
tres Diuinæ Perſonæ vnâ quaſi voce loquentes
*Nullatenùs debetur tibi Regnū Dei.* Pronunciamus
claramus te, vt filium rebellem, extorrem Regno
rum, æternæque damnationis & mortis reum. A
vocem omnes Sancti cœli incolæ exclamant:
*Diuina Iuſtitia, vt perpetuò exulſit à Regno & gau*
*in æternum & vltrà*, ab illo Regno, quod per
merita ſuum erat. Animæ in Purgatorio eiden
to ſubſcribent, dicentes: *Nulla pœna eſt tàm am*
*biſcum, quæ ſufficiat ad puniendum peccata tua:*
*tormenta teneris portare, ideò à nobis ſequeſtraberi*

Supereſt, vt Mater miſericordiæ ſuam quoq
nunciet ſententiam; *Sed Mater miſericordiæ ſi*
*aperuit miſericordiam ſuam, quia iudicandus ta*
*dignus.* Neque ſilentio prætereundum eſt hoc
ginis ſilentium. *Si Mater miſericordiæ ſiluit*, quis
tur? quis orabit? quis intercedet? Hic eſt vltim
manæ miſeriæ terminus, & manifeſtum ſignum
deſperationis. Tacente miſericordiæ Maria Vi
loquitur Dei Juſtitia: Mariâ Virgine non oran
intercedente, veniæ & remiſſioni præcluditur om
& ianua, nullus eſt qui auſcultat ad exhibendam
tiam; ſed ad iudicandum duntaxat, & condemn

Miſera anima, quid hoc formidabilius aud
geris? *Silet pro te Maria*: & vult dicere, non pat
tur tibi Maria, auxilio Mariæ deſtituta es: ergò
bono & Gratiâ deſtituta & orbata es, & repleta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

as miſeriis & malis poſſibilibus. Ad tàm lugubre & inneſtum ſilentium Virginis Mariæ anima infœlix *clamauit voce horrendâ dicens: Maledicta hora, in qua formata ſum: maledicta, in qua nata ſum: maledictus qui dedit corpus & animam.* Ad has voces reſonans Infernus reſpondit per conſonantiam: *Veni ad nos, maledicta anima, ad perpetuam mortem: veni in profundum abyſſi.* Huc vſque reuelationes S. Brigittæ. Quod hucuſque recenſui, fuit iudicium vnius peccatoris, qui ſubitò mortuus eſt, & à Christo Domino ipſi Sanctæ manifeſtatus, qui, cùm reuelationem concluderet, hæc ſubiunxit verba: *Audiſti caſum & miſeriam eius, fuge Mundum, & concupiſcentiam eius*, q. d. percepiſti miſeram iſtius animæ condemnationem: alterius damno ſapiens eſto: iſtiusque perditio & ruina ſit in cautelam ſalutis tuæ, & fuge Mundum omnemque affectum mundanum. Eodem hoc documento finem imponam huic capitulo. Conſideraſti, quàm terribile ſit hoc vltimum momentum, quo peccator poſt mortem ſuam iudicandus eſt. En remedium: *Fuge Mundum*, ſi non præſentiâ corporali, ſaltem animo & affectu: *& concupiſcentiam eius*: deſiderium tuum non in terram inclinandum, ſed ad cœlum ſubleuandum eſt: vſus ſolùm ſit in creaturis, & affectus in Deo. *loc. ſup. cit.*

# PEREGRINI TERRÆ

ſeu

*Præparationis ad bonam mortem.*

## LIBER QVINTVS.

*Memoria Iudicii Vniuerſalis.*

### CAPUT I.

PLurimæ ſunt veritates à ſancti[...] ſtrâ fide traditæ, &, vt docet Aug[...] nus, in Scriptura ſacra reuelatæ, [...] omnes opere ipſo adimpletas & v[...] catas vidimus: inter has nihilom[...] vna eſt nondum in effectum dedu[...] infallibiliter ſuum ſortietur effectum, & verificabi[...] eſt ea, quæ de Judicio vltimo vniuerſali perhi[...]

S. Auguſt. Promiſit Deus per ſuos Prophetas, *quod erit Eccleſ[...] videtur, quod eſt: quod non erunt idola, & videm[...] non ſunt. Scriptum eſt de Iudæis, quod perdituri ſun[...] gnum: & de Hæreticis, quod erunt, & vtrumque [...] tur. Scriptum eſt de die Iudicii, & ſine dubitatio[...] niet. Quia qui in omnibus verum dixit, non po[...] vno fallere.* Undè concludit idem Auguſtinus:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uilibet, dùm tempus eſt, declinet à malo, & faciat bonum, vt in die Iudicii ſecurus ſit, & reperiatur quietus absque remorſu malæ conſcientiæ, Hoc igitur primum punctum eſt, quod, antequàm progrediamur, ſupponendum eſt: nimirùm, poſt particulare veniet Judicium vniuerſale. Veritas fidei eſt nondùm, inſtar aliarum, verificata, ſed neceſſariò verificanda: *Statutum eſt hominibus ſemel mori: poſt hoc Iudicium.* Heb. c. 4. Carthuſ. Quemadmodùm Deus certo ac indiſpenſabili ſuo determinauit decreto, vt omnes homines ſubiecti ſint morti; ita eodem ſanciuit decreto, & voluit omnes ſubiacere Judicio, & particulari in fine vitæ, & vniuerſali in fine Mundi. Noli exiſtimare, cum morte fore terminandos dolores & miſerias: *poſt hanc Iudicium*: neque credas, velim, ſufficere iudicium particulare; *poſt hoc Iudicium* aliud ſupereſt, quod particularis iudicii quaſi ſupplementum erit: in hoc enim ſolum iudicatur anima, in illo anima & corpus ſimul iudicabitur, & debita eis attribuetur ſententia, aut præmii, aut pœnæ. *Væ vnum abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc.* Apoc. 12. Peccator extremum malum Judicii particularis iam in morte ſubiuit: adhuc ſuperſunt duo alia væ, ſeu mala, nempè, væ Judicii vniuerſalis, & væ pœnæ æternæ. O væ triplicatum triplicatæ miſeriæ in ſummo malo! O vtinam hæ tres ſyllabæ indelebili charactere cordi noſtro inſculperentur! Conſiderationis huius occaſione non peccatores duntaxat, verùm etiam ſanctiſſimi contremuere viri: *Quotiès diem illum conſidero, toto corpore contremiſco,* dicebat S. Hieronymus, S. Hieron. q. d. quotiès illud ſecundum væ Judicii vniuerſalis, quod ſubſequetur tertium væ pœnæ æternæ, conſidero, ſemper præ nimio timore & pauore toto contremiſco corpore. Quapropter (pergit idem Sanctus) vt die illo benè diſpoſitus inueniar, nunquàm à mente mea diſcedit Judicii vniuerſalis ſeria cogitatio, vitam illius ſemper habeo memoriam: *Et ſiuè comedo, ſiuè bibo, ſiuè aliquid aliud facio, ſemper videtur illa tuba terribilis inſonare in auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudicium.* De hac igitur veritate tàm certâ, quàm certa & infallibilis eſt fides noſtra; tàm terribili, quàm terribilis eſt pœnæ æternitas, quam in ſe continet,

modò tractabimus. Et vt materia eò perfectior ſi
maiorem lectori conferat vtilitatem, non ſolùm de
dicio, ſed etiam de iis, quæ illud præcedent, diſcu
inſtituemus; ſunt autem quatuor:

Primum eſt de commotione & turbatione omn
creaturarum: ſecundum de renouatione Vniuerſi m
ante igne: tertium de reſurrectione mortuorum; qu
tum & vltimum eſt de Judicio.

## De commotione & turbatione vniu ſali, quæ præcedet Iudicium.

## CAPUT II.

ANgelus Domini quâdam vice apparuit Eliæ, e
3. Reg. 17. dixit: Diſpone te, ad te Deus veniet, tibi locutu
ſed aduerte, non palam, ſed clandeſtinè adueniet ſub v
bra alicuius creaturæ. Subitò Elias in loco humi
deuoto compoſitus exſpectauit aduentum Dei: & e
ventum vehementem tranſeuntem conſpexit. *Spiri
grandis, & fortis, ſubuertens montes, & conterens pe*
Prodiit Propheta exiſtimans ſub vento hoc vehem
latere Deum, qui ſibi locuturus eſſet; Tunc dixit ei
gelus: ſiſte gradum, & noli decipi: *Non in commo
Dominus*: ſub hoc ventorum furore non latet Deus. E
dem modo poſt ventum comparuit magnus terræ m
tus, & poſt terræ motum magna vorago ignis. Et ſem
reſpondit Angelus: *Non in commotione Dominus*
*in igne Dominus.* Denique poſt ignem exiguus & pl
dus acceſſit ventus ſuauem ſpirans auram. Tùm Ang
lus: *Poſt ignem ſibilus auræ tenuis, & ibi Dominus.*
hanc doctrinam, quam Angelus manifeſtauit Eliæ, m
gnum nobis innuitur myſterium: & eſt, quod mod
procedendi Dei, quē ſeruat noſtris temporibus, mult
differt ab eo, quem oſtendet in fine Mundi. Modò a
& conuerſatur nobiſcum *in ſibilo auræ tenuis*, benig
placidè & miſericorditer. Tunc *in ſpiritu, in comm
tione, in igne*, cum ſeueritate, rigore & iuſtitia. Tu

Ang

Angelus Dei mutabit modum loquendi, diceṭque: *In ſpiritu Dominus, in commotione Dominus, in igne Dominus.* Nunc, vt Tertullianus ait, *ſcintillatio Diuinitatis eſt in aurâ*: tunc *in igne* erit. Hac noſtrâ ætate Deus manifeſtat Diuinitatem ſuam diſtributione gratiarum; in vltima ætate eandem manifeſtabit retributione pœnarum. Hæc igitur erit materia præſentis capituli, extrema nimirùm commotio, quam omnes creaturæ ante vniuerſale Judicium patientur. Primò dicetur de turbatione futura in Eccleſia. Secundò de turbatione futura in cœlo, & in Angelis. Tertiò, de turbatione futura in Inferno & Dæmonibus. Quartò, de turbatione futura in hominibus. Quintò, de commotione & turbatione futura in Elementis. *Tertull.*

## *Commotio & perſecutio Eccleſiæ.*

## Caput III.

ULtimis illis temporibus talis ac tanta erit tribulatio ac perſecutio, quàm patitur Eccleſia, vt nec fuerit, nec futura ſit alia ei ſimilis: *Tunc erit tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio Mundi vſq; modò, non fiet.* Et ſi Diuinâ Prouidentiâ longo tempore nauem Petri ab enormi illâ tempeſtate agitari permitteret, nec vnus fidelium electorumque Dei viuus remaneret: *Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro.* Verùm propter electos abbreuiabitur tempus illud, & vltra tres annos cum dimidio non durabit; *Propter electos breuiabuntur dies illi.* Quod, iuxta expoſitionem Caietani, intelligitur ſolùm de viſione corporali prædeſtinatorum, non autem de ſpirituali; cùm prædeſtinatio Dei ſit certiſſima & infallibilis. Vel dici poteſt: *propter electos, id eſt, propter orationem electorum*, nè totus populus Dei periret, ſed haberet tempus ſe conuertendi. Ut igitur cum fructu aliquo & ordine de hac vltima Eccleſiæ perſecutione agamus, dicetur primò de cauſis eius: ſecundò de effectibus: tertiò de fine. *Matth. 24.* *loc. cit.*

Quò ad primum, principalis cauſa tantæ turbationis

alia

alia non erit, quàm magna promiſſio Dei, & extraor-
naria quædam, & nunquàm hactenùs audita licen-
Dæmoni conceſſa, ratione cuius Eccleſiam omnibus
ribus euertere conatur. Quapropter primò ſolue-
Apoc. 20. Sathanas iam ligatus & catenis in Inferno vinctus: *Op-
tet illum ſolui medico tempore*: neceſſè eſt, ſuppoſito D-
uino decreto, libertas concedatur Lucifero exiguo il-
tempore, quo regnabit Antichriſtus. Secundò, præ-
Luciferum quatuor alii magni Dæmones, tanquam d-
ces eius, & quaſi præſides quatuor mundi partium ſ-
Apoc. 9. uentur quoque & liberabuntur: *Et ſoluti ſunt quat-
Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & menſ-
& annum, vt occiderent tertiam partem hominum*: q-
ſemper ac indefeſſè diſpoſiti & parati erunt ad tenta-
& nocendum, ac mortem inferent tertiæ parti reprob-
rum ac idololatrarum. Denique ſub dominio qu-
tuor horum Dæmonum, & ſub imperio generaliſſi-
ducis Luciferi conſcribetur ac formabitur ingens ac n-
meroſus Dæmonum peſſimorumque hominum exer-
tus: *Et numerus equeſtris exercitus viciès milliès de-
millia*. Hoc belli apparatu in campum prodibit Sath-
loc. cit. nas, *ſciens, quia modicum tempus habet* ad explendam
Cornel. hic. fundendamque rabiem ſuam in Eccleſiam. Et vt ſco-
pum ſuum, in quem collimat, eò faciliùs & commodi-
attingere valeat, ex omnibus hominibus vnum elige-
qui erit Antichriſtus, eoque veluti proprio vtetur inſtr-
Apoc. 12. mento deuaſtaturus Eccleſiam.

Ex permiſſione Dei varios eosque extraordina-
rios adhibebit modos Diabolus, vt Antichriſtum diſp-
nat in vas iniquitatis, in habitaculum, portum & ſtatio-
nem omnium vitiorum. Undè primò illius capiet po-
ſeſſionem, ab eo etiam tempore, quo adhuc intra v-
rum maternum commorabitur, cooperando eius com-
plexioni, vt eam in omne vitiorum & malitiæ genus ef-
ficiat inclinatisſimam. Secundò, quamprimùm diſcre-
tionis attinget ætatem, continuò Diabolus ei aſſiſte-
tantâ vi & efficacia; vt totum illud, quod iniquus il-
homo facturus eſt, procedat ex impulſu & ſuggeſtion-
Dæmonis. Tertiò denique, accipiet dominium in il-
lius cor, quod nec vllâ bonâ inſpiratione, ſiuè Dei, ſiue

Angel

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Angeli cuſtodis eius concitari & occupari permittet, im-
pedietque in corde eius omnem actum bonum, etiam
naturalem moralem. Talem gradum attinget peſſi-
ma hominis huius qualitas & conditio; vt nonnulli exi-
ſtimarint eundem futurum Dæmonem in carne huma-
na: Dæmonem propter perſonam, ſeu ratione perſona-
litatis; Hominem propter naturam: quemadmodùm
aſſeritur de Christo, qui fuit Deus & homo ſimul, ob
perſonalitatem Dei & naturam humanam hypoſtaticè
vnitam. Vel, vt alii affirmant, erit verus & purus homo;
at conceptus operâ, non hominis, ſed Dæmonis: eo mo-
do, quo Chriſtus dicitur eſſe conceptus in vtero Virgi-
nali, non virtute Hominis, ſed virtute Spiritus ſancti.
Utraque hæc opinio falſa & erronea eſt: veritas catho-
lica hæc eſt, Antichriſtum futurum verum & purum ho-
minem, concipiendum etiam operâ & virtute humanâ;
at hominem peſſimum, iniquiſſimum, ſceleratiſſimum:
erit, vt affirmat Apoſtolus, *Homo peccati*, & quaſi ex
peccatis compoſitus; *filius perditionis*: erit in omnibus
perfectè obſequioſus & obediens Dæmoni, veluti teſta-
tur D. Damaſcenus, dicens: Omnem afflatum Sathanæ *D. Damaſc.*
recipiet. Non erit Dæmon, vti aſſerit S. Hieronymus, *lib. 4. Iud.*
ſed erit viuum habitaculum & hoſpitium Dæmonis:
*Non erit Diabolus, ſed vnus ex hominibus, in quo totus* *S. Hier. in*
*Sathanas habitabit corporaliter.* Neque Sathanæ dun- *Dan. 7.*
taxat habitatio erit, ſubdit Gregorius, ſed etiam forma *S. Greg. 33.*
& ſpeculum, quod totam eius malitiam repræſentabit: *lib mor. c.*
*Tota Diaboli virtus in vno illo damnato homine conge-* *34.*
*ſta denſatur.* Denique, vti notat Doctor Angelicus, non
tantùm peruerſus, obſtinatus peccator erit; verùm et-
iam omnium peruerſorum obſtinatorumque caput:
*Caput erit omnium malorum propter malitia perfectio-* *S. Thom. 3.*
*nem.* Præterea Antichriſtus, vt ſit omnis iniquitatis *p. q. 31. a. 8.*
cumulus, erit homo hypocrita, politicus, nigromanti-
cus, Chriſtus totus è diametro contrarius (vndè & meri-
tò appellabitur Antichriſtus) & atheus.

Hæc erit peſſima Antichriſti conditio & qualitas.
Neque tamen ex dictis quiſpiam dubitandi capiat ar-
gumentum, quod huic impio à tàm profunda iniquita-
tis abyſſo abſorpto denegabitur quodcunque ſalutis me-
dium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

midium. Quia primò nunquam amittet liber[illegible] ſuam, & ſi voluerit, benè operari poterit. Secu[illegible] Deus ſuppeditabit ei Gratiam ſuam ſufficientem, q[illegible] voluerit, ſaluari poterit. Tertiò, neque deſtitutu[illegible] auxilio Angeli cuſtodis ſui. Quartò, Deus non d[illegible] ipſi in communicandis nonnullis bonis inſpiration[illegible] Quintò denique, Deus mittet ad eum Enoch & El[illegible] vt ipſum illuminent, & à peruerſa ſua doctrina & p[illegible] ma vita conuertant. Aſt inter tot & tanta auxilia [illegible] neficia malitia eius ipſum obcœcabit, indurabit, [illegible] malo ita obſtinatum efficiet, vt cuicunque ſalutis [illegible] oſtium præcludat.

Hæc de qualitate perſonæ Antichriſti: iam de m[illegible] quibus Eccleſiam euertere & deſtruere ſtudebit, di[illegible]
*S. Anſel. in Elucid.* mus. Inter alia quamplurima tria ſunt arma princip[illegible] quibus hunc in finem vtetur Antichriſtus, & ſunt: D[illegible] Tormenta, & ſigna. Primò Eccleſiam conabitur de[illegible] re *donis*: quia à Dæmone obtinebit cunctos the[illegible] terræ, & maris, & hos largiſſimâ manu deſtribuet ſ[illegible] ſeclis & ſequacibus: *Dominabitur theſaurorum au[illegible]*
*Dan. c. 11.* *argenti*; & omnium præterea diuitiarum, quæ ſu[illegible] *profundo mari*. Secundò *Tormentis*; Inter alia pr[illegible]
*S. Anſ. l. c.* piet & mandabit, vt omnes Antichriſtiani in fronte[illegible] ſtent ſuum ſignum, quod, vt nonnulli volunt, hiſce [illegible] expreſſum litteris: *Nego Crucem*: & cæteris omnibus [illegible] ſignum hoc non geſtabunt, ſeuera fiet prohibitio, [illegible] quidquàm vendant & emant: vndè fame crudeli[illegible] flicti & vexati morientur: *Nè quis poſſit emere, vel v[illegible]*
*Apoc. 13.* *dere, niſi qui habet characterem*. Tertiò *Signis*, m[illegible] culis falſis & apparentibus operâ & arte Dæmonis fa[illegible]

Hucuſq; de cauſis turbulentiæ, quæ futura eſt in E[illegible] cleſia; ad remedia à Chriſto ſuppeditata accedamus. [illegible] mum ac principale hoc erit: iuſſu Dei & Chriſti in M[illegible] dum prodibunt duo egregii Duces & Heroes, videlic[illegible] Enoch & Elias, qui mirabili modo, & vt nonnulli vol[illegible] curru ſubuecti igneo venient è paradiſo terreſtri, v[illegible] Antichriſto opponant, eiusque fraudes, errores & [illegible]

ſign

ſturas diuulgent: & tribus potentiſſimis armis contra eius aſſeclas & ſequaces pugnabunt: primò, ſanctitate vitæ; ſecundò, prædicatione veræ fidei Chriſti: tertiò, veris & ſtupendis miraculis. Quò ad primum, erunt perſonæ ſanctiſſimæ, *in conſpectu Domini ſtantes,* *Apoc. 11.* ſemper in continuò perſeuerantes & ambulantes in præſentia Dei, aſſiduisque orationibus Domino commendantes Eccleſiam. Secundò, erunt potentiſſimi, & efficaciſſimi in prædicatione: *ignis exiet de ore eius.* *Apoc. c. 16.* Quod primò intelligitur de igne materiali, quia, quandocunque eis placuerit, imperabunt & pręcipient igni, vt de cœlo deſcendat, omnesque, quotquot eis aduerſantur, & damna inferunt, deuoret, & ſubitò ignis eis parebit. Secundò intelligitur quoque de feruore & de efficacia prædicationis eorum: etiam liberè Antichriſto dicent; tu es verſipellis impoſtor & ſycophanta: tu non es Chriſtus; ſed pſeudochriſtus, fictus & falſus Chriſtus: *Contra Deum pugnas, contra Eccleſiam ſæuis, Sanctos perſequeris, Religionem tollis*: Noueris Chriſtum crucifixum, quem nos prædicamus, ſolum eſſe verum Deum, verum Meſſiam, verum Saluatorem Mundi, quē tu negas. *S. Hilar. & Athan. cōtra Conſtant. Imp.* Hic erit tenor prædicationis ſanctorum Præcurſorum Chriſti, quem & per ſeipſos, & per Diſcipulos ſuos per totum Mundum diuulgabunt. Inſuper S. Prædicatores Chriſtianos grauium minarum Antichriſti timore percuſſos animare & confortare ſtudebunt, eisq; dicent: Memores eſtote verborum Chriſti in Evangelio, vbi totum id, quod modò videmus & experimur, prædixit, quod, videlicet, futurus ſit Antichriſtus, non verus, ſed falſus Deus, qui ſimulabit ſe eſſe ſanctum, & ſanctū ſanctorum, & alium Chriſtum in terris; at in veritate erit homo peſſimus, ſceleratus & abominatio Mundi. *Ecce prædixi vobis. Si quis vobis dixerit: ecce hic eſt Chriſtus,* *Matth. 24.* Meſſias, Saluator Mundi, *nolite credere*, mera namq; mēdacia ſunt. Conſtantes igitur eſtote & fortes in vera fide, in confeſſione & obedientia Crucifixi: ſiquidem Antichriſtus aduentu ſuo non deſtruet, imò potiùs cōfirmabit fidē noſtram: quia eo ipſo, quo venit, Chriſti verificabit præſagiū & vaticiniū, cùm ea ſit vera fides, quę futura,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tura, priusquàm ſint & fiant, prædicit. Tertiò, hi C
ſti præcones erunt noui Taumaturgi quò ad pot
tem faciendi miracula, & non tantùm in confirmat
fidei; verùm etiam in pœnam obſtinatorum: vt ſi
amor, ſaltem timor locum habeat in eorum cord
*Apoc. 16.* *Percutient terram omni plagâ, quotiescunq; voluerint*
quidem peiori & crudeliori eâ, quâ Moyſes puniuit
raonem in Ægypto; & quotiescunque voluerint
iusmodi prodigioſas & miraculoſas infligent pœ
quia quaſi *per modum habitus* virtutem habebunt
endi miracula. Prætereà defendent ſe patrando m
cula & prodigia per elementum ignis: *Et ſi quis vo*
*loc. cit.* *eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit in*
*eorum*, veluti ſuprà dictum fuit. Hoc primum e
ſidium & auxilium, quo Deus ſuæ ſuccurret Ecc
nimirùm, Apoſtolici Prædicatores, eminentiſſimi
ctitate, in prædicatione, & in patrandis miraculis.
cundum præſidium erit S. Michael Archangelus
*Dan. 12.* vniuerſo cœleſtis militiæ exercitu: *In tempore ill*
*ſurget Michaël, Princeps magnus, qui ſtat pro filiis*
*ſui*: tempore Antichriſti Lucifero ſe opponet S. Mi
Archangelus, qui primum prælium, quod cum Sa
geſſit ſub Mundi exordium, contra eundem renou
idque in defenſionem & protectionem populi Chr
ni. Et quemadmodum arma & vires hoſtiles com
rantur & augentur contra Eccleſiam; pari imò m
ratione & menſurâ congeminantur munimina & re
*1. Cor. 10.* dia, nè tentatio noſtras excedat vires, vt ait Apo
imò potiùs iis ſit inferior.

Tertium auxilium & præſidium in fauorem Ec
ſiæ erit concurſus Diuinarum inſpirationum. P
enim Deus illuminabit intellectum, & fraudes ve
cias AntiChriſti cognoſcat. Secundò, fideles
Chriſtum & præmii exſpectatione corroborabit. T
tiò, contra amaritudinem perſecutionis infundet
uini amoris dulcedinem. Denique, quò magis aff
tur fideles exteriùs in corpore; eò maiorem inte
anima percipient conſolationem. Et hæc de
perſecutionis Antichriſti dixiſſe ſufficiant, progr
mur ad ſecundum punctum de effectibus.

Qua

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quemadmodùm mirabilis & ſtupenda erit virtus
eius in Mundo; ita ſtupendos quoque producet effe-
ctus, qui ad quinquè præcipuos reduci poſſunt.

Primus erit, Monarchia; ſecundus, quod à Judæis
pro Meſſia agnoſcetur & recipietur: tertius, quod ado-
rabitur vt Deus in templo Hieroſolymitano reſtaurato:
quartus, extraordinaria moleſtatio, vexatio & pertur-
batio Eccleſiæ: quintus, excellentia fortiſſimorum
Martyrum.

Quòad primum, cùm venerit Antichriſtus totum
Mundi Imperium reperiet deſtructum, diuiſumque in
decem Regna, quæ ipſemet Antichriſtus inuadet & oc-
cupabit. Unde ſolus ipſe remanenit totius Mundi Mo-
narcha & Imperator: *Data eſt illi poteſtas in omnem tri* *Apoc.* 13.
*bum, & populum, & linguam, & gentem*, quod eſt idem
dicere: Antichriſtus vniuerſali Mundi gaudebit domi-
nio. Et hoc eſt, quod aſſerit Apoſtolus: non venturum
Antichriſtum, *niſi venerit diſceſſio primùm*. Subtrahent *2. Theſſ.* 2.
ſe ab obedientia Romani Imperatoris: quamquàm alii
hunc locum intelligant de ſeparatione & diſceſſione
Fidei. Et eadem veritas confirmatur ex aliis ſacræ Scri- *Dam. c.* 7
pturæ locis, ex traditione Eccleſiæ & communi San- 24. 22.
ctorum Patrum opinione. Ex hiſce decem Regibus *Apoc.* 17.
deuictis & ſuperatis tres ab Antichriſto interficientur, *Hier. q.* 11.
alii ſeptem eius ditioni ſeſe ſubiicient, eruntque eius ſer- *ad Algaſ.*
ui & confœderati, iuxta prophetiam Danielis c. 7. & *Tertull. in*
Apocal. c. 17. *in Apol. c.* 3

Neque hoc ſolo temporali Regno contentus erit *Cyrill. Ca-*
Aduerſarius Chriſti, ſed ad ſpirituale quoque anhelabit: *tech. ſup.*
& cum ſimulatione apparentis ſanctitatis & miraculo- *Theoph.*
rum ab Hebræis pro vero Meſſia recipietur: vt ſic ve- *Ambr. in c.*
rificetur Prophetia Saluatoris: *Ego veni in nomine Pa-* *2 Theſſ.* 2.
*tris mei, & non accepiſtis me: ſi alius venerit in nomine* *Ioan.* 5.
*ſuo, illum accipietis*; q. d. ego de cœlo in terram veni in
nomine Patris mei, & noluiſtis me, vt Saluatorem &
Meſſiam veſtrum agnoſcere & acceptare: ve-
niet vnus alius, qui erit Antichriſtus, mihi
prorsùs contrarius, hoſtis & aduerſarius
meus, & illum vt Deum & Meſſiam veſtrum recipietis;
pœna iuſtè promerita, & tàm enormi culpæ optimè pro-

proportionata: quia qui odit lucem, manet inter
& qui fugit vitam, damno ſuo ruet in amplexus
Neque hic inexplebilis cupiditas & ambitio, qua
& cor Antichriſti accendet & inflammabit, gra
ſtit. Ultra dominium ſtatus temporalis & ec
ſtici, vltra dignitatem Meſſiæ & Filii Dei ab illo
num iniquiſſimo acceptatam, ad tantam deuc
mentiam & temeritatem, vt tanquàm filius D
verus atheus negaturus ſit Deum alium eſſe, & ip
Dan. 11. vt verus Deus adorari velit: *Eleuabitur & magni*
*aduersùs omnem Deum, & aduersùs Deum Deor*
2. Theſſ. c. 2 *tur magnifica*, puta calumnias & blaſphemias. *Vt*
*plo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquàm ſit Deus*: ſe
templo Dei in Hieruſalem, vbi vt Deus adorabit
pter hoc magnum ſacrilegium filius perditionis
ſto recepit nomen & titulum Abominationis:
*natio deſolationis ſtans in loco ſancto*: Antichriſ
abominatio Eccleſiam Dei deuaſtans & depo
quando ſtatua eius in templo collocabitur, & ta
Deus adorabitur: & vt de vna abominatione tran
ad aliam ſeipsâ vt Deus adorabitur, & ſimul Dæ
Dan. 11. adorabit: *Deum Maozim in loco ſuo venerabitur*
iuxta alios expoſitores, Maozim eſt locus adora
Dæmonem adorabit in Maozim, quod inter
Turris valdè fortis & abſcondita. Hæc igitur eri
gia & impia Antichriſti profeſſio; negare verum
& in particulari Chriſtum, negare etiam falſ
credere & confiteri ſeipſum ſolum vt Deum, a
& confiteri ſolum Dæmonem & ſuam fortitu
auxilium.

Quartus effectus perſecutionis Antichriſti
S. Aug. Pſ. 9. tio & diſpoſitio Eccleſiæ. Tres dantur (vt aſſer
guſtin.) Eccleſiæ perſecutiones; Prima Tyranno
lenta; ſecunda Hæreticorũ, fraudulenta; tertia A
ſti violenta & fraudulenta ſimul, & hæc omni
erit. Ab hac tertia impugnabitur; at non expug
S. Chryſoſt. Hom. 4. de verb. Iſa. Eccleſia: *Facilius eſt Solem extingui, quàm E*
*obſcurari*: Lux Soli potiùs, quàm Eccleſia dee
Nunquàm à veritate recedet promiſſio Chriſti
eiusque ſucceſſoribus facta: *Tu es Petrus* (

legunt) *Petra, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* & hæc petra, vtporè ſolidum & immobile fundamentum, neque ventorum furiâ, neque tempeſtatum impetu collidetur aut euertetur: *Et portæ Inferi non prævalebunt aduerſus eam*; imò ex aduerſitatibus & tempeſtatibus contrariis magis corroborabitur, maioresque reſumet vires & vigorem: &, inſtar Rubi Moyſis, nunquàm à perſecutionis igne conſumetur; ſed eò magis potiùs illuminabitur. Antichriſtus, vtporè miniſter & filius Sathanæ, Eccleſiam deuincere & exterminare ſtudebit: at nullum obtinebit effectum, & ipſe ſolus victus & exterminatus abibit, vti mox dicetur. Matth. 16.

In quinto & vltimo effectu perſecutionis Antichriſti conſiſtet excellentia Martyrum: Quolibet tempore victoriis & triumphis ſpecialibus veluti tot coronis adornatur Eccleſia: at vltimis illis temporibus glorioſior erit, magisque triumphabit propter inuictam fortitudinem militum Chriſti, qui Tyrannorum ſpernentes crudelitatem, atrocitatemque tormentorum exſufflantes, ſecuri ac læti ad palmam martyrii euolabunt. Rationem reddit ſanctus Auguſtinus: quia ſi modò pro magna reputatur victoria & ſingulari triumpho, quod quis vincat Dæmonem ligatum, quàm glorioſam reportabit victoriam & triumphum, tunc dimicaturus cum Lucifero à vinculis liberato & ſoluto? *Si nunc cum Dæmone ligato tantis periculis dimicamus, cum Aduerſario ſoluto pugnate quantò maius erit periculum?* Siquidem liber comparebit viribus omnibus ſolutis & expeditis. Sed quò periculoſior tunc erit conflictus, eò maiorem victori conferet gloriam.

*S. Aug. lib. 20. de Civ. Dei, c. 28. apud Barrad. de Antichriſto.*

Hi perſecutionis effectus erunt: dicamus de fine. Grauiſſimo huic bello & prælio inter Antichriſtum & Chriſtum, inter Antichriſtum & Chriſtianos, inter Luciferum & S. Michaelem finem ſtatuet mors duorum egregiorum belli Ducum, qui pugnabunt in fauorem Chriſti, ac denique mors etiam ipſius Antichriſti, eiusque ſequacium.

*Apoc.13.17* Sacra narrat Hiſtoria, quod, poſtquàm celeb duo præcones Chriſti, tùm per ſeipſos, tùm per pulos ſuos compleuerint prædicationem ſuam p tum Mundum, deſiderantes magno feruore iam exſpectatam & dilatam Martyrii palmam, tand Antichriſto ſe vinci & ſuperari permittent, eique ſunt licentiam, vt in ſeipſos ſæuiat, & crudelitate ſuo libitu exerceat. Quapropter *beſtia, quæ de abyſſo, occidit eos*, beſtia, inquam, Luciferi Infer egreſſa, ſuffragrante ſuo iniquitatis inſtrumento, Antichriſto, interficiet Dei ſeruos, & ſancta corum pora tribus diebus cum dimidio inſepulta iacebu medio platearum. Coram huiuſmodi ſpectacu tichriſtiani Chriſti hoſtes & inimici lætabun exultabunt, ac ſi iam ſua expleuiſſent deſideria, *duo Prophetæ cruciauerunt eos.* Et ratio tantæ l erit: quia Sancti ratione poteſtatis, quam habebunt pora, gaudebunt, corpora ſua caſtigari & crucia bolico illo Tyranno, vt hoc medio animæ ſuæ ſa aſſequantur. Verùm non diu durabit illud im gaudium: etenim poſt tres dies ſubitò & vno mo ſancta illa corpora reſuſcitari videbuntur: *Spiritu*
*Apoc. 11.* *à Deo intrauit in eos, & ſteterunt ſuper pedes ſuos.* reſurrectio verum ac reale Altiſſimi opus erit: ſp namque vitalis propriæ animæ reuertetur in corum pora, ac reſurgent agilia, glorioſa, impaſſibilia, & Solis luce ſplendidiora: & auditâ è cœlo voce, qu inclamabit, dicens: *Aſcendite huc* (inuictiſſimi C milites ad triumphum veſtrum aſcendite) *aſcend in cœlum in nube* ad modum currus triumphalis mata, Angelorum occinentium, laudesque eoru triumphum deprædicantium ſtipati comitatu. quia poſt tres dies reſuſcitabuntur ſimiles erunt C in Reſurrectione: & ſic etiam eidem in Aſcenſione abſimiles erunt, quod aſcendent in apparatu n Angelorum comitatu. *Et viderunt illos inimici* hoc ſpectaculum adeò glorioſum non obtenebrab nocte, ſed in luce diei clareſcet, cunctisque corum bus manifeſtabitur in maiorem eorum pœnam & fuſionem. Undè ſubiungit Diuinum Oraculum:

*mor magnus cecidit ſuper eos.* Et timorem ſubſequetur effectus, quia *in illa hora factus eſt terra motus magnus* & horribilis. Et decima pars ciuitatis decidit, & occiſa ſunt hominum ſeptem millia. *Et reliqui in timorem ſunt miſſi, & dederant gloriam Deo cœli*, qui, nimirùm, adhuc ſuperuiuent, deterriti tali exemplo ad Deum & ad Chriſtum ſe conuertent: vt verificetur prophetia & vaticinium Apoſtoli: *Tunc omnis Iſrael ſaluus fiet*; in fine Mundi omnes Hebræi conuertent ſe ad veram fidem & legem Chriſti. Rom. 11.

Hic erit glorioſus ſanctorum Chriſti Præcurſorum finis, à quo multum diſcrepabit finis Antichriſti, eiusq; aſſeclarum.

Poſt ſanctam & glorioſam mortem & Martyrium Enoch & Eliæ, veluti ex ſacro textu colligimus, adhuc ſuperuiuet Antichriſtus triginta diebus, ſub quorum finem, quia in omnibus falsò & apparenter Chriſto ſimilis ſtudebit, aſcendet Montem Oliueti, ibique ope & arte Dæmonum, qui ſub ſpecie & forma Angelorum lucis comparebunt, eleuatus, ſpectantibus videbitur propria virtute aſcendere in cœlum. Ob hanc viſionem omnes Antichriſti ſequaces obſtupefacti & attoniti, eidem, vt Regi ſuo, acclamabunt, & tanquàm proprium & verum Deum ipſum adorabunt. Apoc. 11.

Et ecce, Diuina ita diſponente Providentia, quæ diuturno tempore falſitatem neutiquàm regnare permittit, ipſemet Chriſtus comparabit in medio cœli: *Et ſpiritu oris ſui (id eſt flatu ſuo)* ſiue imperio & mandato ſuo *interficiet eum.* Quia ſancto Michaeli imperabit, vt ipſum Antichriſtum fulmine è cœlo deſcendente feriat, & præcipitet: quare ſubitò aperta magna terræ voragine, *hi duo* (Antichriſtus & Præcurſor eius) *viui miſſi ſunt in ſtagnum ignis ardentis ſulphurei*: à Sancto Michaele fulmine tacti viui in æternas flammas proſternentur; alii verò omnes Antichriſti aſſeclæ ignè miſerè abſumentur & peribunt. *Et cæteri occiſi ſunt in gladio.* Apoc. 19. Ubi per gladium non intelliguntur arma, ſed fulmen & flamma ignis: quemadmodùm colligitur ex alio loco Apocalypſis: *Et deſcendit ignis de cœlo, & deuorauit eos*: Apoc. 21. Præterea cum his omnibus pariter caſtigabitur Lucifer



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tanquàm omnium caput: *Et Diabolus, qui ſed*
*eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris*: id eſt, L
cifer generalis ſeductor protrudetur in idem ſta
Apoc.c.20. ignis & ſulphuris; *vbi & beſtia, & Pſeudopropheta*
& c.14. *buntur die & nocte in ſæcula ſæculorum.* Hic eſt fin
tremendæ & miſerabilis tragœdiæ Antichriſti. I
ius concluſione S. Joannes dicit hæc verba: *Hic p*
*tia Sanctorum eſt*: in conſideratione æternitatis
rum, in qua punientur reprobi Sanctorum erun
tientia. Quia, vt benè affirmat S. Auguſtinus, *Q*
*bibet tribulationis poculum, metuens ignem gehen*
Quis non lubenter & patienti animo ſufferet ma
poralia huius vitæ, vt effugiat æterna? Transactâ
teritâ hac cum morte Antichriſti tempeſtate, & fa
Luciferi factâ captiuitate, S. Eccleſia magnâ p
quiete gaudebit: & omnes in nouitate vitæ, in v
Chriſti, in conformitate legis & morum con
Deo dabunt gloriam, *quia fecit in illis miſeri*
*ſuam*, eosq; ab erroribus & fraudib⁹ Antichriſti e

Pro capitis huius complemento ſupereſt, vt b
videamus, quænam ſit cauſa, ob quam Diuina
dentia permiſſura ſit tàm magnam in Eccleſia ſu
lationem, & cur tàm amplam ac liberalem Dæmo
cedat licentiam & facultatem tentandi Chriſti
eisque nocendi. Variæ adduci poſſunt rationes, 
que propoſito huic conformes & optimæ; at v
contentus ero. Ut, nimirùm, magis innoteſcat, qu
fragilitas & debilitas noſtri liberi arbitrii in e
bonorum, &, quod non multùm nunc à Dæmon
fligamur, & tentemur, noſtræ non ſit attribuend
tuti; ſed quia Deus per ſuam miſericordiam m
rum continet ligatas, nec permittit, vt nos tent
vi & efficaciâ, quantâ vellent & poſſent. Undè C
Apoc. c.1. dicitur *habere claues Mortis & Inferni*. vbi per m
Apoc.c.6. intelligitur Dæmon, in quantum eſt cauſa Mor
*men illi Mors*) Enimuerò Chriſtus pro ſuo arbi
tentiam Dæmonis ligare & liberare, limitare & a
re poteſt, nè tentet, quantùm poſſit & velit, ſe
quantùm Deus ei permittit, & nè nos tentet ſup
noſtras. Undè ſemper grati ſimus, oportet, tant

gnitati Dei, quod poteſtatem Dæmonis in homines ita conſtringat, & intra limites contineat. O nos miſeros, ſi haberet facultatem & licentiam agendi id quod poteſt! Quis tam potenti & crudeli Aduerſario reſiſtere poſſet? Quare omni diligentia & conatu fugiendum eſt peccatum etiam leue, quia Deus in pœnam peccatorum permittere ſolet, vt in damnum noſtrum vires Inimici accreſcant & augeantur.

## *Commotio in Angelis & Cœlis.*

## Caput IV.

PRiusquàm Deus vltimâ pœnâ & ſupplicio peccatores afficiat; & eosdem iuſtiſſimâ animaduerſione puniat, non deerunt varia ſigna, eaque horrenda & terribilia, quæ Diuina Pietas eis manifeſtabit, vt ſancto correpti timore *fugiant à facie arcus*, fugiant, nimirùm, iram Dei per conuerſionem & emendationem vitæ. Ac primò conſideremus ſigna Angelorum: *Angelus iurauit per viuentem in ſæcula, quia tempus non erit ampliùs.* Comparabit Angelus Domini in forma corporea: & ponendo vnum pedem ſupra mare, & alterum ſupra terram exponet ac declarabit, quâ ratione Deus vniuerſalem habeat poſſeſſionem, & dominium in omnes res creatas, ac nullus iuſtam eius ſententiam effugere poſſit: & iurabit per æternitatem Dei, quod poſt elapſum breue tempus nullum ſuperſit aliud tempus. Quod eſt idem dicere: Jam tempus eſt, ô peccatores, quo ad Deum recurrere & vos conuertere poſſitis: hoc enim tempore ceſſante, ceſſabit motus cœli cum fine Mundi, nullus impoſterùm dabitur locus emendationi & pœnitentiæ. Et hanc veritatem iuramento æternitatis Dei confirmabit & atteſtabitur, vt nos inſtruat & doceat, non tempori, quod præterit & auolat; ſed æternitati ſemper corda noſtra debere eſſe affixa.

*Pſal. 59.*

*Apoc. c. 10.*

Subſequitur aliud ſignum. Signati erunt Chriſtiani

*Apoc. c. 7.* Crucis ſigno, nè ſimul cum Antichriſtianis punit
ira Diuina: *Nolite nocere terræ & mari, neque arb*
*quouſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus*
dixit Angelus ſuperior aliis quatuor Angelis
Dei miniſtris. Et hoc ſignum formabitur, v
quilibet Chriſtianus manu geſtabit quandam c
materialem, veluti modò nonnullæ geſtant Relig
vel quia frequenter hoc ſigno in fronte & pecto
gnabunt, vt omnibus veros Chriſti ſeruos ſe man
& declarent; vel quia ipſemet Angelus Dei fro
Chriſtianorum hoc idem ſignum inſcribet.
progrediamur ad ſignum omnium terribiliſſim
quilæ volantis, ruinam & ſtragem minitantis.

Scribit S. Joannes, quod viderit & audierit
præſentatione imaginaria (realis repræſentatio
in fine Mundi futura eſt, figura) magnam quand
quilam, quæ per aërem volabit & clamabit hæc in
prorumpens: Væ, væ, væ; *Et vidi & audiui vo*
*quilæ volantis per medium Cœli dicentis: Væ, væ, v*
*tantibus in terra.* Hæc Aquila erit quidam Ange
ſpecie & forma Aquilæ, & trina illa voce triplica
minabitur ſummam ruinam & miſeriam Mundo
nentem: & illud triplex *Væ* triplicem indicat m
corporis, videlicet, animæ, & æternæ damnationi
*Hugo.* *bitantibus in terra, id eſt, diligentibus terrena, & p*
*nentibus cœleſtia;* reprobris namque & malis ho
bus duntaxat, qui non corpore tantùm, ſed cord
que in terris habitant & bonis terrenis cœleſtia p
nunt, hæc pœna infligetur.

*Matth. 24.* De vocibus procedent ad facta & opera. *V*
*cœlorum commouebuntur*; diſturbabitur ordo
metria cœlorum: vndè omnia ſusque deque fe
Aut per *Virtutes cœlorum* intelliguntur Angeli
Chori, miraculorum operatores: quia ſub finem
di infinita & ſtupenda operabuntur miracula, v
natos deterreant peccatores, eosque ad pœnite
conuertant.

De ſignis Angelorum tranſitum faciamus ad
*Matth. 24.* cœlorum: *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit l*
*ſuum, & Stellæ cadent de cœlo.* Omnes ſtellæ & p

tæ denſiſſimis & obſcuriſſimis cooperientur tenebris: quia Deus non concurret deinceps cum eis ad illuminationem; induentur veſtimento lugubri, quaſi lugerent ac plangerent vniuerſalem Mundi mortem: lux abſcondetur & occultabitur, quia à corde miſerorum Antichriſtianorum diſcedet & exulabit omnis lætitia. *Et cœlum receſſit, ſicut liber inuolutus*: & totum cœlum apparebit quaſi in nihilum redactum, quia ſub inuolucro denſiſſimæ noctis ſuum abſcondet decorem & pulchritudinem, quemadmodùm liber inuolutus celat figuras ſuas. *Apoc. 6.*

## *Commotio in Inferno & Dæmonibus.*

## Cap. V.

INfernus quoque futuri & inſtantis Judicii ſignum dabit: *Angelus Domini aperuit puteum Abyſſi.* Deſcendet Angelus Domini, & aperiet portas Inferni hactenùs ſemper occluſas. *Et aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ.* Et è profunditate abyſſi exſurget magna copia fumi, ſimilis ei, qui exurgit è magna fornace. *Et obſcuratus eſt Sol. & aer de fumo putei*: & ex obſcura iſtius fumi nebula obtenebrabitur, cœlum, & tota terra obſcurabitur. *Apoc. c. 9.*

Hiſce nouis Inferni ſignis correſpondebunt alia ſigna Dæmonum. Omnes namque Dæmones noua rabie & furore agitabuntur: & terribilium horrendorumque monſtrorum aſſumentes ſpecies & formas inimicos & rebelles Chriſti tormentis exquiſitis affligent & excruciabunt. *De fumo putei exierunt locuſtæ.* E fumo infernali egredientur Dæmones ſub ſpecie locuſtarum, aliorumque animalium monſtruoſorum, ex variis figuris hominis, equi, leonis & ſcorpionis compoſitorum, & torquebunt Antichriſtianos. Primò, deterrendo terribili tali aſpectu. Secundò, *pungendo caudâ ſcorpionis*, *Apoc. c. 6.*

*pionis.* Tertiò, *mordendo dentibus leonis.* Interd
mones vnus reperietur, cui nomen *Mors*, palli
dens equo: & quocunque locorum ibit, ſub
eum Infernus: *Et ecce equus pallidus, & qui ſed*
loc. cit. *per eum, nomen illi Mors, & Infernus ſubſequebatur*
per hunc equum pallidum intelligi poteſt Antic
& is, cui nomen Mors, eſt diabolus, quia illius c
ſtit: ipſum ſequitur Infernus, quia quocunque
ſuam aſportat pœnam. *Et data eſt illi poteſtas ſuper*
*tuor partes Terra interficere gladio, fame & mort*
*ſtiis terra:* & Lucifero, mediante Antichriſto
aſſeclis, cõferetur poteſtas ſuper quatuor Mundi
vt plurimos fame peſte & belle occidere poſſit.

## *Commotio in hominibus.*

## Caput VI.

Inter procelloſi maris à variis furioſisq; vẽtis agi
tus repræſentabitur Mundus, cũ ad occaſum dec
Dan. c. 7. *Ecce quatuor venti pugnabant in mari magno.* Ve
ſecutionum, tumultuum, aſſultuum, ſeditionum
Luc. 21. in terris debachabuntur: *Surget gens contra gen*
*Regnum aduersùs Regnum*, & armis contendent.
*tuor beſtia &c.* quæ ſunt quatuor Monarchiæ, Ch
rum, Aſſyriorum, Græcorum & Romanorum
in deſtructionem alterius: prima deuorabitur à ſe
ſecunda à tertia: tertia à quarta, & poſt hanc ve
loc. cit. tichriſtus. In hac ſtrage & vniuerſali conflictu,
*erit preſſura gentium*, & vt legunt alii, *coarctatio,*
*ſtia, preſſura* Non videbitur aliud in mundo, qu
preſſio, conculcatio, cædes & ruina. Id verò, quod
ſuperabit malum, ſummumq; malum futurum
erit dolor pœnæ præſentis; ſed timor pœnæ futur
loc. cit. *ſcentibus hominibus pra timore.* Apparebunt velut
cti trunci, veluti emortua cadauera & vmbræ noc
veluti horrenda phantaſmata. *Pra timore*, effectus
ris venturæ Iræ Diuinæ: ignis, qui iam ex Infero
pere videtur: Juſtitiæ Dei, quæ virtutem ſuam o
& innuere intendit quantum de ſuo rigore pr
ſæculis occultauerit & celauerit.

## *Commotio in elementis.*

# CAP. VII.

TErramotus *factus eſt magnus; qualis nunquàm fuit,* Talis futura eſt concuſſio terræ, qualis nunquàm hactenùs viſa vel audita fuit. *Et ciuitates gentium ceciderunt:* & corruent in terram ciuitates Gentilium. *Et transferentur montes in cor maris* facti inſulæ maris, & tota terra mutabitur in voragines, voragines in abyſſos, abyſſi in ora Inferni horrenda, quæ aperientur, vt viuos deglutiant peccatores. *Apoc. t. 6. & c. 18.* *Pſal. 45.*

Terræ conſentiet Aer. *Grando magna ſicut talentum deſcendit*: grandines immenſi ponderis & magnitudinis ex aëre decident. *Et ex grandine facta eſt plaga magna*: & ex hac pluuia grandinum & lapidum magna conficietur plagâ, quâ percutientur Gentiles: *Et blaſphemauerunt Deum*: vbi hac percuſſi plagâ ad Deum ſe cõuertere deberent; indurati & obſtinati in propria malitia ſacrilega ora aperient, Deoque maledicent. *Apoc. c. 16.*

Nec deerunt ſigna in aquis: *Facta eſt tertia pars maris ſanguinis*: mare maiori ex parte conuertetur in ſanguinem. *Mons magnus, igne ardens, miſſus eſt in mare*: bona pars maris ex ardore ignis etiam exiccabitur. *Et facta eſt tertia pars aquarum in abſynthium*: & aquæ potabiles, quæ deſtinatæ erant in refrigerium & ſalutem hominum, cauſabunt mortem eas bibituris. *Apoc. c. 8.* *Apoc c. 9.*

Aqua ſe coniunget & aſſociabit quoque Ignis in deſtructionem Mundi. *Ignis miſſus eſt in terram*: pluuia ignis vna cum pluuia grandinum & ſanginis decidet in terram: *Et erit grando & ignis miſta in ſanguine*: & conficietur quaſi magna quædam maſſa ex grandine, ſanguine & igne compoſita. *Et tertia pars Terræ combuſta eſt*: comburetur tertia pars terræ. *Apoc. 8.*

Vltra hæc ſigna elementaria, alia adhuc erunt magis articulata, vt tonitrua & voces humanæ: *Et facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura*: & inter tonitrua &

trua & fulgura vndequaque audientur horrend[illegible]
ribiles voces, formatæ in hæc aut ſimilia verb[illegible]
*venio citò*, ecce vicinum Judicium: *Ecce D[illegible]*
*igne veniet*: ecce Judicem omnes ſuos inimico[illegible]
& igni adiudicaturum & condemnaturum. [illegible]
dicium para iuſtitiam, & diſpone te per exerci[illegible]
norum & ſanctorum operum.

Hic finis imponitur ſignis, quæ præcedent Ju[illegible]
& concludamus hanc materiam trinâ reflexion[illegible]
mò reflectamus nos ad infinitam Dei miſeric[illegible]
quæ tot tantisque mediis, non amoris duntax[illegible]
etiam timoris & terroris quærit & ſatagit emo[illegible]
catorum corda, & eadem ad ſe conuertere nitit[illegible]
cundò reflectamus nos ad obſtinationem & in[illegible]
dinem cordis humani, quod tot tantisque mini[illegible]
sùs non commouetur, non timet, nec formidat [illegible]
terribilium, vltimam miſeriam, vltimum & ſu[illegible]
malum ignis infernalis, & æternæ damnationis: [illegible]
reflectamus nos ad remedium pro tàm extremi[illegible]
quia noſtrum eſt credere, quod ſit Judicium, quo[illegible]
dex, quod detur ſententia & pœna: & debemus [illegible]
re certitudine infallibili primæ veritati conuer[illegible]
cogitare ac recogitare, & penetrare, quâ ratione [illegible]
ſit commutatio, de breui voluptate tranſire a[illegible]
æternum.

## *De pluuia & diluuio ignis.*

## Cap. VIII.

Pſal. 96. IGnis ante ipſum præcedet. Chriſtus Judex ve[illegible]
niet ad vniuerſale Judicium; & ipſius aduen[illegible]
ſtar præcurſoris præcedet denſiſſima ignis pluu[illegible]
exuret & abſumet totum Vniuerſum. Et quem[illegible]
dum diluuium aquæ, quod fuit tempore Noë, [illegible]
Gen. c. 7. tam excreuit altitudinem, vt *quindecim cubit[illegible]*
*fuerit aqua ſuper montes, quos operuerat*; eodem [illegible]
& ad eundem terminum aſcendet diluuium ignis. [illegible]
hoc diluuio modò tractabimus, ſicut & de ſtupen[illegible]

effectibus: qui, iuxta D. Auguſtinum, ad quinque redu- *S. Aug. lib.*
cuntur: Primus, purgabit Mundum: ſecundus, purifi- *20 de Civ.*
cabit bonos: tertius, excruciabit & torquebit impios & *c. 18. Gloſſ.*
malos: quartus, in cineres fauillasque omnes, tam bo- *ord. 2.*
nos, quàm malos reducet: quintus, damnatos poſt Iu- *Theſſal. 1,*
dicium abſorbebit, & cum eis in Infernum deſcendet.

Vt exordiamur à primò, veritas catholica eſt, ante *S. Tho. o-*
finem Mundi elementa & cœlos renouandos fore, ac *puſc. 60.*
nouâ luce & claritate inueſtiendos, vt Vniuerſum hoc o- *art. vlt.*
culis Beatorum appareat pulchrius & illuſtrius, & cor- *S. Tho. in 4*
pore humano dotibus Gloriæ ornato, iisdem quoque *diſt. 47. q. 2*
ſuo modo exornentur creaturæ ei ſubiectæ. *Ecce creo* *Iſa. 56.*
*cœlos nouos, & terram nouam.* Renouabit cœlum & ter-
ram, ac alia elementa mutatione non ſubſtantiali, ſed
accidentali: dicit namque Apoſtolus; *Præterit figura* *1. Cor. c. 7.*
*(& non ſubſtantia) huius Mundi.* Mundus præteribit *S. Tho. 3. p.*
& mutabitur, non quò ad ſubſtantiam, ſed quò ad for- *q. 74 a. 6.*
mam externam accidentalem: renouabitur recipiendo
nouum accidens; non verò nouam formam ſubſtantia-
lem. Hoc nouum accidens noua erit qualitas lumi- *Suarez diſp.*
nis & claritatis, quæ de nouo reſultabit in elementis ex *58 ſect. 2.*
reflexione & illuminatione corporum cœleſtium, quæ
tunc tantâ conſtabunt luce & ſplendore, vt facilè ele-
menta lucida efficere poſſint. Ex hac corporum cœ-
leſtium illuminatione: *Terra erit lucida & peruia, ſicut* *S. Tho. l. c.*
*vitrum in ſuperficie: Aqua ſicut cryſtallus: Aer, ſicut*
*nunc eſt cœlum: Ignis, ſicut nunc ſunt luminaria cœli,* Sol
& Stellæ. Eadem renouatio, imò maior futura eſt in
cœlis: *Cœleſtia corpora in Mundi innouatione ampliori* *S. Thom. in*
*luce & claritate decorabuntur.* Et hoc maius luminis *4. diſt. 44.*
incrementum non fiet *ab extrinſeco*, vti nonnulli aſſe- *q. 3.*
runt, ex ſplendore, nimirùm, luminis corporum beato- *Richd. in 4*
rum, hoc obſeruato ordine, vt corpora glorioſa ſuum *diſt. 48. p. 5*
lumen influant in cœlos, cœli in elementa; ſed, vt pro-
babilior fert ſententia, *ab intrinſeco*, tanquàm diſpoſitio
intrinſeca miraculosè à Deo cauſata, non propter neceſ-
ſitatem; ſed propter maiorem gloriam & voluptatem
Beatorum.

Præterea hoc augmentum luminis non erit idem
in omnibus, ſed diuerſum in diuerſis corporibus. *Erit*

*lux*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iſa.c.30. *lux Lunæ, ſicut lux Solis, & lux Solis ſeptiplici*
erit: ac modò eſt, & corpora beatorum ſeptipl
cidiora erunt.

Hæ ſufficiant de renouatione & glori
Mundi, quæ ob plures fines continget: primò,
ria Dei in Mundo magis reſplendeat: ſecundo,
qui eſt inter ſpiritus, reperiatur quoque inter c
ſpiritus humani in Gloria ſimiles erunt ſpiritib
gelicis, & elementa quoque in claritate ipſis
milia erunt: tertiò, vt Beati etiam oculo co
S.Tho.l.c. *quaſi ſenſibiliter*, videant Deum in Mundo
to: quartò denique, vt in Mundo ſit pe
quidam dies, quem nulla nox interrumpat:
præter lumen Solis & Lunæ. & cœlum tunc
dius, quàm modò ſit Sol, illuminabit vtramqu
di partem.

Vltra hanc renouationem Mundi poſitiu
fiet *per additionem luminis*, adhuc alia erit p
quæ fiet *per renouationem imperfectionis* contr
S.Th.loc.c. cis & repugnantis Gloriæ, & eſt *corruptio nat*
*infectio culpæ*: quia elementa in ſtatu præſenti
rias retinent qualitates, ſuntque domicilium
bitaculum hominum peccatorum: accedet ign
purgabit elementa ab omni qualitate contraria,
bet elementum reducens ad ſuam puritatem,
terra non ſit aliud, niſi terra, in aëre nil ſit
aër, & ſic de aliis. Tollet inſuper certam aliqu
decentiam & incongruitatem moralem contra
peccatis in hoc Mundo commiſſis: quemadm
templum aliquod contaminatum per peccatum
patratum, non cenſetur ampliùs locus ſacris m
riis aptus & idoneus, niſi primò aliquo modo
detur & purificetur. Totus hic Mundus eſt
templum Gloriæ Dei: vt igitur fiat habitaculum
poribus beatis conueniens, igne prius mund
purificetur, neceſſe eſt. Mundus ergò igne pu
& renouatus tria duntaxat continebit corporum
ra: cœlos, elementa, & homines: adeoque
bunt, & abſumentur omnia mixta, vt ſunt bruta, p

mineralia; cùm enim ille ſit ſtatus incorruptionis, nulla admittet corpora, niſi natura ſuâ incorruptibilia, uti ſunt cœli, & elementa *ſecundùm totum*, & homines *ſecundùm animam*. Unde ſequitur, quod illud, quod apud peccatores modò eſt in magna æſtimatione, vt ſunt horti, agri, palatia, magnificæ domus, inſuper theſauri, diuitiæ, gemmæ; quodque nunc iudicatur, vt ait Propheta, *Hortus voluptatis*, tunc erit *ſolitudo deſerti*: quia *ignis conflagrationis* cunctas has delitias & diuitias abſumet, deſtruet, ac in nihilum rediget. Intima penetrabit terræ viſcera, omne argentum & aurum ibidem ſepultum, vti & metallorum fodinas deuaſtabit & conſumet. Hic erit finis deſideriorum & concupiſcentiarum mundanorum hominum: totum ignis abſumet & deuorabit, totum cibus erit & alimentum flammarum voracium. Cor igitur noſtrum iis duntaxat bonis, quæ non timent ignem, nec tempori aut corruptioni & mutationi ſubiecta ſunt, affigendum eſt: & hæc ſunt æternæ diuitiæ, delitiæ perpetuæ, gaudia immenſa cœleſtis gloriæ. Hæc amate, hæc deſiderate, hæc ſint ſcopus & finis veſtrarum voluptatum & affectuum.

*S. Tho. in 4 diſt. 48. q. 3*

*Ioel. 2. 3*

Quamuis circa ea, quæ dicta ſunt, communis extet opinio, non deero tamen in referenda aliqua particulari ſententia, quæ eſt ſancti Anſelmi, ac proindè, cùm ſit tanto digna Authore, ſuâ non caret probabilitate: exiſtimat igitur hic S. Doctor, Terram poſt finem Mundi floribus immarceſſibilibus condecoratum iri: tùm quia digna fuit ſuſtentare & intra ſe continere Diuiniſſimum Corpus Chriſti; tum etiam, quia madefacta & irrigata fuit ſanguine Martyrium; vndè in maiorem gloriam Sanctorū apparebit vnus inſtar paradiſi. Verba S. Anſelmi ſunt hæc; *Terra, quæ in corpore ſuo Corpus Chriſti conſouit, tota erit vt Paradiſus: & quia Sanctorum ſanguine eſt irrigata, odoriferis floribus, liliis, roſis, violis immarceſcibilibus erit perpetuò decorata.* Inquirunt Doctores in hac materia, quando nam futura ſit hæc Mundi renouatio, num antè, vel poſt vniuerſale Judicium. Sanctus Auguſtinus exiſtimat eam futuram poſt Judiciū, ſic enim determinat: *Poſt Iudiciū vltimo lo-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ximo loco erit conflagratio & Mundi innouatio.* S
mas contrarium cenſent eſſe verius, euenturam
cet ante Judicium. Vtraque opinio probabilis
hilominus ſententiam Sancti Thomæ probab
eſſe iudico propter hanc rationem, quam idem
ctor etiam innuit, vt Mundus reddatur idoneus
poſitus ad recipienda Beatorũ corpora, & mult
recipiendum Corpus Chriſti & ſanctiſſimæ Mar
ideò expurgari & mundari debet ab omni in
ctione & phyſica & morali. Ad authoritatem
Auguſtini reſpõdet deindè S. Thomas: *non deter*
*do, ſed opinando.* Neque dici vel obiici poteſt
dum de nouo damnatorũm præſentiâ inficiendu
quia tunc Mundus quaſi ad Gloriæ ſtatum eleuat
imperfectionis incapax erit, neque eam perm
admittet præſentia Corporis Chriſti & Bea
Quod ſi tamen minima aliqua macula remane
purgabitur, tolleturquè eodem igne, qui expedit
pletoque conflagrationis ſuæ officio deſcen
Infernum, & alteri ſeſe coniunget in perpetuam
& tormentum miſerorum peccatorum. Hæ
mo effectu ignis.

Secundus effectus ignis eſt purificare bonos
ſtos, qui in vita ſua plenam haud exhibuere ſatis
nem pro ſuis peccatis: vndè ignis ille inſeruiet
Purgatorii: Et quia dictus ignis vt inſtrument
ſtitiæ Diuinæ operabitur, *ſentient boni cruciat*
*ignis, plùs vel minùs, pro meritorum diuerſitate.*
ignis ſufficiens erit, vt tàm breui tempore omnia
ta & culpas purgare poſſit; primò, quia *pauca*
*tur purganda*, eò quod omnes boni tribulation
perſecutionibus præcedentibus valdè benè pur
mundari fuerint. Secundò, quia *pœna voluntar*
*eò magis purgat*, veluti eſt pœna huius vitæ, & e
ſatisfactoria, quàm pœna poſt mortem. Tert
intenſio pœnæ ſupplebis breuitatem extenſion
poris.

*S Tho. 3. p. loc. cit.* Tertius effectus. Torquebit malos, & tunc
ſeſſionem capiet illorum corporum, qua deindè

ferno per totam æternitatem excruciabit. Neque deerit hic ignis corporibus emortuis; quia ſubitò reſuſcitata ab eodem infeſtabuntur igne, quo poſt mortem rediuiua excruciabuntur.

Quartus effectus. In cineres rediget omnes homines tam bonos quàm malos; at iuſti, qui ab omni culpa & reatu liberi reperientur, nullam ab igne percipient pœnam & dolorem: quemadmodùm tria adoleſcentum corpora in fornace Babylonica ab omni pœna & dolore euaſere libera. *S.Tho.lo.c.* *Dan.c.3.*

Quintus & vltimus effectus iſtius ignis erit deglutire & abſorbere damnatos poſt Judicium, & cum iis dem deſcendere & deturbari in Infernum. *Fluuius igneus rapiduſque egrediebatur à facie eius* (erit ante thronum Judicis) *Et inflammabit in circuitu inimicos eius*, & in Infernum omnes aget præcipites. Hic erit Mundi finis & terminus, maxima Gloria Beatorum, & maxima pœna damnatorum. *Quidquid erit turpe & fœdum in Mundo, in Infernum cum impiis mittetur: quid quid verò pulchrum & nobile reſeruabitur in ſuperioribus ad Gloriam Electorum. Et ſicut Gloria Beatorum poſt Judicium erit maior, quàm ante; ita & pœna reproborum.* Et hæc de effectibus finalis Ignis, purgatiui huius Mundi. *S.Tho. 3.p. q.74.a.9.* *Dan.c.7.* *Pſal.96.* *S.Th.l.cit.*

Pro coronide huius capitis, ſupereſt, vt conſideremus, quâ ratione debeamus eſſe diſpoſiti & parati ad effugiendam pœnam adeò tremendam & horribilem. Ante diluuium aquarum voluit, ac præcepit Deus, vt centum annorum ſpatio ante aquarum inundationem homines ſe diſponerent, & agerent pœnitentiam: quantò magis præparatio neceſſaria eſt pro diluuio ignis? Quilibet interroget ſeipſum, quomodo præſtolabitur ignē, an vt amicum, vel vt inimicum; Ad bonos veniet, vt amicus, non vt eos lædat & offendat, ſed diſponat ad Gloriam; & ſi quis aliquâ contaminatus fuerit macula, eam tranſeunter tollet; ſed ad malos veniet vt inimicus & crudeliſſimus tyrannus, vt Inferni principium, vt eos cruciet, torqueat, & præcipitet in abyſſum æternam. Peccatores eo tempore erunt ſicut ſtipula: *Omnes facientes impietatem, ſtipula*, vt comburantur & abſumantur ab igne; aſt boni & electi, *tanquam aurum probatum* *Malach.4.*

in fornace illius ignis, migrabunt ad æternos cœ
thuſauros.

## *De vltima tubâ citante ad Iudicium.*

## CAP. IX.

POſt ſeptem tubas ſeptem Angelorum, qui prod
bunt, & operabuntur vltimam ſtragem & m
Mundi, cum tot tantisque ſignis & prodigiis ſup
plicatis, & poſt mortem vniuerſalem hominum c
tam ab igne, per quem & omnes redigentur in cin
prodibit in medium vltima tuba octaui Angeli,
vocabit & citabit omnes mortuos, vt accedant &
no ſe ſiſtant Judicio De hac tuba adeò funeſtâ, ter
ingratâ malis & reprobris: iuſtis verò gratâ &
deſiderabili iam differemus, diſtinguentes & exa
tes eius materiam, formam, & efficaciam. Et vt a
*S. Anſel. in Elucid. c. 69.* ria initium ducamus, tuba hæc, vti affirmat S. Anſel
materialis erit & ſenſibilis, ex materia aërea con
ta, quemadmodum ipſemet Angelus compare
forma corporea, & formabitur iuſſu & præcepto
*1. Theſſ. c. 4.* ſti, ac miniſterio Angelico, veluti prædicit Apo
*In iuſſu, in voce, Archangeli, in tuba Dei.* Hæc
Dei, horrenda tamen inſtar tonitru, recipiet
ſe, primò, à iuſſu & mandato Dei: ſecundò, à mi
& cooperatione Angeli.

Angelus hic erit ſanctus Michael Archangelu
cleſiæ Princeps, qui & aliis imperabit Angelis,
*Mag. ſent. diſt. 43.* aliis eodem fungantur officio, cunctisque denu
aduentum ſummi Iudicis in Mundum. Hæc o
*Anſelm.* quod, nimirum, non vna ſola; ſed plures eſſe debe
*1. Theſſ. c. cit.* bæ, conformis eſt textui græco, quia vbi in latin
tur: *In iuſſu, in voce Archangeli, in tuba Dei;* in g
loco (*in iuſſu*) legitur (*in celeuſmate*) *id eſt*, cōclam
*Angelorum*: quia ingens aderit exercitus Angelo

qui omnes conflato conſenſu tubis per totum Mundum reſonantibus canent, ac vniuerſum genus humanum cum omnibus ſpiritibus creatis, & cœleſtibus, & terreſtribus, & infernalibus, quaſi ad diribitorium, conuocabunt: vt vnà omnes in eodem loco compareant, expectentque Chriſti aduentum ad Judicium. Sonus & clangor tubarum, qui vndequaque audietur per totum Mundum, non informis & confuſus; ſed formatus & articulatus erit: neque ſonus & vox duntaxat, ſed & ſignificatum ſenſusq; verborum percipietur. Ex ſonis iſtis hæ voces, tanquàm fulmina, prodibunt: *Surgite mortui, venite ad iudicium*: vel, vt alii volunt; *Reſurgant mortui*: aut dicetur: *Apparate vos, Iudex enim propè eſt.* Verba hæc, ſi non ex toto, ſaltem maiori ex parte ab omnibus & ſingulis percipientur; etenim reſurrectio fiet in momento; & ſonus verborum aliquo tempore durabit: vndè ad ſonitum duorum iſtorum verborum (*Surgite mortui*) omnes mortui reſuſcitabuntur & reſurgent audientque verba ſequentia; *Venite ad Iudicium*. Aſt quantâ cum diuerſitate audientur ab omnibus verba iſta: *Venite ad Iudicium*? quàm diuerſum reſpectu bonorum & reproborum habebunt ſignificatum? Bonis erunt verba Vitæ æternæ, inuitamentum ad Gloriam, totiusq; fœlicitatis compendium; aſt malis & improbis mortis prænuncius, præambulum damnationis, omnisque miſeriæ & calamitatis poſſibilis diſtillatio. Verùm purgamus ad horum verborum efficaciam: *Dabit voci ſuæ vocem Virtutis, id eſt, effectum reſurgendi mortuorum*: voci Archangeli buccinantis dabit virtutem & efficaciam, vt ad reſurrectionem mortuorum effectiuè concurrere poſſit: In qua voce variæ cauſæ conſiderari poſſunt: prima ac principalis erit Deus, ſanctiſſima Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: ſecunda, tanquàm cauſa inſtrumentalis primaria & coniuncta erit ſanctiſſima Chriſti Humanitas; tertia, tanquàm cauſa inſtrumentalis ſecundaria & ſeparata erit vox Angelica in tuba. Igitur vox illa erit *Diuinæ Potentiæ inſtrumentum* in reſuſcitandis mortuis: vndè erit vox ſignificatiua & affectiua ſeu operatiua ſimul, quia id operabitur, quod ſignificat, & ſignificabit id, quod operatur.

*S. Hieron. S. Chryſoſt. Theophil.*

*Pſal. 64. Mag. ſent. in 4. diſt. 43.*

*S. Thom. in 4. diſt. 43. q. 1. a. 2. Suarez diſp. 50. ſect. 4. Tolet.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ioan. 5. & Apoſt. loc. cit.*

Conſidera, quâ ratione ad primum ſonum & cla
rem huius tubæ, *in momento, in ictu oculi*, &, veloq
S Hieronymus, *in atomo indiuiſibili temporis* u
Uniuerſum turbabitur, commouebitur, & alter
Omnes vnâ vice reſuſcitabuntur mortui per totum
rarum orbem, & vnaquæque pars Mundi ſuos
mortuos. E mari prodibunt aliquot hominum
rum, iamdudum in eodem ſubmerſorum; exc
terra ſeſe aperiet in pluribus partibus, & nuda oſſa
ne veſtita & redacta in corpora viuentia reſtituet:
res quoque & pulueres per diuerſas orbis partes
vitæ recipient ſpiritum, & viuent. Procedet adh
terius tubæ Diuinæ virtus & efficacia, quippè quæ
gorem ſuum extendet ad ipſum vſque Infernum, d
mnatorum aures efficaciter penetrabit. Et ecce ad
mum illius tremendæ vocis ſonitum damnatæ anim
Inferni ergaſtulo exire cogentur: Quis hoc cred
Aperietur porta carceris infernalis, quotquot in eo
ſtunt animæ, exindè diſcedere renuent, eligerent m
rem potiùs ſubire pœnam, quàm vnum ponere pe
extra Inferni portam.

Neque id mirum eſt, quia optimè cognoſ
quod egreſſus ille cedet eis in maiorem damnation
quodque animæ iam corpori rurſùm vnitæ duplica
pœna, quia & in ſe, & in proprio corpore patietur. C
ſidera illud miſerrimum & pœnale iter, quod anima
mnatæ conficient: primum iter inſtituetur ab Infe
ad locum, vbi eſt proprium eius corpus, quod illam
pectat: ſecundum à loco reſurrectionis ad locum J
cii: tertium à loco Judicii ad abyſſum Inferni. C
ſidera in primo itinere, quomodò miseræ illæ an
egredientur, Dæmonum ſtipatæ catervâ, qui ea
reis catenis vinctas detineant ad locum deſtinatum
tra earum voluntatem conducant, cædant, verber
torqueant. Ex alia parte alii conſpicientur Dæm
qui corpori aſtabunt & animæ aduentum exſpectab
vt ſubitò ſimul vniantur, & corpus incipiat vitam
potiùs mortem immortalem. Tunc anima, vide

corpus ſuum adeò deforme, abominabile, teterrimumque exhalans odorem, abhorrebit ingreſſum corporis; at Dæmones eam intrare compellent. Et quânam ſe inuicem impertiect ſalute, quomodo anima ſalutabit corpus, & corpus reſalutabit animam? Anima dicet: maledictum corpus, propter te ad hunc deueni ſtatum, tu damnationis meæ cauſa extiſtis. Reſpondebit corpus: maledicta anima, tuum erat me corrigere, non conſentire effrænatis meis cupiditatibus & deſideriis. O corpus quondam amicum, nunc inimicum! O vnionem quondam valdè deſideratam, nunc omninò exoſam! Cape donum, ô corpus, quod tibi offert & exhibet anima, te ſuæ reddit pœnæ participem. Et ecce, cùm anima intrat in corpus, incipit ardere; ecce ſubitò comparet ardentis inſtar fornacis ignem vndèquaque ſpirantis. Hic eſt finis primi itineris, progrediamur ad ſecundum.

Optaret miſera anima hic morari & perſiſtere, & non progredi vltrà; at Dæmones eam in corpore adeò graui & ponderoſo ambulare compellent: tandem violentiâ Dæmonum coacta locum attinget Judicii: Quis enarrare poterit, quâ pœnâ, quâ confuſione tunc afficietur anima, cùm in ſtatu illo damnationis, in præſentia tantæ multitudinis comparebit? Creſcet triſtitia, quandò apparebit ſummus Judex eandem condemnaturus. Tertium iter, omnium difficillimum & peſſimum, à Judicio, nimirùm, ad Infernum, ſupereſt examinandum, de quo mox ſuo loco dicetur.

Eiuſdem vocis imperio aperientur quoque portæ cœlorum, vt ſine mora deſcendant animæ beatæ ad viuificanda corpora. O quantum hoc iter diſcrepabit ab alio, eò hoc beatius & fœlicius, quò illud deteſtabilius & maiori ſubiectum miſeriæ! In primo itinere recedent animæ beatæ à cœleſtibus ſedibus, & ad locum, vbi propria earum corpora tàm beatum præſtolantur conſortium, migrabunt. Ad huiuſmodi iucundum ſpectaculum concurrent Angeli, quorum alii aſſiſtent animabus, alii corporibus. Accedent animæ,

& proximiores factæ viſis corporibus, amanti
deliſſimiſque conſortibus ſuis, nouo replebun
lo & lætitia. Haud explicari poſſunt gratiarum a
benedictiones laudis, acclamationes & applau
ſibi inuicem referent, corpus animæ, anima c
Benedictum corpus (dicet anima) quantas tib
referre gratias! mei cauſa te ſemper mortifica
ptum, meiſque præceptis obediens ſemper
Benedicta anima (reſpondebit corpus) tibi deb
& benedictio: etenim totam te Diuino imper
uitio, tuoque valore me quoque ad hunc perd
Tob. 12. nem. Replicabunt Angeli: *Benedicite Deu*
*coram omnibus viuentibus confitemini ei, qui*
*biſcum miſericordiam ſuam.* Corpora tum
& veſtita Gloria, agilia, ſubtilia, ſplendida &
bilia eodem Angelorum ſtipata comitatu,
mento in loco Judicii deſtinato conſtituta e
tremam meritorum ſuorum mercedē, nec nō
tionem & quaſi ratificationem ſententiæ Glo
morte datæ recipiant. Et completo ac finito
vt mox dicetur, cum vniuerſali creaturarum a
lætitiā redibunt ad cœlum, vt duplicatam repo
ronam ac Gloriam; & quò ad corpus, & quò ad
glorioſam.

Pro noſtro ſpirituali profectu obſeruand
eſt documentum Apoſtoli: *Ecce myſterium*
1.Cor.14. *omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes imm*
Vult dicere Apoſtolus: Inter omnia fidei noſt
ria propono vobis myſterium reſurrectioni
myſterium occultum, myſterium ſecretum
duorum verborum fide firma conſiſtit: *Omn*
*reſurgemus*, & reſuſcitabimur; *ſed non om*
*tabimur*, & Gloria veſtiemur; omnes erimus
tales, non tamen omnes in vita, ſed multi in m
nes reſuſcitabimur, non omnes tamen, vt regn
multi, vt pœnam ſuſtineant.

Hac conſideratione Sanctorum animæ & co
quot in biuio hæſere ſalutis, veluti torcular

compreſſa ſcire deſiderarunt, nùm eſſent è numero prædeſtinatorum aut reproborum. Quamobrem conſulit nobis Apoſtolus, vt hanc veritatem, nos, nimirùm, certos eſſe de reſurrectione, at non de Gloria ſecuros, animo cogitationeque ſemper voluamus, & bonâ ſanctaque vita ad bonam mortem nos diſponere ſatâgamus: vt cum certitudine fidei reſurrectionis noſtræ iungamus certitudinem moralem Gloriæ.

Et hæc de memoria vniuerſalis Judicii ſufficiant. De forma & modo, quo illud executioni mandabitur, nunç dicendum eſſet; at de hoc libro ſequenti tractabitur.

# Finis ſecundæ Partis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PEREGRINI TERRÆ

ſeu

*Præparationis ad bonam mortem.*

## PARS III.

## LIBER SEXTVS.

### *Forma Iudicii vniuerſalis, & memoria Inferni.*

APpropinquante tempore à De terminato ab æterno, quo finis netur tempori, vltimo Mundi ter necnon Regnum Chriſti ad ſuam cetur perfectionem & complem varias Judex noſter vniuerſalis parabit expeditio legationes ad homines, quibus hanc ſuam dete tam voluntatem diuerſis ſignis & prodigiis man bit. Ecce adimpleta cuncta Prophetarum ora quò ad euentus præcedentes Judicium: ſuper taxat, vt verificetur vltimus eius actus, qui eſt ad

dicii. O quàm jucunda & glorioſa ea erit repræſentatio bonis: O quam mœſta & miſerabilis ea erit tragœdia malis! De hoc vltimo actu diſſerendum eſt hiſce vltimis capitibus, in quibus tùm propter magnificentiam Judicis, tùm propter Aſſeſſorum qualitates, tùm etiam ob alias circumſtantias, diſtinctè exponendas, clarè perſpicietur, quam metuendus ſit magnus ille dies, & quanto ſtudio in hac vita nos præparare debeamus, vt in eodem diſpoſiti compareamus.

## *Magnificentia Judicis.*

## Caput I.

UT in præſenti capite exordiamur à magnificentia & excellentia Judicis; ex ſeptem conditionibus & circumſtantiis, quarum ſacri Evangeliſtæ mentionem faciunt, iſta eruitur: ex excellentia Throni, Maieſtatis, in qua Chriſtus apparebit, ex Poteſtate, ex Gloria, ex Virtute, ex Angelorum comitatu, ex Vexillo Crucis, ex congregatione Gentium: *Videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, & gloria, cum poteſtate magna, & maieſtate, & omnes Angeli cum eo. Parebit ſignum Filii hominis in cœlo, & congregabuntur ante eum omnes gentes.* Mar. 13. Luc. 21. Matth. 25.

## *Thronus.*

EX rationabili cõiecturâ, noſtro modo loquendi, affirmare poſſumus, quod ſanctus Michael Archangelus, prout officii eius ratio & conuenientia exigit, immediatè ante aduentum Chriſti iamiam in Mundum venturi, cunctis cœli incolis Domini ſui ſit indicaturus intentionem, quâ ratione, videlicet, is in publicum prodire, & Mundo apparere intendat magnâ cum pompa, talique apparatu, qualem nullus hactenus vidit, neque deinceps viſurus eſt, ac modo inſolito egreſſum è proprio Empyrei loco meditetur, quemadmodum alia



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Suarez 3.p.* vice fecit, quando propriæ Matri in aſſump
*tom. 2 diſp.* obuiam præceſſerit. Prætereà omnibus intim
*51. ſect. 4.* illo compareant ſub ſpecie & forma iucundiſſi
*Idem loc.* gnificentiſſima, & ſacroſanctæ Humanitati Chr
*cit. ſect. 3.* tùm fieri poſſit, aſſimulari ſatagant, veſtientes
*Cornel.* corporea, pulchra, decora ac reſplendente.
*Matt. c. 25.* Omnes ſpiritus cœleſtes ex Choris & Hierar
nibus, hoc recepto nuncio, ſeſe exhibebunt pro
mos, vt obediant Regi ſuo, compareantque
ultaturi gaudio: neque ſolùm in aſſumptis co
ſplendore & gloria coruſcantibus ſe ſiſtent; ve
pro maiori ſolemnitate triumphi Chriſti mu
ſtis aulæ pulſantes inſtrumenta decantabunt
& encomia ſui Saluatoris. Juſſu deindè Pri
*S. Thom. o-* Ducis cœleſtis militiæ exercitus quidam Ang
*puſc. 60.* cœlo prodibit, in aëre thronum ſedis inſtar
*Suarez* nubibus formaturus, in quo ſedens apparebit
*diſp. 57 ſect* bit Rex gloriæ. Subitò magna Angelorum
*3.* tium conſpicietur caterua, qui, vt ita loquar,
*Abulenſ. in* num admouebunt. Ingens formabitur ex
*cap. 24.* repræſentans ſpeciem & formam alicuius ſedi
*Matth. q.* lis, ſub qua magnus conſtituetur numerus An
*176.* ex choro Thronorum, vt thronum ad nu
mini, qui in eo ſedebit, moueat. Verùm d
li præſtolantur aduentum ſui Domini, con
*Suarez l. c.* nos tantiſper conditiones huius throni. Hæc
formam currus triumphalis efformata tres p
habebit conditiones: primò, erit lucidiſſim
*cidior Sole*: & lumen hoc recipiet à lucis rad
pore Chriſti prodituris. Pro maiori explica
minis huius, vocat Propheta thronum Chri
*Dan. c. 7.* num flammæ ignis: *Thronus eius flamma ign*
que vnica duntaxat nubes erit, ſed plures
*Matth. 24.* globatæ, iuxta Diuinum oraculum: *Videbi*
*hominis venientem in nubibus.* Ex quo liquet
ſiorem fore deſcenſum Chriſti ad Judicium, q
aſcenſus eius in cœlum: in hoc namque ab
nube ſuſceptus fuit: *Nubes ſuſcepit eum ab ocul*
in illo verò à pluribus ſuſcipietur nubibus.
aliquis: ſi Chriſtus deſcendet *in nubibus*,

fert ſanctus Marcus Evangeliſta: cur igitur ſanctus Lucas loquitur in numero ſingulari: *Videbunt Filium hominis venientem in nube*; Reſpondeo Chriſtum deſcenſurum in vna & pluribus; quia vna immediatè claudet & tanget corpus eius, aliæ verò illud ornamenti loco vndequaque circumdabunt. Inſuper dubitant alij, an nubes illa quæ immediatè claudet corpus Chriſti, ſit futura eademmet illa, quâ aſcendit in cœlum. Sunt nonnulli, qui reſpondent affirmatiuè, ducti verbis Evangeliſtæ: *Quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum, ſic veniet*: ergò in eadem nube conſeruata, aut reproducta. Verùm communis opinio eſt, eam fore diuerſam; vndè illud (*ſic*) *non determinat modum, ſed actum tantùm aſcendendi & deſcendendi*; & vult dicere Evangeliſta, quod, ſicut in cœlum aſcendit Chriſtus Dominus noſter; ita deſcendet, licet diuerſo modo & apparatu.

Toſtat. in c. 24. Matth q. 180. Marc. 13. Luc. 21.

Luc. loc. c.

Toſtat. lo. c.

Secunda conditio. *Erunt nubes non ſolùm lucidæ ſed proceloſæ ſpirantes ignem & fulgura in impios.* Sicque eadem nubes delectabilis, grata & iucunda erit oculis Juſtorum; horrida verò, terribilis & ingrata oculis impiorum.

Tertia conditio. Erunt nubes ſacroſanctæ & ſacratæ per contactum ſacratiſſimi corporis Chriſti, ac propterea huic Diuino vſui ſolùm dedicatæ: vndè terminato earum officio, finito ac completo Judicio, ſtatim ac Chriſtus ab eis recedet, reſoluentur in materiam primam, nec ad vllum alium vſum deputabuntur. Ex omni igitur parte hæ nubes digniſſimæ ſunt, ac nobiliſſimæ. Primò *propter originem*, quia aut immediatè à Deo per creationem, aut miniſterio Angelorum productæ ſunt, nec ſuum principium à terra deducunt & agnoſcunt, quemadmodum aliæ nubes ex vaporibus & exhalationibus terrenis formatæ, quæ eo tempore ceſſabunt, quo ceſſabit motus cœlorum. Secundò, ſunt etiam nobiliſſimæ *propter materiam*, quæ aut erit de nouo à Deo creata, aut erit ſubſtantiæ aëreæ iam renouatæ & perfectè purgatæ per ignem, & quaſi ad glorioſum quendam ſtatum eleuatæ propter augmentum luminis. Tertiò, nobiliſſimæ quoque ſunt *propter officium*, quod eſt totum ſacrum & Diuinũ.

S. Thom. opuſc. 69.

Hinc vndique repletæ erunt ſpiritibus beatis
Deo Vno & Trino, qui tanquàm Judex pri
Judicium accedet ; ſed modo incognito &
repletæ denique Humanitate Chriſti in ſtatu
& glorioſo eâdem veſtitâ Gloriâ, cum qua
in cœlis. O Nubes glorioſæ & benedictæ, qui
gnè exprimere poterit dignitatem veſtram? qu
minibus & titulis vos condecorare & appellare
appellabo vos currus nobiliſſimos Triumphi
mi & Diuiniſſimi Chriſti, ſedem & thronũ Im
Diuinæ Maieſtatis, tribunal Diuinæ Juſtitiæ,
rum procedet Judicium rationalis naturæ :
Oratores, qui gloriam exponitis Diuinarum p
num, proclamatis Chriſti Diuinitatem, eumque
eſſe Deum & Hominem demonſtratis: manife
finitam eius potentiam, infinitam iuſtitiam,
miſericordiam. Vos eſtis ſpecula lucidiſſimi
bis namque boni æternam ſuam contemplantu
tatem, mali æternam miſeriam. O quantam
inuidiam ſtatus veſter totus Diuinus, non te
humanus! O quàm lubenter vos imitarer? D
rem animæ meæ, vt ad imitationem veſtram
Chriſti ſedes, habitaculum & templum Dei,
exequeretur munus & officium, alium non inte
nem, quàm vt totam ſe impenderet ſeruitio De
nonniſi Angelorum frueretur ſocietate & comit
eam mouerent, ducerent, & cuſtodirent firma
bilem ſemper in Diuino amore. Hęc de Diui
no Angelorum miniſterio fabricato ſufficiant.
cœleſtes ſpiritus aliam adhuc, & huic ſimilem e
materia formabunt ſedem Imperialem, quæ pr
inſeruiet ſanctiſſimæ Matri : quia *nunquàm F*
*Matre. Eſt ab æterno prædeſtinatus Ieſus, & cum*
*Eſt incarnatus, ſed de Maria. Reclinatur*
*ſepio, ſed à Maria. Adoratur ibi à*
*leſti, ſed ſimul cum Maria. Pendet in cruc*
*ſed prima iuxta crucem Maria. Reſurgens prim*
*ruit Maria. Aſcendit in cœlum, ſed vt prim*
*dona Maria. Sedet ad dextram Dei, ſed conſed*
*tre Mariâ. Deniq; venturus ſperatur ad iudic*
*quis non etiam cum illo venientem, atque etiam*

Cathar. lib. 1. de Concept. B V. p 6. mihi 16.

*tem ſuo lateri contemplatur Mariam?* Ergò nunquàm Filius ſine Matre; Ubi erit Filius, ibi & Mater erit: vbi Jeſus, ibi Maria. O Diuinum nexum & copulam nunquam in æternum ſeparandum!

Bethſabea, figura Beatiſſimæ Mariæ Virginis, collocata fuit in throno particulari ad dextram Salomonis filii ſui: *Poſitusq; eſt thronus Matri Regis, quæ ſedit ad dextram eius.* Idem aſſerendum eſt de throno Matris Dei, cum collocandum fore vicinum throno Chriſti, & ad dexteram eius. Siquidem omni ratione & humanæ & Diuinæ conſentaneum eſt, vt filius honoret Matrem, ac die illo compareat quoque B. Virgo Maria ad gloriam & conſolationem ſuorum deuotorum clientum. Et quod gaudium, quam lætitiam & iubilum tunc percipient boni viſâ ſuâ Reginâ & Matre miſericordiæ: à qua, & per quam eam, quam adepturi ſunt, agnoſcent coronam? Qualem triſtitiam, & internum cordis cruciatum ſentient mali, videntes B. Virginem non iam Matrem Miſericordiæ, ſed Matrem Juſtitiæ effectam, conſentientem Filio, eiusque Juſtitiam magnificantem? Hic erit ſecundus thronus poſt thronum Chriſti. Infra hos formabunt Angeli adhuc alios thronos in ſitu inferiori, in quibus ſedebunt Chriſti Aſſeſſores, illi, nimirū, Sancti, qui ſimul cū Chriſto iudicabunt, vti mox dicetur.

Finitâ hac primâ functione Angelorum alii remanebunt in cuſtodia throni Chriſti, alii ſuum adibunt Ducem & Principem operis ſibi impoſiti intimantes executionem. Tùm S. Michael viſâ cœleſti ſuâ militia in ordinem iam redacta, & pompoſè adornata, vt Chriſtum in glorioſo ſuo triumpho comitetur, monebit Regem ſuum & Dominum, quod *iam parata ſunt omnia.* Et ecce ordine procedunt Angeli, reſonant vndique tubæ, ſuauis auditur cœleſtis aulæ melodia; vltimo loco venit Chriſtus cum Matre ſua, penetrat cœlos, veluti eosdem penetrauit in Aſcenſione ſua. Cuncti cœli ciues & incolæ comitantur, omnes ei applaudunt, nec vnus in cœlis remanet, egrediuntur omnes, ciuitas Dei remanet deſerta; & terra mutatur in cœlum. Aſcendit Chriſtus thronum ſuum, vti & ſuum Virgo Deipara. Jubet & præcipit cæteris Angelis S. Michael, vt paula-

tim

3. Reg. 2.

*Toſtat. in Matth. c. 14. q. 179.*

tim & regiâ, quâ par eſt, grauitate moueant thro-
orſum ad eum vſque locum, in quo Chriſtus reſid-
dicaturus, idque ſubitò executioni mandabitur.
uſque de prima circumſtantia, videlicet, de Maie-
tia Judicis, quæ reſultat ex dignitate throni; ſe-
ſecundâ de Maieſtate.

## *Maieſtas.*

*Matth. 25.*

CVm venerit Filius hominis in Maieſtate ſua. Q-
quâ magna ſit Maieſtas Chriſti externa & ſen-
in qua ventur⁹ ad Judicium apparebit, facile c-
iici poterit. *Venit, vt cognoſcatur Deus*: venit
nifeſtetur eius Diuinitas: venit, vt Mundo inno-
eundem, qui fuit Crucis affixus ligno, tanqu-
probrium hominum & abiectio plebis, eſſe ver-
um, Regem & Dominum omnium creaturarum,
tius Vniuerſi Judicem: vndè habebit in veſtim-
in femore ſuo ſcriptum: *Rex Regum, & Domin-*
*nantium.* Igitur Maieſtas erit, non humana, & v-
ri hominis, ſed Diuina, & vnius hominis Dei. T-
ieſtas erit, vt, opinione Doctoris Angelici, peccat-
iam & infideles, abſque eo, quod videant Diui-
Chriſti, & deſtituti etiam fidei lumine manifeſtè -
ſint, Chriſtum eſſe Deum, propter ſigna, qu-
bunt, Diuinitatis manifeſtiſſima: *Etiam impij ma-*
*cognoſcent Chriſtum eſſe Deum, non ex inſpectione*
*nitatis, ſed per manifeſtiſſima Diuinitatis indicia.*

*S. Auguſt. apud D. Anton. p. 4 11. q. 12.*
*Pſal. 21.*
*Apoc. 19.*
*Add q. 90.*

Hæc Maieſtas Chriſti Deo digna eruend-
cialiter ex apparatu externo, in quo apparet. N-
men Maieſtatis aliud non ſignificat, quàm *Magn-*
*ſtatus*: vndè Maieſtas idem eſt, quod *maior & m-*
*ſtatus*, vt propterea nō omnibus competat, ſed ſ-
& digniſſimis Perſonis, quales ſunt Reges & Imp-
res. Ergò ſi apparatus & ſtatus, in quo Chriſtus -
in conſpectum omnium, in die Judicii, eſt ſumm-
finitæ pompæ & magnificentiæ, infinita quoq; -
Maieſtas, in qua apparebit. Ad ſtatum & apparat-
ternum Chriſti pertinet, primò ornamentum & p-

*Toſtat in Matth. c. 24. q. 184.*

exhibitio nubium, quę, iuxta mentem Origenis, erunt *Orig. ſup.*
materia cœleſti, vnde dicuntur, *nubes cœli.* Quia *Matth. a-*
emadmodum Chriſto ingrediente ciuitatem Hiero- *pud Toſtat.*
ymitanã, fideles proſternebant veſtimenta ſua in ter- *q. 182.*
m, vt ſupra eadem graderetur & ambularet Saluator;
eodem hunc Mundum inferiorē ingreſſuro, Angeli
r aërem cœleſtes ſpargent nubes, vt ſupra eas Chriſtꝰ
cedat, & veluti ſcabella pedum eius ipſi inſeruiant. In
c dominio, nubium Chriſtus ſuam etiam monſtrabit
iuinitatem, quodque Homo ſit & Deus ſimul, habens
s & poteſtatem vniuerſalem ſuper omnia; *Oſtendens,*
*uod etiam nubes obediãt ei.* Multùm inſuper Judicis Ma- *Toſtat. in*
ſtati confert grauitas motus, qua ſe mouebit ad Io- *Matth. c.*
m Judicii. *Ad iſtum apparatum pertinet, quod ve- 24. q. 178.*
*et de cœlo ſucceſſione moroſa*, id eſt, ea cum grauitate,
næ regiam decet Maieſtatem. Quia ſi in momento
æſens fieret Chriſtus in loco determinato Judicii,
*on videretur venire*, veluti referunt Evangeliſtæ, *ſed* *Toſtat. in*
*eniſſe*; neque ſciretur, ex quo loco, an de terra, vel de *Matth. c.*
ælo veniret. *24. q. 184.*

Secundò, ad Maieſtatem, & extrinſecum Chriſti ap- *176.*
aratum pertinet multitudo famulorum & aulicorum:
*multitudine populi dignitas Regis* & excellentia ali- *Prouerb. 14*
ius Principis ſpeciatim elucet & manifeſtatur. Ecquis
numerabilem Angelorum numerum, qui Chriſti ſer-
tio & obſequio attendent, enumerare poterit? Millia
illium Angelorum per aeris campum ad cœlum vſque
perſorum conſpicientur, & omnes in corporibus So-
s inſtar radiantibus comparebunt. De famulis & au-
cis Regis Salomonis legitur, quod omnes ſplendidis
etioſisq; induti veſtibus, & *Capilli eorum erant* *Ioſeph*
*uri ramentis aſperſi, vt ad ſolarem radiorum contactum,* *Hebr. lib. 8*
*ulgor è capite eorum reflecteretur.* Aſt longè maior & *de Antiq.*
plendidior erit pompa aulicorum Chriſti: non tan- *c. 7.*
um caput & crines, verùm & corpora eorum in ſplen-
ore lucem Solis ſuperabunt. Vidit Daniel Propheta
hriſtum Judicem cũ Maieſtate ſua throno inſidentem,
t vt pompæ illius apparatusq; magnificentiam deſcri- *Dan. c. 7.*
eret, ſtatim ſubiungit: *Millia millium miniſtrabant ei,*
*decies millies centena millia aſſiſtebant ei*, & cuncti re-

verentes

uerentes & amantes dulce decantabant epithala-
nuptiarum inter Chriſtum & Eccleſiam celebra-
quia adueniebat vt Judex omnium, & vt ſpon-
marum electarum. Et quid mirum eſt, tot excelle-
parere ſpiritus, tot generoſos cœli principes &
tantamque multitudinem Cherubinorum & Se-
norum, qui proſtrati, humiliati & quaſi in nihilum
cti reuereantur & adorent præcelſum Mundi M-
cham, vniuerſalem creaturarum omnium Jud-
maieſtate ſuæ gloriæ conſidentem! Audientur
Matth. 25. illæ Angelicæ ſuauiſſimæ & dulciſſimæ: *Ecce Sp-
nit, exite obuiam ei.* Ecce Sponſus animarum,
ratus gentibus, gaudium beatorum ſpirituum
cœlo venit in terram, vt ſponſam ſuam Eccle-
matrimonii fœdere iungat. Venit gaudens &
venit in abundantia ſuæ Gratiæ: venit in vnicum
bonum, vnicus Deus, vnicus Amor, vnicus an-
Sponſus: *Exite obuiam ei.* Et quo modo? R-
Theſſ. c. 4. det Apoſtolus: *Rapiemur in nubibus obuiam C-
aera.* Conſiderari poteſt, Angelos cuſtodes m-
cœlo deſcenſuros, vt reuereantur ſponſas Ch-
quemlibet ſpeciali honore eam excepturum, &
cturum in ſplendidiſſimo ac lucidiſſimo nubis c-
cœlum vſque, quæ ei ad cuſtodiam ſuam depu-
Carthuſ. O beatum Chriſti occurſum! O fœlicem ſortem
*piemur in nubibus*: ô prædulcia verba! *Obuiam C-*
ad nuptias, ad delicias, ad feſtum, ad gaudium
num. Et ſubiungit Apoſtolus totius fœlicitat-
plementum: *Et ſic ſemper (id eſt æternaliter) cum
no erimus*) & cum hac gloria & plenitudine om-
per totam æternitatem regnabimus cum Chriſto
*cum Domino*: nil maius aliquid dici aut excogi-
eſt: *ſemper cum Chriſto*: quod eſt idem dicere,
mari quodam & oceano dulcedinis, ſuauitatis, g-
voluptatis, & ſemper, in æternū, & vltra, ſine fi-
cludit ſententiam ſuam Apoſtolus: *Itaque con-
inuicem in verbis iſtis.* Nemo ſit, qui in alio to-
ſpe et conſolationem ſuam, non in poſſeſſione bo-
terrenorum; ſed ſeipſum conſoletur duntaxat
magno illo iudicii die, eundi obuiam Chriſto.

tetur hæc dictio, *inuicem*: Si videritis proximum veſtrum in tribulatione & afflictione conſtitutum, cum hac ſpe conſolamini, dicendo: noli te nimiùm contriſtare, hæc enim tua triſtitia conuertetur in gaudium: *quia cum Domino erimus*; & quando alios conſpexeritis ſuperbos, arrogantes & in bonis præſentis vitæ ſuam collocantes ſpem & conſolationem, liberè eis dicite: nolite in hac ſpe gaudere, ſed gaudete potiùs, quod *ſemper cum Domino erimus*: O fœlix nuncium: ô beatam ſpem! Beatior eſt, qui in vita hac dicere poterit: *ſemper cum Domino erimus*, viuendo ſemper in præſentia & vnione cum Deo. Securus ac certus erit de præſentia viſionis, qui in hac vita habuerit præſentiam fidei. Et hæc deſeruitio & obſequio, quod Angeli Chriſto Domino in futuro Judicii die exhibebunt.

# DE ADORATIONE,

## *Quam Angeli & aliæ creaturæ Chriſto D.N. exhibebunt.*

IMmenſitas Maieſtatis Chriſti monſtrabitur etiam in communi & vniuerſali omnium creaturarum applauſu. Cunctæ creaturæ Chriſto applaudent, omnes eum, vt Regem & Dominum ſuum, adorabunt: aliæ ſpontè promptèque & ex amore, veluti boni & iuſti; aliæ coactè, veluti mali & impii. Quàm glorioſum erit videre gaudium & iubilum Sanctorum & Angelorum, quo adorabunt Dominum & Patronum ſuum! Scriptum eſt: *Cùm iterùm introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Adorent eum omnes Angeli eius.* Primâ vice, vti nonnulli volunt, adorarunt eum in Incarnatione: Secunda adoratio glorioſior erit in Judicio vniuerſali. Omnes, & Sancti, & Angeli proſternent ſeſe ante ſanctos illius pedes, ſacra illa vulnera oſculabuntur, deponent coronas ſuas antè thronum Chriſti: *Mittebant coronas ſuas ante thronum*, quo innuitur, eorum ſalutem & gloriam, non ipſorum, ſed Chriſti opus eſſe: *Domini eſt ſalus*

*Ad Heb. c. 1.*
*Apoc. c. 3.*
*Alia litt. Pſal 3.*

*lus, Domini eſt ſaluatio*: noſtra ſalus, non à no
Apoc. c. 7. Deo eſt: *Salus Deo noſtro*, *qui ſedet ſuper* th
attribuatur gloria Dei, qui ſedet in throno M
ſuæ. Peractâ adoratione, Chriſtus propriis
eos ſubleuabit, admittetq; ad ſuos per charos a
& oſcula pacis, cum infinita dulcedine & con
Sanctorum. Poſt adorationem Chriſti adorabu
nam ſuam Virginem Deiparam, tanquàm ver
S. Bona. in turalem Dei ſui Matrem, dicentes: *Benedicta*
Pſal. B. V. *mina, in æternum*, *&* Maieſtas *tua in ſæculum.*
Pſal. 3. *gientibus præparatis ad eſcam, & de manibus*
*tium nos, liberauit nos gratia tua*: quia tuâ ſu
gratiâ, protectione, & interceſſione eripuiſti
rocibus Tartari leonibus, qui animas noſtras
re deſiderabant; *Te decet laus, te decet imper*
*virtus & gloria in ſæculorum ſæcula, Amen.*

In hoc adorationis actu præſentes erunt, &
Iudith. c. 18. cœleſtis aulæ cantores, *Et canentes in citharis*
tabunt: *Dominus conterens bella*, *Dominus n*
nimirùm: Chriſtus victor gentium, Chriſtus
tor hoſtium, Chriſtus triumphator in bello; C
expugnauit Infernum, Chriſtus ſuperauit & p
omnes ſuos inimicos.

## DE ADORATIONE,

### *Quam Dæmones, omnesq́ue damnati C D. N. exhibebunt.*

VErùm, quàm funeſtum, triſte ac horrend
ſpectaculum ex alia parte, videre adoration
exhibebitur Chriſto ab inimicis eius, à filiis per
Accedent Angeli beati, fideliſſimi Diuinæ iuſti
ſtri, ac miſeros capient damnatos, tàm Homin
Cornel. in Matth. c. 21 Dæmones: hi namque tum comparebunt in cor
aſſumptis turpiſſimis & monſtruoſiſſimis, adm
Iacob. 2. eorum confuſionem, & vt oculis corporeis ab o
conſpiciantur, & catenis igneis conducentur ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Diuini Judicis, vbi credent & contremiſcent (*credunt & contremiſcunt*) ſed multò magis experientur in ſeipſis veritatem & immenſitatem Diuinæ Juſtitiæ confitebuntur propria retinente voluntate, at rationibus, ſignis, & experientiâ conuicti, quod *ipſe* (Chriſtus) *eſt Deus*, quod præſens Judex eſt Filius æterni Patris, quodque vicina ei aſſiſtens Regina ſit Virgo Deipara, & ſanctiſſima Mater eius: & credentes adorabunt, & adorantes vlulabũt, exclamabunt, vociferabuntur, blaſphemabunt, ſtatũ ſuũ & cõditionem deteſtantes condemnantesq; Ecce verificabitur Diuinũ illud oraculum: *Ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*: ponam, inquit Pater æternus, omnes inimicos Chriſti Filii mei, vt ſcabellum ſub pedibus eius, & vt Filii inobedientes, contumaces & rebelles pœnis inferni adiudicabuntur. *Vbi Chriſti pedibus perpetuò comprimentur*, & pœnâ æternâ mulctabuntur. Pſal. 109.

In hoc vniuerſali applauſu & adoratione creaturarũ gaudere debemus cum noſtro Judice, quia, *Omne genu flectetur illi, & cœleſtium, & terreſtrium, & infernorum. Omnes gentes, quaſcunque feciſti, venient, & adorabunt coram te, Domine, & glorificabunt nomen tuum*. & te, vt Dominum & Regem tuum, & in Regno naturæ, & in Regno Gloriæ, agnoſcent & confitebuntur. Concede, Domine, nobis gratiam, vt die illo tremendo te adoremus tanquam filii obedientes, & non, vt ſerui rebelles & contumaces: prompta & voluntaria ſit noſtra adoratio, non coacta & violenta; ſimus clientes & ſubditi tui in Regno tuo Charitatis & Amoris; & non duntaxat in Regno poteſtatis tuæ & dominii. Phil. 2. Pſal. 85. S. Aug.

Hæc ſunt motiua & ſigna, è quibus aliqua ex parte cognoſcere poſſumus immenſam Chriſti maieſtatem. Verum his etiam omnibus omiſſis, ſolum ſufficeret fulgens Diuini vultus aſpectus. Etenim quando Chriſtus adhuc morabatur in terris, vbi Maieſtatẽ Diuinitatis ſuę occultabat, *fulgor ipſe & Maieſtatis & Diuinitatis occulta in humana facie relucebat*: & tale erat lumẽ illud, vt nonniſi ab inhabitante Diuinitate Humanitati perſonaliter vnitâ prouenire potuerit; quãtò magis in extremo iudicii die, quando non in humilitate, ſed in maieſtate, nõ ad celandã, ſed ad manifeſtandã Mundo Diuinitatẽ ſuã veniet conv- S. Hier. in Matth. c. 9.

comparebit totus lucidus, & cunctis cœleſtibu
bus ſplendidior? Si corpus alicuius Beati proc
S. Tho. 3. p. q. 45. a. 2. lucidum, & tamen claritas eius ſolùm *redunda*
*ma*: quantò lucidior & ſplendidior ſe in con
dabit vultus & totum corpus Chriſti, quando
eius *deriuabitur à Diuinitate, & ab Anima*: proc
quam, non ab Anima glorioſa duntaxat, verùm
Diuinitate, quæ eſt principium & fons omnis lu
claritatis, à quo dependet lumen & claritas ip
Animæ? Meritò igitur de Corpore Chriſti in
S. Aug. de mirab. ſac. ſcript. c. 10 ieſtatis ſuæ conſtituto dici poteſt: *Quod per car*
*uinitas foris illuxit*, & Diuinum illud lumen,
S. Hier. vbi ſup. vultu Chriſti emicabat, *erat quaſi relucentia Diui*
Hæc de Maieſtate Judicis: nunc dicetur d
ſtate.

# POTESTAS.

Luc. 21 **V***Idebunt Filium hominis venientem in nub*
*Poteſtate magna*. Poteſtas, quam Chriſtu
Judicii exercebit, conformis erit Maieſtati: qu
modum hæc maxima erit, quam vnquàm Chri
hibuit; ad eundem modum maxima erit illius P
Tunc dicere poterit, actuali eam commonſtran
entiâ: *Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo & in T*
quia poteſtate Iudiciaria cœlum terramque iu
retribuens præmium & pœnam æternam.

S. Tho 3. p. q. 9. a. 1. Hæc poteſtas Judiciaria communis eſt toti
ſimæ Trinitati: at per appropriationem compe
quia ad iudicandum requiritur Sapientia; & Fi
*Sapientia genita à Patre*: non ſolùm in quantum
ſed etiam in quantum Homo, & talis Homo
S. Tho. loc. c. a. 3. Perſonæ vnitus, Chriſtus hanc adeptus eſt pote
ac propter quatuor titulos: *Ex vnione Perſonæ*;
*pitis dignitate* ſupra omnes Angelos & homines;
*nitudine Gratiæ habitualis*; *& ex meritis* Paſſi
Apoc. c. 3. mortis ſuæ. *Ego vici, & ſedi cum Patre meo, in*
*eius*: quia vici inimicos meos, & iniuſtè iudica
S. Aug. 19. in Ioan. ideò iuſtè nunc iudico. *Sit Iudex, qui fuit ſub Iu*

*iudicat, qui iudicatus eſt.* Meritò Iudex eſt, qui fuit ſub Iudice; meritò iudicat, qui iudicatus eſt. Hic iàm conſidera diuerſitatem ſtatus, diuerſitatem Iudicii: Chriſtum iudicatum, Chriſtum Iudicem: Chriſtum ante tribunal Judicum, & totum Mundum ante tribunal Chriſti: Chriſtum iniuſtè morti adiudicatum, & Chriſtũ iuſtè vitæ & morti adiudicantem totum Vniuerſum, & Angelos & homines: Chriſtum iudicatũ, obiectum ſummæ confuſionis, & Chriſtum Iudicem, obiectum ſummæ gloriæ.

Ecce hiſce exemplis docet nos Chriſtus medium gloriæ, viam vitæ: Vici, & ſedi, ait Chriſtus: quaſi diceret: meritum Crucis meæ eſt præminiũ gloriæ meæ; tale & tuum ſit, oportet: *Qui vicerit*, qui meis inhæſerit veſtigiis, qui crucem meam amplexatus, meumque exemplum ſecutus & imitatus fuerit, reddam eum poteſtatis meæ Iudiciariæ participem; eique dabo thronum meum, non in futura vita duntaxat, ſed etiam in præſenti, & hic pacis, quietisque thronus erit, quo omnes illi gaudebunt, quotquot meis obtemperabunt præceptis & mandatis, ac meæ ſeſe conformabunt voluntati. O qualis eſt iſte thronus! O fœlicem ſedem! O ſedem regalem & imperialem! in quâ anima, veluti Regina, ſedet, conſtituta in pacificâ poſſeſſione Regni ſui dominatur cunctis inimicis ſuis, tùm externis Mundi & Inferni, tùm internis prauorum motuum, inordinatorumque affectuum. *Apoc. 3.* *Alcazar in Apoc.*

# FORTITUDO.

T*Vnc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa (alia littera, cum fortitudine magna).* Virtus fortitudinis eſt virtus quædam addens animum & valorem ad fortiter & ſine timore dimicandum cum inimicis. In hac virtute ſingularem ſe exhibebit Chriſtus Dominus noſter in die Iudicii: quia crudelem ſumet vindictam de Adverſariis ſuis, eos proſternet, & in nihilum rediget ſolâ admirandæ potentiæ ſuæ viſione. Neque ad Infernum vſque differet eorum *Marc. 33.* *2. 2. q 123.*

pœnam & cruciatum; ſed priusquàm abripiantur … cula, & in horrendas illas Inferni cauernas, … ignis in hac vita perſentient. Quapropter … *ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos* … & circumquaque aduret peccatores, vt, quemadmodum corpora beata, priusquam ſubintrent paradiſum, … leſti incipiunt gaudere gloriâ; ita miſeri damnati … tequàm in Infernũ agantur præcipites, patiantur … & cruciatus ab igne.

*Suarez diſp. 57. ſect. 1.*

# GLORIA.

V*Idebunt Filium hominis venientem in* … *cum virtute multa & Gloria.* Chriſtus ad Ju… veniet, non tantùm multâ inſtructus virtute & … ne; verùm etiam multâ præditus Gloria. Et … plex erit, extrinſeca & intrinſeca. Illa *Gloria* … *cum laude notitia*: eſt glorioſa quædam cog… laus alicuius hominis virtute præditi. Et hæc … dabitur Chriſto ab omnibus in ſummo gradu; … lum à ſanctis Angelis & hominibus; verùm e… impiis & Dæmonibus. Illi exaltabunt & glorifi… Chriſtum in miſericordia, & hi, etiam nolentes, … gnificabunt eum in Juſtitiâ.

*S. Tho 2. 2. q. 133. a. 1.*

Ultra hanc extrinſecam gloriam, aliam habe… trinſecam ex dotibus beatis corpori glorioſo … prouenientem: & hæ dotes eò maiores ſunt … beatis aliorũ glorioſorum corporum, quò gloria … Chriſti magis excedit gloriam Animarũ reliquorum … ctorum. Inter omnes dotes Impaſſibilitatis, A… tis, & ſubtilitatis efflorebit ac eminebit dos cla… quæ ſimul erit effectus & cauſa: effectus gloriæ … Chriſti, & cauſa omnis claritatis, quâ cætera … beata prædita ſunt: ſiquidem *per claritatem ſu…* *cætera corpora clarificabit.* Ultra claritatem … tam Humanitatis Chriſti, quinque inſtar fulg… ſimorum ſiderum comparebunt quinque S… vulnera, vtpotè, fontes & cauſæ omnis Gratiæ & … riæ in omnes Sanctos redundantis. Quia, …

*Suarez 2. to. 3. p. diſp. 48.*
*Recup. in 1. p. lib. 6. q. 39. n. 4.*

rauiſſimæ illæ plagæ fuere cauſa meritoria & moralis ſalutis noſtræ, cunctorumque effectuum Gratiæ & Gloriæ; itaquoque conueniens eſt, vt ſint cauſa effectiua & phyſica: quia, iuxta principium Scoti, quod on implicat, & ad maiorem Chriſti adducit gloriam, d Chriſto concedendum eſt: ergò cùm non implicet hæc auſalitas phyſica in cicatricibus Chriſti, iis concedatur, oportet.

Inquirit S. Thomas, vtrùm Chriſto conueniat habe- edotes. Et reſpondet negatiuè: quia Chriſtus eſt Sponſus, & Sponſo conuenit dare, non recipere dotes: atqui Eccleſia & alii Sancti, qui ſunt ſponſæ, recipiunt dotes. Loquitur nihilominùs ſanctus Doctor de dotibus ſolùm, quò ad nomen: quia res ſignificatæ, vt ſunt qualitates glorioſæ, modo eminentiſſimo, ac proindè eminentiori, quam reliquis Sanctis, competunt Chriſto: tametſi hoc nomine dotis minimè appellari debeant, vt dictum eſt. Ad eundem modum determinat idem Sanctus Doctor, quod, quamuis Chriſtus veriſſimè fuerit & Virgo, & Martyr, & Doctor, non tamen ei attribuendæ ſunt Aureolæ, ſub hoc nomine Aureolæ, quod dicit diminutionem & imperfectionem victoriæ. Habet igitur ſignificatum nominis, at non ſub hoc nomine, quod dicit imperfectionem.

*S Tho. q. 95. a. 3.*

*q. 96. a. 8.*

## Vexillum ſeu ſignum Crucis.

*Matth. 24. Tho. VValdenſis to. 2. lib. 3. p. 158.*

TVnc, nempè, in extremo Judicii die, *parebit ſignum Filii hominis in cœlo*, quod eſt ſignum ſancta crucis. Sanctus Chryſoſtomus cum nonnullis aliis modernis exiſtimat hoc ſignum non fore aliud, quàm idem ſacrum lignum, cui Saluator noſter affixus fuit. *Crucem ſolam non relinquet in terra; ſed ſecum eam leuabit ad cœlum.* Alii, etſi non amplectantur hanc opinionem, non tamen eam cenſent eſſe erroneam; ſed quod *ſine errore dici poteſt: quia, licet non ſit ex reuelatis non repugnat tamen revelatis.* Plurimæ adſunt rationes, ob quas ſancta Crux in cœlo comparebit, ſiuè ſit illa eadem, cui Chriſtus ſuffixus fuit, ſiue alia ab

*Iacob. Boſ. de Cruce lib. 6 c. 18. S. Chryſoſt. Hom. de cruc. & Latrone. Cornel in Matth 24. Suarez diſp 57. a. 2*

Angelis fabricata ex materia aurea. Primò, vt
tur, quod per crucem promeruerit gloriam ſui c
nominis ſui exaltationem, dexteram Patris, &
riam poteſtatem ſuper omnes rationales creatu
cundo, vt manifeſtetur, quod ſit vniuerſalis o
Dominus, non ſolùm, vt Deus, propter creatio
rum etiam, vt Homo, propter redemptionem
Cruce factam. Tertiò, ad conſolationem bo
quia à Cruce, & per Crucem promanare fatent
ſuum bonum, & Gratiæ & Gloriæ. Quartò, a
rem confuſionem reproborum, inimicorum
Christi. Quapropter ſtatim ac crux ſancta ap
*S. Matt. l. c.* inquit S. Evangeliſta: *Tunc plangent omnes Tr*
*ræ*, nimirùm omnes homines terreni, quotquot
*Abulenſ. in Matth c. 24. q. 273.* natè bonis terrenis adhæsêre. Tunc dicent miſe
catores: *Montes cadite ſuper nos*, & intra viſcer
nos recipite: obtutum noſtrum in Crucem Ch
mis exaltatam ſummoque odio à nobis habita
non audemus. Ecce inſcriptam ei legimus no
mnationis ſententiam. Hoc idem lignum, q
nobis vitæ fructus producere debebat, cauſa no
petuæ mortis erit. Hæc reproborum mens er
dis affectus; verùm longè diuerſus erit affectu
rum: cuncti Sancti viſo crucis ſigno iubilabunt,
iubilo exultabunt, adorabunt principium & fine
tis ſuæ, Redemptorem laudabunt, eique grati
rent, quod per ſacratum illud lignum ab æterna
ipſos liberauerit, & ad æternam gloriam euexerit
nes vnanimi conſenſu adibunt, amplexabuntur,
oſculabuntur ſacrum illud pignus, ac dicent:
*S. Ecclesia* *Crux benedicta, quæ ſola fuiſti digna portare t*
*Mundi*, pretium redemptionis noſtræ. Verùm
*Abulenſ. in Matth. q. 172.* dum, quo Crux apparebit, accedamus. S
non terræ proximus, quia ob terræ rotunditate
mnibus videri non poſſet; ſed in loco aeris ele
*Abulenſ. q. 176 & 172* eminenti; comparebitque *lucidior Sole: & lu*
*tur ex voluntate Dei.* Ac propter hanc cauſam C
ſua paruitate à toto Mundo videri poterit: Deus
que efficiet, vt lux eius ab omnibus ſit viſibilis,
que, tùm vicinis, tùm diſtantibus manifeſtetur

pria ſua magnitudine. Lumen illud concurret, vt in-
ſtrumentum Dei, & eum, quem Deus voluerit, cauſabit
effectum. Sed notandum eſt tempus, quo ſplendor
Crucis ſedabit in conſpectum omnium: quando, nimi-
rum, *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum, &* *Matt. c.24*
*ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebun-*
*tur, & tunc parebit ſignum Filii hominis in cœlo*: vt no-
bis commonſtretur, quod tunc quilibet Chriſtianus
cognoſcet virtutem Crucis, eiusque gaudebit lumine,
quando affectus creaturarum in corde eius obſcurabi-
tur ac prorſus deficiet. Quamobrem die illo *ſola ra-*
*diabit Lunâ lucidior & Sole*: ſola crux ſplendeſcet; *S. Aug. ſer.*
ſuosque per totum Mundum diffundet radios: nullum *130. de tēp.*
aliud aderit lumen, non Solis, non Lunæ, neque ſtella-
rum: ſacrum illud lignum in Mundo ipſius Solis tunc
fungetur officio, undequaque fulgebit, triumphabit in
omni loco, & apparebit in frontibus Sanctorum: *Tunc* *Cornel. in*
*ſignum Crucis apparebit in ſingulis electorum frontibus.* *Matth.*
*Signemus Seruos Dei in frontibus eorum.* *Vt ſignificetur* *Apoc. 7.*
*merito Crucis gloriam poſſideri.* Capiti huic finem im-
pono reflexione quâdam ſpirituali noſtro profectui ap-
primè vtili: & eſt, quod *Vbi ceciderit lignum, ibi erit*: *Ad. Phil. 3*
eundem prorſus affectum, ſiue bonum; ſiue malum,
quem erga Crucem habueris in vita & morte tua, in ex-
tremo Iudicii die habebis. Si modò fueris amicus
Crucis, & tunc amicus eris: ſi modo fueris inimicus,
& tunc inimicus eris. Conſidera, quod finis inimico-
rum Crucis *eſt interitus*, mors & æterna damnatio; *Phil. 3.*
fructus amicorum Crucis eſt vita in
Gloria & fœlicitate
æterna.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Confeſſio & manifeſtatio uinitatis Chriſti.

*Matth. 25.*

C*Ongregabuntur ante eum omnes gentes.* Hæc ma conditio magnificentiæ & triumphi Chri dicis à ſanctis Evangeliſtis deſcripta. Omnes ge populi cuiusuis ſtatus & conditionis ante conſ Chriſti comparebunt: alii in aëre ad eius dexte in terra ad ſiniſtram: & qui in aere, Beati erunt, buntque dotibus corporis glorioſi præditi in thr nubibus efformatis.

Primò erunt impaſſibiles quò ad culpam & po nulla animæ inerit paſſio inordinati affectus; pus inuadet paſſio, quæ ei pœnam adferat & do Hæc impaſſibilitas longè perfectior erit ea, qu mus gaudebat in ſtatu Innocentiæ: *Adam pot mori*, ſi non peccaſſet; at Beatus *non poteſt mori* dotis immortalitatis & impaſſibilitatis. Tunc perfectam illam attingent ſanitatem, quæ in hac tineri nequit; vndè D. Auguſtinus impaſſibilita pellat *plenitudinem ſanitatis*, ſanitatem plenam & ctiſſimam, quæ corpus ab omni & quacunque minimâ, ei nociua tuetur & liberat. Præterea eſt conjuncta cum ſumma fortitudine: vndè, iuxta S. mum, talis erit fortitudo corporum beatorum, *montes, & omnem molem terræ pede vertere vell ſent.* Cauſa huius impaſſibilitatis duplex eſt: alii eam eſſe perfectum dominium, quod habet corpus, quale & Deus habet in anima Beati; ali eam eſſe qualitatem quandam corpori glorioſo tem, quæ illud reddat impoſſibile. Corpora igi rioſa cœleſtium imitabuntur naturam corporum que impaſſibilia & inalterabilia, peregrinarũ im num alteratiuarum ac deſtructiuarum incapacia. nonnullus, num vnus Beatus altero erit impaſſ Affirmatiuè reſpondet S. Thomas: quia ſicut me ita & præmiorum, inter quæ etiam recenſetur

*D. Aug. lib. 12. de Civ. c. ult.*

*Aug. c. 56. ad Dioſ.*

*S. Anſel. in Elucidar.*

*S. Tho. Addit. q. 73. a. 1.*

*S. Tho. q. 83. art. 2.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[...]bilitas gaudebũt diuerſitate. Enimuerò, quãvis impaſ[...]bilitas, cùm ſit perfectio negatiua, quia eſt negatio [...]ſſibilitatis, maior aut minor eſſe nequeat; attamen [q]uantum ad cauſam ſuam, quæ eſt dominium ani[m]æ ſupra corpus, quod maius erit in eo, qui maiori [g]audebit fruitione & gloria in Deo, augeri ac diminui [p]oteſt.

Impaſſibilitati beatorum corporum adiicietur quo[q]ue ſubtilitas, quâ corpus quodcunque, etiam durum & [ſo]lidum penetrabunt; ita cœlos, integritate corũ ma[n]ente illæſâ, penetrabunt, quando cum Chriſto paradi[ſ]um ingredientur. Idque rei ſubtili proprium eſt, vt ſit [e]tiam penetratiua: ſic acus ſubtilis dicitur quoque penetratiua. Quantùm ad cauſam effectus huius, dico, [e]am non eſſe qualitatem corpori glorioſo inhærentem, [q]uæ hunc producat effectum: ſed eſſe perfectum domi[n]ium animæ glorioſæ in corpus, quo in virtute penetra[t]iua, quâ reliqua omnia corpora non glorioſa penetra[r]e poteſt, ipſum corpus ſibi Angelisque reddit ſimile: Deo, tanquam cauſa principali, & corpore ipſo, tanquam causâ inſtrumentali & obedientiali ad hunc effe[c]tum concurrente.

S. Tho. Addit. q. 83. Suarez 3. p. to. 2. q. 48. ſect. 5.

Subtilitatem corporis glorioſi comitabitur alia [d]os, nempè, agilitas, per qualitatem quandam mo[t]iuam ſupernaturalem qualitati motiuæ naturali ſu[p]eradditam, quâ corpus glorioſum ſummâ cum ve[l]ocitate, non motu duntaxat progreſſiuo & ſimultaneo; verùm etiam, vt probabilis noſtri Suarez fert ſententia, mutatione inſtantaneâ, de vno extremo ad aliud, non pertranſeundo medium, ſeſe mouere poteſt. Huius opinionis videtur quoque eſſe S. Auguſtinus, cum docet motum Beati ſimilem futurum cogitationi: vndè quemadmodum cogitatu ſubitò tranſire poſſumus de loco ad locum, de vno extremo ad aliud, absque eo quod cogitemus de medio: ad eundem modum ſe quoque mouere poterit corpus glorioſum. Idem affirmat ſanctus Bernardus: Talis erit, inquit ille, Beatorum velocitas, *vt poſſint, ſi velint, absq; omni mora, ſeu difficultate, ipſam quoque cogitationum noſtrarum ſequi ad omnia velocitatẽ.* Ratio

Suarez diſp. 48. ſect. 4.

S. Aug. Enchir. c. 90.

Serm. 4. in feſt. omn. Sanctor.

huius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

huius effectus eſt, quia anima glorioſa in nullo
tur à corpore, & ſimul cum corpore tali oper
bertate, ac ſi eſſet à corpore ſeiuncta: & quia a
pſam mouere poteſt in hac ratione motus, velu
li, poterit quoque & corpus ſuum mouere.

Ultima dos corporis glorioſi eſt clarita
dundantiam claritatis animæ; & quemadmod
maior aut minor erit, iuxta maius aut minus Be
meritum, ita quoque maior aut minor lux erit
*Suarez q. 88. ſect. 2.* dor corporis. Corpora beata non lucida ſolu
& pellucida & transparentia erunt, ſimulque
ta & clara inſtar vitri colorati: & color prop
tus erit carni corporis humani, claritas qual
riæ, transparentia conditioni denſitatis corp
rioſi, quæ denſitas non ferri; ſed vitri denſi
erit. Ita affirmat ſanctus Gregorius ſuper
*Iob. c. 28.* Iob: *Non comparabitur ei aurum aut vitrum.*
harmonia corporis glorioſi obuia & manifeſt
culis corporeis; non tantùm caro; ſed etiam
ui, venæ, humores, viſcera, cum omnibus inte
corporis Beati conſpicientur. Quærunt non
corpora beata propriis induta erunt veſtiment
*S. Anſelm.* ſpondet S. Anſelmus negatiuè: *Beati nudi
*Ber. lib. 10.* *omni decore fulgebunt.* Nudi erunt veſtibus ma
*c. 13.* bus, at lucis induti veſtimentis colorum diue
*Pſal. 103.* ſtinctis: *Amictus lumine ſicut veſtimento.* Unde
colorem geſtabunt ſancti Martyres, aliam aſſum
ctæ Virgines. Plura alia prætereo, quæ de perf
glorioſarum dotium, quibus Beati præditi erun
poſſent: ſatis erit affirmare, corpus beatum hiſce
ctionibus inſtructum fore perfectiſſimum in eſſe
rari. In eſſe perfectum erit per dotem impaſſibil
claritatis; in operari perfectum erit per dotem ag
& ſubtilitatis. Præter perfectionem dotium ha
perfectam beatitudinem cunctorum ſenſuum co
lium, quolibet circa proprium obiectum actuato.
accedet ornamentum ex Aureola Martyrum, Virg
& Confeſſorum.

Concludo hoc punctum reflexione quâdam
Anſelmo depromptâ. *Placeret tibi, ſi eſſes ita pul*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Abſalon? In eius corpore non erat macula, & eius coma multo pretio pendebatur praciſa. Quid ſi cũ hoc decore eſſes tam velox, quàm Azael, qui curſu pedum prauertebat capreas? Quid ſi cum his duobus, iſta eſſes firtis, ut Sampſon, qui mille viros armatos proſtrauit in vna mandibula? Quid ſi cum his tribus eſſes tàm liber, quàm Auguſtus, cui totus Mundus ſeruiuit?* Hoc idem propoſitum proſequitur idem S. Doctor, eodem modo diſcurrendo & interrogando de abundantia delitiarum & Sapientiâ Salomonis: de multitudine annorum Mathuſalem, qui ferè mille vixit annis: & omnia iſta iàm dicta magna cenſentur dona; aſt ſcito, concludit idem Sanctus, quod comparatione perfectionum, quibus dotati ſunt Beati, pulchritudo Abſalonis eſt deformitas & fœditas, velocitas Azaelis eſt tarditas; fortitudo Sampſonis eſt debilitas & infirmitas; libertas Auguſti Cæſaris eſt ſeruitus, delitiæ & cõſolationes Salomonis, vti & Sapientia eius, ſunt mortificationes & ignorantia, & longa vita Mathuſalem eſt exſufflatio quædam & veluti momentum aliquod. Hæc de intrinſeca Beatorum Gloria.

Non deerit quoque extrinſeca Gloria ornamenti & ſplendoris nubium, in quibus, veluti in propriis ſedebunt thronis. Tali apparatu & pompâ inſtructi die illo extremo Judicii comparebunt Beati: & dabunt gloriam Chriſto, manifeſtabunt ac confitebuntur eiusdem Diuinitatem; quia gloriam, quam poſſident, nonniſi à Chriſto tanquam à cauſa principali & instrumentali, in quantum nimirum Deus eſt & homo; ſe obtinuiſſe agnoſcent & declarabunt. Tria inſuper principalia ſigna, è quibus cognoſci poteſt Diuinitas Chriſti, & quod Chriſtus ſit verus Deus, aſſignantur in ſacra ſcriptura: *Operatio miraculorum, Remiſſio peccatorum, & Manifeſtatio ſecretorum cordis.* Et omnia hæc ſigna die illo Sancti cognoſcent. Videbunt tot & tanta miracula in confirmationem, quod Judex ille, qui venit iudicare Mundum, ſit verus Deus: & remiſſionem peccatorum ſuorum opera Chriſti factam fuiſſe agnoſcent, experienturque cunctos ſuos cogitatus occultosque cordis affectus Chriſto Domino notos eſſe & manifeſtos.

Congregabuntur etiam ante Judicis conceptum miſeri damnati in terra, aſt modo prorſus contrario & oppoſito

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Suarez* poſito Beatorum Gloriæ. Comparebunt toti
*diſp.50.* & tenebroſi: paſſibiles, & actu ignis tormen
*ſect.5.* entes, denſi & graues. Neq; ex eo, quod corpo
torum ſint paſſibilia, erunt quoque corruptibil
ignis ille, cùm operetur vt inſtrumentum Dei,
illa torquebit & excruciabit, non tamen eaden
pet aut deſtruet. Ex hoc apparatu omni inſe
miſeria refertiſſimo fatebuntur etiam damnat
eſſe verum Deum, vt ſupra dictum eſt. Hæc de
centia Judicis dixiſſe ſufficiant; diſcurramu
Aſſeſſoribus eius.

## *De Aſſeſſoribus Iudicis*

## CAPUT II.

*Iſa.3.* D*Ominus ad iudicandum veniet cum Senio*
*rs.* Non ſolus ad iudicandum veniet Do
mendo illo Judicii die, ſed aliorum Sanctorum
*Sap.3.* comitatu: *Iuſti iudicabunt nationes.* Hoc idem
*Matth.19.* idemmet Chriſtus: *Sedebitis & vos ſuper ſede*
*Luc.22.* *iudicantes.* Et idem confirmat Apoſtolus
*1.Cor.6.* *Sancti de hoc Mundo iudicabunt.* In hac materi
certum, & aliud dubium. Certum eſt cert
propter loca S. Scripturæ iam allegata, quod S
*Suarez.* thronis ſuis ſedentes cum Chriſto iudicabunt,
*diſp.57.* eſt, quinam ſint illi Sancti qui iudicabunt, & qu
*ſect.4.* Nonnulli aſſerunt, quod cum Chriſto iudic
*S.Hier.ep.* mnes homines perfecti, eſto non ſint religioſi
*28.* opinionis ſunt multi SS. Doctores, Hieronym
*S.Aug.in* ſtinus, Gregorius, Anſelmus.
*Pſ.49.* Alii volunt hanc promiſſionem factam eſſe
*S.Greg lib.* gioſis. Hanc opinionem amplectuntur S. Thom
*5.mor.c.16.* Abulenſis, & alii. Addit inſuper D. Angelicus, no
*S.Anſel. in* & quoscunq Religioſos, ſed ſolùm perfectos
*Elucid.* res: quia promiſſio Chriſti iis ſolummodò fact
*S.Th.in 4.* reliquerunt omnia propter Chriſtum, & perfe
*diſt.47.* tione Chriſtum ſecuti fuerunt. Idē aſſerit S. An
*Anton.p.4* & vult quod non ſolùm in ſe perfecti ſint, ſed
*tit.14. c.11.* *runt etiam alios.* S. Antoninus, & Abulenſis ho
*§.6.* gium extendunt quoq; ad SS. Martyres, ſanctaſq

nes: addentes, quod hæ virtutes Martyrii & Virginitatis plùs mereantur ſedem iudiciariam, quàm paupertas voluntaria.

*Abul in Matth. c. 19 q. 205.*

Aſt ſupra omnes ſanctiſſima Virgo in proprio ſedebit throno ad dexteram Filii, cum eodem quoq; iudicatura, veluti dictum eſt ſupra. Dubium aliquod proponit Abulenſis, cur Chriſtus Dominus promittendo hoc priuilegium Apoſtolis, nullam Matris ſuæ fecerit mentionē? Reſpondet, primò quia tunc præſenti Apoſtolorum cœtui non intererat ſanctiſſima Virgo. Secundò, *quia non erat connumeranda cæteris*: cùm enim Chriſtus loqueretur ſeruis, haud conueniens erat, vt eidem etiam ordini ſanctiſſima eius Mater insereretur: quia Virgo iudicabit veluti Regina, reliqui Sancti tanquàm ſerui. Difficultas moueri poterit de Angelis, an ii quoque iudicabūt? Nonnulli exiſtimant, id non repugnare: quia tametſi non videantur oculo corporeo, intellectu tamen videbuntur, & conformitas cum Chriſto ſufficit in gradu intellectiuo. Sed inſuper aſſerunt, conuenientiorem eſſe opinionem S. Thomæ, Angelos non iudicaturos; hoc enim iudicium debet eſſe viſibile & ſenſibile; ergò eiusdem rationis & naturæ ſint Judices, oportet. Hæc de iis, qui cum Chriſto iudicabunt, ſufficiant. Declaremus nunc modum iudicandi & proferendi ſententiam: *Iudicabunt iudicio diſceptationis, & prolationis ſententiæ*; quia omnium cognoſcent merita & retributionem, quæ iis competit. Prætereà, ſimul cum Chriſto *ex eius commiſſione, & veluti delegatione*, eandem cum Chriſto proferent ſententiam; veluti Cardinales cum ſummo Pontifice.

*S. Tho. Addit. 89 a. 1. S. Anton. p. 4. c. 11. tit. 14. Abulenſ in c. 2. Matt. q. 194.*

*Suarez diſp 57. ſect. 4.*

*S. Thó. l cita Suarez.*

Verùm ſi loquamur de Judicio *comparationis & approbationis* (quod propriè non eſt Judicium) omnes Sancti iudicabunt: in quantum mali comparati cum bonis pœnâ digni cenſentur; & prætereà omnes Sancti Chriſti approbabunt ſententiam. Pro fine huius capitis conſidera excellentiam huius priuilegii, quando totus Mundus ſtabit in *timore & tremore*, quandò etiam Reges in terram proſtrati *nudo latere palpitabunt*, quando vltimum Vale dicetur Mundo, quando exſpectabitur finis creaturarum & vltima ſæculi conſummatio; & quod plùs eſt, quandò ſum-

*Cornel. in Pſal. 102. c. 6.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſummam gloriam præſtolantur boni, & mali ſ
miſeriam: eodem ipſo tempore Sancti ſine
Majeſtate judiciaria ſedebunt totũ judicaturi M
non homines duntaxat, verum etiam Angelo
Si nunc tibi placeat finis, non diſpliceat medium.
cura, ut vivas non tantùm in ſtatu Gratiæ; ſed
ſtatu perfectionis: quia ſolis perfectis, uti dixi
privilegium conceſſum eſt.

## *De iis, qui judicabuntur in Iudi*

## CAPUT III.

*Ioel. c.3.* CONGREGABO *omnes gentes, & adducam eas in*
*Ioſaphat, & diſceptabo cum eis.* Et vallis J
capax erit tot tantarumque gentium & popu
quia Mons Oliveti vicinus deſtruetur, ſolo &
æquabitur, & complanabitur, veluti colligitur
*Zach.c.14.* pheta Zacharia. *Omnes nos manifeſtari oportet*
*2.Cor.c.5.* *bunal Chriſti*; unde liquet, cunctos homines,
diſcrimine, tàm fideles, quàm infideles à Deo
*Suarez.* candos: nõ ſolùm *Iudicio retributionis*, quia o
*diſp.57.* tinebunt præmium, aut pœnam, juxta ſua me
*ſect.9.* demerita; verùm etiam *Iudicio diſcuſſionis*, quia
manifeſtabuntur opera bona & mala, merita &
ta, qualitates & circumſtantiæ operum: qua
*in Addit.* Thomas aliter ſentire videatur. Et illud Joa
*ad 3.p.q.* *non credit, jam judicatus eſt*, poteſt quoq; intel
*89.a.5.* delibus, quia qui nõ credit fide viva, jam judica
*Ioan.3.* vult dicere: jam condemnationi ſubjectus, vel
judicari: ſicque S. Joannes non negat actum Ju
affirmat debitum illius. Neque difficultate
*Pſal.1.* lius locus Pſalmi: *Non reſurgent impii in judi*
nim vult dicere: *Non prævalebunt*, non erigen
ſed judicabuntur, convincentur, & condemna

Dubitari poteſt de Innocentibus, & de Ange
bonis, tùm malis & reprobis, num etiam judica

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Reſpõdetur cunctos fore ſubiiciendos Judicio retributionis; at non diſcuſſionis: quia diſcuſſio propriè fit circa illos, qui opera bona ſimul & mala exercuere: Angeli boni opera duntaxat bona, mali mala exercuerunt opera, & idem dico de Innocentibus.

Suarez. diſp. 97. ſect. 8.

Dubitarunt inſuper alii, num omnes illi, qui iudicabuntur, mortui erunt: quia Apoſtolus inſinuare videtur, ꝙ nonnulli viui, & non prius mortui iudicabuntur. Reſpondet S. Thomas: *Hæc eſt ſecurior & communior opinio, quod omnes moriantur. Primò, quia ſic congruum Diuinæ iuſtitiæ, vt omnes, qui peccato ſubiiciuntur, etiam mortui. Secundò, ex ſacra Scriptura reſurrectio eſt vniuerſalis, ergo & mors.* Dicendum igitur eſt, omnes vniuerſaliter eſſe iudicandos, etiam ſanctos Aſſeſſores, qui cum Chriſto iudicabunt: hi ſimul erunt Judices iudicantes reliquos omnes, excipe Chriſtum & B. Virginem, & iudicabuntur à Chriſto & ſanctiſſima Virgine.

S. Tho. in 4 diſt. 47.

## *De examine Iudicii.*

# Caput IV.

I*Vdicium ſedit, & libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ.* Hi libri, qui aperientur, ſignificant omnium hominum conſcientias, quæ manifeſtabuntur in Judicio: *Erunt veluti quidam libri continentes res geſtas*, tùm bonas, tùm malas.

Apoc. 20. S. Hier. hîc. S. Tho. in 4 diſt. 43.

Alius liber, dictus liber vitæ, eſt liber prædeſtinatorum, qui aperietur in Judicio, quando electi ad dexteram Chriſti ſedebunt in Gloria, & quicunque præfato libro non fuerit inſcriptus in æternas Inferni flammas præcipitabitur: *Et qui non eſt inuentus in Libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.* Præter librum vitæ dari librum mortis negat Doctor Angelicus: non quia Deus non recordetur, nec habeat memoriam reproborum: ſed quia reprobi tales ſunt, qui *non ex voluntate, & intentione Dei*; ſed ob propriam ſuam malitiam damnati ſunt, & ideò etiam dicitur, quod Deus eorum

S. Tho. 1. p.

Apoc. 21.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non recordetur. Quanquàm S. Hieronymus
dilibrum admittat, non quidem in mente De
mente Dæmonis, in qua conſeruabuntur omn
borum peccata & defectus. Alii volunt, hunc li
*S. Tho. l. c.* tæ ſignificare vitam Chriſti, *qua omnibus debet*
*S. Anſel. in* *viuendi*, & regula. Nec deſunt alii, qui per
*Elucidar.* intelligunt ſacram Scripturam, quæ, ſecundùm
*Beda* num, ad maiorem pompam portabitur ab Angel
*Alcazar.* Ut materiam circa examen vniuerſale Judicii
*Caiet.* ſitam aggrediamur, quinque pertractabimus
primum, quid ſit hoc examen: ſecundum, an
aut mentale, ſenſible aut inſenſibile: tertium,
durabit tempore: quartum, an etiam peccat
rum in hoc examine accuſabuntur: quintum
mum de accuſatoribus & teſtimoniis ad hoc
concurrentibus.

Quantum ad primum dico, quod hoc exam
ciarium nil aliud erit, quàm publica quædam m
tio omnium cogitationum, verborum & operum
uis hominis tàm boni, tàm mali & reprobi: cōpa
ſimul meritis cum demeritis in ſingulis: neque
ſaria erit interrogatio, & obligatio dicendi veri
iuramento: quia veritas omnibus & ſingulis
manifeſta erit, nec vlli occulta eſſe poterit. Un
*Mag. in 4.* hæc manifeſtatio & declaratio fiet per virtute
*diſt. 43.* naturalem, *& per Diuinam illuminationem*, id
bus modis: aut *per reuelationem*, quia Deus cu
uelabit omnium opera bona & mala; quemad
Prophetis reuelabat futura, infundendo eis no
cies, nouumque lumen ſupernaturale: aut *per*
*nem*, eleuando cuiuslibet intellectum ad per
& cognoſcendas omnium actiones, variis no
ciebus, in ſingulorum conſcientiis: veluti, qu
geli ſibi inuicem loquuntur, vnus videt concep
terius. Et hoc ipſum fortaſſis eſt, quod nonnulli
*Carthuſ.* re intendunt, quando dicunt: *In conſcientiis*
*Abb. in 4.* *erunt notæ præteritorum malorum*, quæ notę nil al
*diſt. 43. q. 2* poſſunt, quàm ſpecies talium peccatorum re
*Suarez.* tiuæ.
*diſp. 57.* Quantum ad ſecundum, erit examen ſenſibi
*ſect. 9.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& Judex ipſe ſenſibilis erit, at non de omnibus. Undè probabile eſt, quod peccata quædam grauiora publicabuntur, & à Chriſto Domino voce ſenſibili reprehendentur: ſicuti & nonnulla opera bona & heroica eodem ſenſibili modo laudabuntur. Et in particulari opinantur nonnulli opera miſericordiæ, & vitia eis oppoſita manifeſtanda forè à Chriſto Domino voce ſenſibili. Aſt reliqua omnia opera, & bona, & mala, merita & demerita mentaliter, & voce interiori cunctis patefient & manifeſtabuntur.

Rich. in 4. diſt. 47.

Quantum ad tertium de Tempore, dico: *Non erit in inſtanti, ſed in tempore breuiſſimo.* Quod enim facit Deus virtute & efficaciâ ſuæ omnipotentiæ ad hoc non indiget morâ longâ temporis. Subitò, in ictu oculi *Illuminabuntur abſcondita cordium*, in quibus veluti in notis clarè expreſſis, cunctorum legentur actiones.

S Tho. in 4. diſt. 43.

Veniamus ad quartum punctum propoſitum; circa hoc dicendum eſt, quod non tantùm peccata reproborum, verum etiam Sanctorum, & grauia & leuia, tam mortalia, quàm venialia in Judicio vniuerſali patefiẽt & manifeſtabuntur. Quamuis Magiſter ſententiarum contrarium huius doceat, nihilominùs authoritas ſacræ Scripturæ valdè militat in fauorem opinionis affirmatiuæ: *Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in Iudicium.* Ubi fit mentio abſolutè & vniuerſaliter, abſque vlla honori in exceptione. Ratio idem confirmat, quia die illo manifeſtanda eſt *præſens Iuſtitia, & præterita miſericordia*, utraq; perfectè. Et quemadmodũ triumphabit excellentia Diuinæ Juſtitiæ in iudicandis & puniendis peccatis reproborũ; ita quoq; exaltata comparebit Diuina Miſericordia in remittendis peccatis Juſtorum. Conducit quoque ad gloriam Chriſti, vt ab omnibus conſpiciatur, & Paſſionis eius exaltetur virtus & efficacia in remittendis omnibus electorum peccatis.

Mag. ſent. in 4. diſt. 43.

S. Thò. ibid

Eccl. c. vlt.

Carthuſ. in 4. diſt. 47.

Idem confirmatur, quia haud poteſt cognoſci, quanta fuiſſet Sanctorum contritio, quanta pœnitentia, niſi etiam ſciretur, quanta, & quo ad qualitatem, & quò ad numerum, fuiſſent eorum peccata, & niſi etiam eorundem opera bona à malis ſeparari poſſent. Neque ratio in contrarium eſt alicuius roboris: *Quia notitia ſeu memoria peccatorum non erit Beatis cauſa doloris*: cum

S. Tho in 4. diſt. 43.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia ſtatus ille beatus ſimilium paſſionum incap
tùm etiam, quia talis manifeſtatio per ſeipſam cõſi
non eſt mala: ergò in mente Beati dolorem caus
*loc. cit.* quit, qui res, vt ſunt, apprehendit. *Sed potiùs ma*
*iucunditatis & gratiarum actionis*, loco dolori
piet ex conſideratione peccatorum & pœnitentiæ
peractæ: & quia Beatus totus in deſiderio gloriæ D
ſorptus eſt, gaudebit in hac memoria, cùm in ma
tione Diuinorum attributorum gloriam Dei cre
conſpexerit. Undè magnâ cum lætitiâ & iubilo D
Bonitati gratias referet, quod ſibi tantam exhibu
ſericordiam.

Neque ſententiæ huic aduerſatur authorita
*Ezech. 18.* Scripturæ: *Impius ſi egerit pœnitentiam, omnium*
*tatum eius non recordabor amplius.* Id enim in
quò ad culpam & pœnam, quiâ Deus culpam re
ſimul & pœnam, iuxta meritum contritionis.

Circa quintum & vltimum punctum, quinam
ſint Accuſatores, dico, primò Accuſator erit D
*Apoc. 12.* vndè in Apocalypſi vocatur *Accuſator fratrum,*
*S. Antonin* *cuſabat eos ante conſpectum Dei, die ac nocte, &*
*p. 4. to. 11.* *runt eum propter ſanguinem Agni*; ſed ſuper
*tit. 14.* vincetur ab iis, quos accuſabit, in virtute Sangu
gni. Secundò, Accuſatores erunt homines ſancti
*Sap 5.* *Iuſti in magna conſtantia (ſcilicet ad accuſandum*
& reprobos. Tertiò, accuſator erit vniuerſus M
*Armabit creaturam Deus (ſcilicet ad accuſandum*

Aderunt quoque in Judicio teſtimonia. Pri
pra nos, erit Deus: *Ego ero Iudex & Teſtis.* Se
*Ierem. 29.* intra nos, propria conſcientia. Tertiò, extra n
*S. Anſelm.* cti Angeli, & in particulari Angelus cuſtos noſte
*vbi ſup.* Et hæc de hac materia, quam finiamus aliqu
xione. Procura & ſtude ſemper benè operari, qu
ſcribes in vita tua, hoc ipſum leges die vltimo in
tuo. Scribe, operando benè, in libro vitæ, q
mente Dei: & noli ſcribere, operando malè, in li
mortis, qui eſt in mente
Dæmonis.

## *De Sententia Iudicis.*

# Cap. V.

*TVnc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: Venite Benedicti.* Tunc, poſt finitum examen, poſt compilatos proceſſus, poſt auditos accuſatores, poſt allata teſtimonia, ponderatis etiam ſingulorum meritis & demeritis, ſummus Rex & Judex vniuerſalis finalem proferet ſententiam, elargiendo bonis æternũ præmium, & malos æternis adiudicando pœnis. Hæc ſententia erit ſenſibilis, quia ſenſibile erit Judicium, ſenſibiles homines, qui iudicabuntur, ſenſibilis & viſibilis Judex & Thronus in quo iudicabit: aſt aliæ priuatæ ſententiæ propriis ſingulorum meritis ac demeritis correſpondentes erunt inſenſibiles & mentales. Undè duæ erũt ſententiæ vocales, vna vniuerſalis reſpectu bonorum, vniuerſalis altera cõparatione malorum: & mentales plures ac diuerſæ erunt, iuxta multitudinem perſonarum judicandarum, & iuxta meritorum ac demeritorum diuerſitatem.

*Matth. 25. Abul. in Matth. q. 334. Suarez diſp 57. ſect. 7.*

Difficultas eſt de cauſa & de ſententia, quâ ratione & modo promulganda erit: aut mentaliter, aut vocaliter.

Aſſerunt nonnulli; Chriſtum voce materiali & ſenſibili dicturum verba illa: *Eſuriui & dediſtis &c.* cæteras verò cauſas mentaliter.

*Richard. in 4. diſt. 47. apud Carthuſ.*

Alii volunt, quod neque illa verba: *Eſuriui* &c. pronunciabuntur voce ſenſibili, quia omnibus competere nequeunt, & excluduntur omnes illi, qui non habent facultatem elargiendi eleemoſynas, veluti ſunt Infantes, Pauperes, Religioſi, Angeli. Prætereâ, quia eodem quo que modo proclamari deberent aliæ cauſæ virtutum excellentiorum, quales ſunt opera miſericordiæ ſpiritualis, vſus Sacramentorum, Martyrium. Utraque opinio ſua non caret probabilitate. Inſuper probabiliter tenet Suarez, quod Chriſtus, pronunciando voce ſenſibili ſententiam, non loquetur alicui in particulari, ſed multis in vniuerſali, ſecundùm varios ordines. Exempli gratiâ: primo laudabit voce ſenſibili Virgines, deindè Martyres,

*Suarez diſp. 57. ſect. 9.*

*loc. cit. verſus fin.*

& ſic de aliis ordinibus : ac eodem modo vari[illegible]
torum reprobabit ordines. Verùm, probabilit[illegible]
affirmari poteſt , hanc ſenſibilem Chriſti lau[illegible]
quemlibet etiam in particulari extendendam fo[illegible]
videtur eſſe conformius ſacræ Scripturæ & ſa[illegible]
*1. Cor. 4.* Patrum dictis : quia S. Apoſtolus Paulus loqu[illegible]
*2. Cor. 10.* Judicio vniuerſali : *Tunc laus erit vnicuiq; à De*[illegible]
*S. Chryſoſt.* idem Apoſtolus : *Non qui ſeipſum commendat*, [illegible]
*tus eſt, ſed quem Deus commendat*. Et S. Chryſo[illegible]
*Quis non cupiet in hac vita contemni, vt mer*[illegible]
*alia vita voce Chriſti laudari?* Eiusdem o[illegible]
*Carthuſ. in 4 diſt. 47. q. 1.* nonnulli ſunt apud Carthuſianum, eiusque [illegible]
reddunt, aſſerentes Chriſtum loqui voce ſenſi[illegible]
*maius ſit gaudium bonorũ, & maior dolor ſe*[illegible]
*proborum; ideò ſicut corporalis apparitio Chri*[illegible]
*erit fruſtrà, nec ſenſibilis illa prolatio*. Et hi A[illegible]
non loquuntur de ſententiis definitiuis Chriſti; [illegible]
iudicio diſcuſſionis, apportando rationes con[illegible]
tionis & ſalutis. Neque in hoc modo dicendi [illegible]
peritur implicantia; ſed magis exaltatur C[illegible]
Chriſti, Gloria & præmium Sanctorum: [illegible]
probabiliter aſſerendum eſt. Et quis non co[illegible]
tur ſanctiſſimam Virginem in præſentia toti[illegible]
hanc ſenſibilem promereri laudem? cùm Filiu[illegible]
tur honorare Matrem, & exaltare eam, quæ [illegible]
ſenti vita extitit humillima. Inſuper hanc laude[illegible]
merebunt ſancti Apoſtoli, & quilibet in par[illegible]
Neque Omnipotentiæ Diuinæ modus deerit, [illegible]
dem prorſus verbis omnibus & ſingulis propri[illegible]
buet laudem, iuxta propria ſingulorum mer[illegible]
idem quoque dicendum eſt de reprehenſione [illegible]
ſione, quâ efficiet peccatores propter eorum de[illegible]

In hac materia finalis ſententiæ vltimi Judi[illegible]
ſiderandum quoque eſt gaudium bonorum, & [illegible]
malorum, vtrumque continetur in hiſce duobu[illegible]
*venite, ite. Venite*, accedite ad Deum, fon[illegible]
immenſum omnis boni oceanum: *Ite*, diſcedit[illegible]
principio & cauſâ omnis boni. In his duobus [illegible]
ſumma conſiſtit fœlicitas, & ſumma hominis C[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miſeria,. *Vniri cum Deo* eſt ſumma fœlicitas; *ſeparari à Deo*, ſumma miſeria eſt. Et quamdiu præſentem agimus vitam, ſumus in periculo, neque terminum, quem attingemus, cognoſcimus. Quamobrem vnuſquiſque ad remedium recurrere, &, quantùm poſſibile eſt, curare debet, vt in hac vita habeat vnionem cum Deo, timeat ſeparationem, continuam Dei geſtet memoriam, fugiat obliuionem. Conſidera inſuper, ſolum tempus præſentis vitæ eſſe tempus Miſericordiæ, & tempus Judicii eſſe tempus Juſtitiæ, aut distributiuæ comparatione bonorum, quâ confertur præmium conforme merito; aut vindicatiuæ reſpectu malorum, quâ promeritâ pœnâ caſtigatur culpa.

Chriſto Juſtos inuitaturo ad gloriam, eisque dicturo: *Venite, Benedicti Patris mei, poſſidete Regnum paratum vobis à conſtitutione Mundi.* Reſpondebunt Beati cum iubilo & exultatione: *Benedictio & claritas, & ſapientia, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum, Amen.* Apoc. 7. Sed quid reſpondebunt miſeri peccatores terribili iſti tono & ſono finialis ſententiæ, æternam continentis damnationem? Primò hoc vocabulo: *Ite maledicti*, intimabit pœnam damni; ſecundò, *In ignem æternum*, pronunciabit pœnam æternam ſenſus. Tunc in has miſerabiles prorumpunt voces: *Non inſenſati vitam illorum* (iuſtorum) *æſtimabamus inſaniam.* Sap. 5. *Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt*; ecce, in ſtatu fœlicitatis æternæ conſtituti ſunt, & nos ſempiternis adiudicati ſumus tormentis & miſeriis inter Dæmones ſine termino moraturi. Verùm parùm tibi proderit hoc lumen eo tempore, nunc illud habere ſtude, & vitam peccatorum ut veram inſaniam, & vitam Juſtorum vt veram æſtima ſapientiam.

Vltimâ vix à Chriſto prolatâ ſententiâ, ſubitò illius ſubſequetur executio: *Ibunt hi in ſupplicium æternum; Iuſti autem in vitam æternam.* Matth. 25. Quapropter terra, ſine mora, hiatu ſuo viuos abſorbebit & deuorabit omnes ſpiritus infernales ſimul cum igne, qui, vt ſuprà dictum eſt, totius Mundi renouationi inſeruierat. Cœlum quoque pandetur, & Chriſtum recipiet,

cunctoſq; Beatos, & Angelos ſanctos ſummâ cu[m] & honore Gloria Dei triumphantes in ſæcula ſ[æculorum] ſina fine. Et tūc verificabitur illud, q[uod] ait D. Aug[ustinus] quod in fine Mundi, cōpleto Judicio, notiſſ[imis] expreſſis portis Paradiſi inſcribetur: *Nemo iam ... exeat. Nemo intret, timeamus : nemo exeat, gau[deamus].* Nemo intret ; verba magni timoris & tremoris ... qui à Paradiſo excluſi ſunt. Nemo exeat, verba ... conſolationis pro iis , qui beatam inhabitant ... Ad eundem modum Inferni portis characteribus ... telligibilibus inſcriptum legetur : *Nemo intret, ... eat : nemo intret, gaudeamus ; nemo exeat, ti[meamus].* Nemo deinceps per totam æternitatem Infern[um in]trabit, gaudeant illi & lætentur, qui foris ſunt. ... exeat : timeant & plangant continuò Inferni ca[rceribus] concluſi. Cura, vt de te verificetur & legatur : *N[emo ex]eat,* in ſcriptura Cœli, & *Nemo intret,* in ſcriptura ...

## *De tempore & loco Iudicii.*

## CAPUT VI.

QVantum ad primum punctum de tempore, ... certa, hic in conſiderationem veniunt, & ... bium.

*S. Aug. lib. 83. q q. apud Carthuſ. in 4. diſt 43. q. 1. Suarez 3. p. to. 2. d 53. ſect 3. Ioan. ep. 1. c. 2.*

Primò certum eſt, quod Iudicium futurum ſit ... ma ætate Mundi, quæ incipit ab Aduentu Chriſti ... nem, terminabiturque in ſecundo Aduentu, qu[o ve]niet vt Judex iudicaturus viuos & mortuos. *N[o]uiſſima hora eſt* (nempè nouiſſimum tempus, ... ætas Mundi) *& venit Antichriſtus.* Tres ſunt ... Mundi: prima, media, & vltima: prima fuit ab Ad[amo vſ]que ad Abrahamum : ſecunda ab Abrahamo ... primum Aduentum Chriſti: tertia à primo Adu[entu vſ]que ad ſecundum. Prima eſt ætas legis Naturæ ... eſt ætas legis ſcriptæ: etenim ab Abrahamo incep[it cir]cumciſio : tertia eſt ætas legis Gratiæ. Et in hac ... te Gratiæ erit Judicium. Ratio eſt, quia poſt ...

*Suarez vbi ſup.*

gem Gratiæ, non erit alia lex ſed ſtatus Æternitatis: ergò in tempore legis huius, quod eſt vltimum ante æternitatem, erit Judicium. Verùm ignoratur, quo determinato ætatis huius tempore, quo anno, quo die, quâ horâ erit Judicium, veluti mox dicetur.

Secundò certum quoque eſt, quod cito & breui quoque tempore futurum ſit Judicium, tàm particulare quàm vniuerſale: *Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt*, inquit Chriſtus Dominus. *Et dixit citò, quia præſens tempus futuro tempori comparatum eſt veluti momentum*, veluti etiam loquitur Apoſtolus: *Momentaneum hoc & leue tribulationis noſtræ æternum Gloriæ pondus operatur in nobis*, q d tribulatio præſentis vitæ ſecundùm ſe conſiderata valdè leuis eſt: ſecundùm tempus ſpectata momentanea eſt comparatione æternitatis & futuræ Gloriæ. — *Carthuſ. loc. cit.* — *2. Cor. 4.*

Et probatur, quia Mundus iam deuenit ad ſenectutem ſuam: *Mundus iam ſeneſcit*: & veluti res ſenio confecta paucas habet vires, vigoremque exiguum ac debilem: vt propterea vix in ſe eſſe conſeruare poſſit. Ita experientia docet in hominibus, qui primò ad octingentos vſque, & nongentos etiam viuebant annos, modò vix annum octuageſimum attingunt. Vndè concludit S. Cyprianus: *Quia iam Mundi finis proximus eſt*, ac proindè Judicium vniuerſale; *ad Deum mentes veſtras Dei timore*, ſi non amore, *conuertite.* — *S. Cypr. ep. ad Demet.*

Hoc idem affirmat S. Chryſoſtomus, idque ſignis, quę Mundi finem præcedunt, commonſtrat & probat: *Non longè à fine abſumus, ſed iam Mundus properat: hoc bella, hoc afflictiones, hoc extincta Charitas ſignificat.* — *S. Chryſoſt. Hom. 33. in Ioan.*

Confirmo hanc veritatem teſtimonio S. Vincentii Ferrerii, cui Chriſtus apparuit, dixitq;: *Inter cætera euangelizabis extremum Iudicii diem citò futurum.*

Prætermitto plura alia ſigna, quæ eandem probant veritatem: veluti de Romano Imperio, quod iamdudum cœpit deficere, & in fine huius veniet Judicium: de prædicatione Evangelii per totum Mundum in China, Japonia & Indiis facta: *Prædicabitur Evangelium in vniuerſo orbe & tunc erit conſummatio*: de bellis & perſecutionibus Turcarum; hæc enim vltima, quam patie- — *Matth.*

 tur

*Apoc. c. 6.* tur Eccleſia, erit perſecutio, ſignificata per equ
*Cornel. hic.* lidum: quemadmodum equus rufus indigita
tionem Gentilium, & niger perſecutionem He
rum.

*Cornel in epiſt. Iac. 5.* Alia adhuc adeſt ratio, ob quam Judicium
*niet*, vel, vt loquitur ſanctus Hieronymus, *Chr*
*te ianuam aſſiſtit*. & confeſtim ad iudicandum
& eſt, quia ſubitò accelerabit mors cuiuslibet
in particulari, & eadem ſentẽtia in Judicio partic
*S. Aug. ep. 80. ad Heſychium.* ta confirmabitur in Judicio vniuerſali. Undè
Auguſtinus: quâ ratione & modo quiſpiam
*nouiſſimo die* vitæ ſuæ; eodem modo conſtitu
*nouiſſimo Mundi die*, ſeu in Judicio vniuerſal.
colligitur, duobus modis ſubitò venturum diem
ſalis Judicii: primò, mediante Judicii particular
dò, etiam per ſeipſum, quia eſt omnium vltimus
uerſalis. Prima breuitas eſt ante conſpectum ho
ſecunda eſt ante conſpectum Dei, qui videt &
res in æternitate.

Tertiò denique certum eſt diem Judicii eſ
ex occultiſſimis Dei ſecretis & arcanis, quæ n
feſtantur hominibus, nequidem Angelis: *De*
*Matth. 13.* *tem illa, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in c*
*que Filius, niſi Pater.* Ubi notandum, quod
do dicitur: Filius hominis, nimirùm Chriſtu
ſcit determinatè diem Judicii, id velim ita in
non ſcit à ſe, in quantum homo, & per ſcient
*Nazian.* turalem; benè tamen nouit diem illum per ſci
*Damaſc.* beatam & infuſam: ſcit eum *in ſua Humanitat*
*S. Thomas.* *ex ſua Humanitate*; ſcit illum in quantum homo
*Carthuſ.* ex ſe, ſed per reuelationem Patris. Quapropt
*ibid.* tur *Apocalypſis Ieſu Chriſti, id eſt, reuelat*
*Chriſto à Patre, ſecundùm naturam aſſumptam*
*omnium cognitio, & præteritorum & præſentium*
*turorum infuſa eſt Animæ Chriſti in inſtanti ſu*
*nationis*, ac proindè etiam ei infuſa eſt notitia
Judicii.

Præter Chriſtum, probabile eſt, hac eadem
*Suarez.* tione & notitia inſtructam eſſe ſanctiſſimam
*diſp. 13. ſect.* trem: quia hoc decet dignitatem Matris Dei, &
*9.* Vniuerſalis totius Uniuerſi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eadem veritas illuſtratur & probatur ratione. Enimverò ſicuti creatio Mundi dependebat à libera voluntate Dei; ita quoque eiusdem conuerſatio: quare nonniſi per reuelationem ſciri poteſt, quanto tempore Deus Mundum hunc conſeruare dignetur. Præterea Mundus conſeruatur à Deo, vt compleatur numerus Prædeſtinatorum. Undè, ſecundùm D. Auguſtinum, completo Prædeſtinatorum numero à Deo determinato; illicò etiam Mundus aſſequetur finem ſuum: numerus autem certus Prædeſtinatorum noſtram ſubterfugit notitiam, cùm ille ſolus ſit reſeruatus cognitioni Dei: ergò neque ſciri poterit, quanto tempore Mundus durabit. Concludo hanc materiam: *Ratio facti eſt voluntas facientis:* alia non adeſt ratio, niſi voluntas Dei nobis occulta.

Hiſce veritatibus, vt certis, ſuppoſitis, veritas alia, ſed dubia, diſcutienda remanet: & eſt, an ex probabili ſolùm coniecturâ, & non ex certitudine affirmari poſſit, quod completâ totâ Mundi ætate, quæ cenſetur eſſe ſex millium annorum (computando pro quolibet ſtatu, Naturæ, Legis, & Gratiæ duo annorum millia) immediatè futurum ſit Judicium.

Dubio propoſito reſpondetur primò, ſi ſermo eſt *de poſſibili*, caſus propoſitus admitti poteſt, quia in ſpatio illo annorum 355. quod adhuc ſupereſt, & complet ſextum millenarium ætatis Mundi, verificari poſſunt ea ſigna, quæ præcedent Judicium. *Suarez. lo. cit.*

Secundò, ſi ſermo *de facto*, & intelligatur de ſex millibus annorum determinatis & definitis, falſa eſt opinio, & ſuſtineri non poteſt: quia iuxta hunc ſenſum determinatus cognoſcereceur dies Judicii (contra Evangelium) quod, nimirùm, incideret in primum diem immediatè poſt finitum ſextum millenarium. *Suarez ubi ſup.*

Tertiò, ſi loquamur de ſex millibus annorum indeterminatè & indefinitè, & ſenſus ſit, quod Mundus durabit ſex millibus, & non ſeptem millibus annorum; tùm opinio probabilis eſt, & ſuſtineri poteſt: quia non eſt inconueniens id aſſerere; cùm ſit probabile, propter paritatem, quam habent inter ſe ſtatus Mundi, quod Mundus durabit ſex millenariis. & non attinget ſeptimum; & currente ſeptimo, neſcitur, quo anno futurum ſit Judicium. *Cornel. Apoc. c. 20. v. 6. Acoſta lib. 1 c. 2. de temp. nov.*

Et hæc

Et hæc de præſenti materia ſufficiant: ſiqui-
ſtro repugnaret inſtituto, ſi ſimilibus dubiis di-
moraremur. Nunc ſtatuenda eſſet hora, quâ
inſtituetur iudicium. Alii dicunt, illud ſ-re-
*Matth. 25.* dum ſub mediam noctem (*Mediâ nocte clamor*
*S. Chryſoſt.* Addit S. Hieronymus, eſſe traditionem Apoſt-
*S. Hieron.* quamuis, id incertum eſſe; alii ſuſtineant. Et
*Suarex vbi ſup.* quod veniet mediâ nocte, idem eſt dicere; veniet
prouiſo. Ita quoq; incertum eſt, quo die in ſepti-
veniet, an die illo, quo aſcendit Chriſtus in cœ-
alio die, quo mortuus eſt.

*Ceſſ lib. 13. c. 21.* Progredior ad ſecundum punctum propo-
loco, in quo fiet Judicium. Communis Patrum ſ-
*Ioel. c. 3.* eſt, illud fore inſtituendum in valle Joſaphat: *I-*
*illis congregabo omnes gentes, & deducam in valle Ioſa-*
*phat, & diſceptabo cum eis.* Neque vocabulum *Io-*
*ſaphat*, intelligi debet ſecundum etymologiam
ꝙ in Chaldæo ſignificat: *Dominus iudicabit*, ſe-
dùm vocabuli proprietatem, nempè, iuxta nom-
prium vallis: alioquin neque nomen Bethlehem
ficaret locum determinatum, quia omnis locus e-
*panis*, vbi eſt Chriſtus, Panis vitæ æternæ. Ergò
mē *Ioſaphat*, non omnē ſignificat vallem, ſed de-
tam illam inter Montem Oliueti & Montem Ca-
Neque comparatione tot tantorumque homin-
nimis anguſtus erit: quia primò non continebit
eos, qui iudicandi ſunt; ſed ſolùm reprobos;
electi vnà cum Chriſto in aëre comparebunt. P-
dicta valle comprehenduntur etiam omnes lo-
nes cum tanta diſtantia, quanta ſufficiet ad ca-
tantam corporum multitudinem. Et propter-
finem Mons Oliueti diuidetur in quatuor partes
ducetur ad eandem planitiem cum Valle Joſaphat.
dicet aliquis: ob quam cauſam Deus determina-
Judicii, & non tempus? in quo determinato loco
dicium, ſcimus; at neſcimus, quo tempore fiet.

Reſpondeo: determinat locum, vt ad con-
nos excitet memoriam duorum principalium m-
rum vitæ Chriſti: primò, videlicet, ad memoriam
ſionis & Mortis Chriſti: in monte Caluariæ; ſec-
memoriam mirabilis eiusdem Aſcenſionis in M-

ueri. Nõ determinauit tempus, vt parati ſimus omni tẽ-
ore; quia omni & quocunq; tempore venire poteſt Iu-
icium vniuerſale mediante Iudicio particulari in mor-
e noſtra. Inſuper elegit iſtam vallem, & non aliam, pro
oco Iudicii: vt, vbi iudicatus fuit, ibi & iudica-
et: & eodem loco, quo fuit ſpectaculum ſuæ
gnominiæ, eſſet quoque Theatrum ſuæ Gloriæ.

## *De Regno Chriſti & Dei.*

# CAP. VII.

F*Inis*, Mundi tunc erit, *cùm tradiderit Regnum Deo &* 1.Cor.15.
*Patri*, quando Chriſtus Dominus noſter poſſidebit
Regnum ſuum in perfecta pace & quiete, offeretque il-
lud Patri ſuo æterno. Ubi duo Regna conſideranda ſunt:
num Chriſti, in quantum Homo: & aliud eiusdem, in Ad Epheſ.
quantum Deus eſt. Primum *eſt Regnum ſub Regno*, id eſt, c.5.
eſt Regnum ſubiectum & ſubordinatum Regno Dei,
quemadmodum ipſemet Chriſtus *eſt finis ſub fine*, eſt fi-
nis noſter, at ſubordinatus fini vltimato, qui eſt Deus:
*Vos Chriſti, Chriſtus autẽ Dei*: vos eſtis ad gloriam Chri- 1.Cor.3.
ſti, & Chriſtus ad gloriam Dei; Chriſtus eſt finis noſter,
& Deus eſt finis Chriſti. Et regnum illud non ſpiritua- Suarez.3.
le duntaxat, ſed & corporale eſt, cùm habeat dominium p.to.1.diſp.
vniuerſale & primarium, non indirectè tantùm, ſed & 8.ſect.2.
directè, in omnes creaturas. Undè in ſacra Scriptu-
ra appellatur *Rex & Dominus*: Rex, propter poteſtatem
Iurisdictionis: & Dominus, propter poteſtatem domi-
nii, ſecundùm quam vti poteſt creaturis omnibus pro
ſuo arbitrio. Hæc perfecta poteſtas, tàm ſpiritualis,
quàm temporalis competit Chriſto ratione Vnionis
Hypoſtaticæ, propter quam eſt Filius naturalis Dei: &
connaturalium inſtar proprietatum omnes ei compe-
tunt perfectiones, quæ nullam dicunt implicantiam,
nec contradicunt carni paſſibili Chriſti ob finem noſtræ
redemptionis aſſumptæ, veluti eſt gloria corporis. Un-
de ſequitur, hanc poteſtatem cœpiſſe in Chriſto ab in-
ſtanti

ſtanti conceptionis ſuæ; ſicque tunc adhuc in
ventre Matris ſuæ & poterat facere miracula, &
ri id, quod volebat: quia, vt dictum eſt, tanq
naturalis proprietas ſacræ illi Vnioni debiuer
propter Chriſtus non ſolùm eſt Rex natus, vt
Matth. 2. Magi dicebant: *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæ*
etiam conceptus Rex cum perfectiſſima pote
rituali ſimul, & temporali, vtrâque directâ &
abſque dependentia vnius ab altera. Verùm ſi l
de vſu & de perfectâ poſſeſſione & manifeſtatio
poteſtatis; ea fuit in Chriſto poſt Reſurrectio
Aſcenſionem ſuam, & erit vltimo die Iudic
omnes tanquam ſerui, vel amoris, aut timoris,
entur; quando omnes illius Regnum, ſeu pote
Charitatis complebunt: quando omnes ex
ac manifeſtabunt eius attributum, vel Iuſtitiæ
ricordiæ. Ac propterea dies ille tremendi Iu
citur in ſacra Scriptura *Dies Domini*, dies, in q
ſtus ſuam oſtendet Poteſtatem & Dominium.
mo Aduentu, & in ipſo inſtanti Conceptionis
Rex & Dominus: at non comparebat illius
& Magnificentia, abſcondita & occulta ſub
te carnis noſtræ, propter finem noſtræ Redem
Aſt in ſecundo Aduentu manifeſtabitur, qualis
ac totam ſuam oſtendet poteſtatem ac Maieſta
quemadmodum apparebit vt Iudex vniuerſ
rum & mortuorum; ita & in conſpectum
omnium Dominus & Patronus. Hoc eſt
vniuerſaliſſimum Chriſti, hæc eſt poteſtas Exc
(vt vocant) Chriſti, & fuit ſemper in Chriſto
proprietas naturalis; ſed ante mortem ſuam
vſu talis poteſtatis. Quare ſimul in Chriſto
terunt ſumma poteſtas, & ſumma paupertas
poteſtas propter ſummum ius; ſumma paupe
pter ſummam priuationem vſus rerum tem
Verùm hanc ampliſſimam poteſtatem, cùm ſi
tas vnionis ſuæ, communicare noluit ſuo Vicari
ris; quemadmodum nec eidem communicauit
tem ſpiritualem ſecundùm omnem perfectione
eſt poteſtas noua inſtituendi Sacramenta, & faci
racula. Hæc de poteſtate Chriſti in genere;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[...]hut diſcurſum noſtrum ad poteſtatem duntaxat ſpiri-
[...]ualem, & ad Regnum ſpirituale Chriſti, quod habet ſu-
[...]a animas in ordine ad earum ſalutem.

Hoc Regnum ſpirituale præ alio Chriſto chariſſi-
[...]um eſt, quia eſt regnum totum cœleſte ad æternam
[...]loriam ordinatam: Regnum Eccleſiæ, & militantis, &
[...]riumphantis ſimul. Exercuit Chriſtus Dom. hanc po-
[...]eſtatem, quando fundauit Eccleſiam, quando inſtituit
[...]egem Evangelicam, quando miſit Apoſtolos ad prædi-
[...]andum per totum Mundum Evangelium, Hanc exer-
[...]cebat potentiam patrando miracula in confirmationem
[...]idei, quam prædicabat, & in confirmationem Diuinita-
[...]is ſuæ; vt cognoſceretur vt Homo, & crederetur vt
Deus; ac denique manifeſtabit hanc potentiam in ex-
[...]remo Iudicii die, quando iudicabit viuos & mortuos
[...]nicuique retribuens iuxta propria merita. Eadem
[...]pirituali poteſtate nunc gubernat Eccleſiam ſuam, du-
[...]lici influxu, vno interno Gratiæ (*De plenitudine eius* *Ioan.* 1.
[...]*mnes accepimus*) externo altero, dirigendo, nimirùm,
[...]ctiones externas Eccleſiæ: & primum officium exer-
[...]et immediatè per ſeipſum: ſecundum mediatè per ſuum
[...]icarium. Quando Chriſtus erat in terris, iuxta vtrum-
[...]uemodum per ſeipſum immediatè influebat; at in fine
[...]undi, vltimo die Iudicii ceſſabit omne regimen.
[...]*um euacuauerit omnem Principatum, & Virtutem, &* 1. *Cori.* 15.
[...]*oteſtatem.* Tunc ceſſabit ſubordinatio Angelorum,
[...]on quantum ad gradus & ordines, ſed quantùm ad of-
[...]cia & miniſteria in ordine ad regimen Eccleſiæ, & au-
[...]ilium animarum. Conſtituto igitur Mundo in hu-
[...]uſmodi ſtatu, accedet S. Michael Archangelus, tan-
[...]uàm Caput, Protector, & Cuſtos Eccleſiæ, ac Chriſto,
[...]anquàm vero ac legitimo Domino, Regnum Eccleſiæ
[...]ope ſuâ eoſq; cuſtoditum & defenſum offeret: primò of-
[...]eret totum Angelorum exercitum in tot Hierarchias &
Ordines diſtinctum, ſuâq; mediante exhortatione ſub
Mundi initium ſtabilitum & confirmatũ in Gratia Dei.
Deindè alium ei offeret copioſiſſimũ Beatorũ exercitũ,
[...]n varios etiam Virginũ, Martyrũ & Confeſſorũ ordines
[...]iſtinctũ: quos omnes S. Michael cuſtodiuit, & promo-
[...]uit adeò in Diuino ſervitio, vt ad extremũ vſq; vitæ ter-
[...]minũ conſtantes manſerint, & mortui fuerint amici & fi-
[...]ii Dei.

Acce-

Acceptam Chriſtus habebit hanc oblatione
bona officii illius adminiſtratione, deque cu
modi diligenter adhibitâ gratias ei referet, o
deindè omnes illas animas pretioſiſſimo ſuo S
redemptas æterno ſuo Patri Deo. Hucuſque d
Chriſti; diſſeramus nunc de Regno Dei.

1.Cor.15. *Cùm autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc*
*ſubiectus erit ei, qui ſibi ſubiecit omnia in omnib*
explicare poterit, quando Chriſtus cœlum ing
omnium Sanctorum Angelorumque cœleſtium
caterua, & ante conſpectum Patris ſui conſtit
dem exhibebit offeretque Regnum ipſius; q
quam, explanare & exponere poterit affectu
reuerentiæ filialem in Chriſto, affectum illum
paterni in Paterni in Patre, immenſam illam
gaudium illud in cunctis cœli incolis, iubi
Matris Dei, cùm Filium ſuum negotium hoc
rum, à Patre ei impoſitum, tantâ cum glo
nore ad finem deduxiſſe conſpexerit? T
Chriſtus: Pater; *Ego te glorificaui ſuper Terra*
Ioan. c. 17. *conſummaui: quod dediſti mihi, vt faciam,*
S.Chryſoſt. *ſtaui nomen tuum hominibus.* q. d. Ego qua
S.Aug. riam tuam ſuper Terram, negotium mihi co
executus ſum, manifeſtando nomen ſanct
non tuum nomen Dei, iam notum Judæis;
men tuum Patris, quo cognouerunt & credid
me Filium tuum, totum connaturalem & co
tialem tibi. Ecce hæc vulnerum & plaga
perhibent teſtimonium, quod ad gloriam
ſionem & Mortem tuam ſuſtinuerim. *Pater,*
S.Chryſoſt. *diſti mihi, volo, vt vbi ſum ego, & illi ſint*
S.Cyrill. *videant claritatem meam. Clarifica me tu P*
Cornel. in *temetipſum claritate, quam habui, priusqua*
loc. cit. *dus fieret, apud te.* Rogo te, Pater æterne,
Ioan. nica gloriam tuam, non meæ Perſonæ
quemadmodùm ab æterno communicaſti;
etiam Humanitati meæ; vt omnibus innote
non Hominem ſolum, ſed & verum eſſe De
per omnia æqualem. Ad hanc vocem Deus P

noſtro loquendi modo, ſe inclinabit, ac Filium tener-
rimè amplexabitur, & ad cœleſtes conuerſus aulicos Matth. 3.
dicet: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè* Ioan. 12.
*complacui; clarificaui, & iterùm clarificabo.* q. d. En
Filius dilectus, in quo, veluti in viua & naturali ima-
gine ſubſtantiæ meæ lætor & gaudeo: ego ſemper eum
glorificaui in terris, & eò magis nunc eum glorificabo in
cœlis; vndè volo, vt regnet mecum in eodem meo Re-
gno, in eadem Gloria, honore & dignitate in æternum.
Hic, Patre tacente, omnes Sancti vnâ voce *Cantabunt*
*canticum nouum dicentes: Dignus es, Domine, accipere* Apoc.
*librum, & aperire ſignacula eius: quoniam occiſus es,*
*& redemiſti nos in Sanguine tuo, ex omni tribu, & lin-*
*guâ, & populo & natione: & feciſti nos Deo noſtro Re-*
*gnum, & Sacerdotes, & regnabimus ſuper Terram.* Vn-
dè Sancti Reges ſunt in eodem Regno Dei, regnant
cum Chriſto, & Chriſtus regnat cum Deo: vnum eſt
Regnum commune omnibus, vna Gloria, licet di-
uerſo modo participata. Regnum beatiſſimum, Re-
gnum fœliciſſimum, Regnum Charitatis, Regnũ Amo-
ris, Regnum gaudii & pacis, Regnum gloriæ & hono-
ris; Regnum laudum, gratiarum actionum & bene-
dictionum; Regnum ſine fine & termino, Regnum ſæ-
culorum, Regnum in æternum. Cuncta huius Regni
negotia ſunt *Amare & Amari*: obligationes, *Amare &*
*Gaudere*: onera: *Iubilare & exultare*: exercitia: *Lau-*
*dari & congratulari*: finis, fœlicitas & plenitudo omni-
um bonorum creatorum & increatorum. O Regnum
glorioſiſſimum, Regnum Regnorum! *Singuli in te* S. Anſ. ep. 2.
*erunt perfecti Reges, quia quod ſinguli volent, ſic erit, &* ad Hugon.
*omnes ſimul cum Deo: vnus Rex, & quaſi vnus homo,*
*quia omnes vnum volent, & quod volent, erit.* O Re-
gnum Diuiniſſimum, *in quo Deus erit omnia in omnibus*: 1. Cor. 15.
quia Deus ſolus in Sanctis eorundem amoris obiectum
erit, ſolus finis Gaudii, ſolus terminus intentionis Deus S. Hier. ep.
ſolus erit eorum habitatio, eorum quies, eorum cibus ad Amand.
& occupatio. *Deus erit omnia in omnibus*: quia omnes
virtutes, omnes gratias, omnia dona, & totum à Deo ſo-
lo habebunt. *Deus erit omnia in omnibus*; quia ceſſabit
Regnum Dæmonis, Regnum Carnis, Regnum Mundi,

& ſolùm florebit Regnum Dei, ſola regnabit
Amor Dei. O beatam & beatiſſimum illum
mittetur & promouebitur ad hoc Regnum!
per Sanctorum fuit deſiderium: vt adirent ho
ſeruirentque in hoc Regno ſuo Regi & Domi
bit in hoc Regno *in æternum & vltrà.* Qu
*S. Aug.* quando veniet? *Adueniat Regnum tuum, adu*
*Apoc.* 12. *tuum. Veni Domine Ieſu. Beati qui ad cœnam*
*S. Greg. de* *rum Agni vocati ſunt!* Scribit S. Gregorius de
*S. Galla lib.* quod, cùm ei Morti iam proximæ appareret
*4. Dialog.* dixerit illa Apoſtolo: *Quid eſt, Domine mi? di*
*c.* 13. *mihi peccata mea?* Reſpondit S. Apoſtolus: *Do*
*ni:* Rex tuus te exſpectat in Regno ſuo æterno
Regno Chriſti, Dei, & Sanctorum, cunctiſque
Peregrini terræ dixiſſe ſufficiant.

Verùm, priuſquàm huic operi finis impona
concluſione hactenùs dictorum, conſideran
*Apoc.* 1. 9. quod nobis ſubminiſtrat S. Joannes: *Ego fra*
*particeps in tribulatione, & in Regno.* q.d. Eg
frater veſter, & vobis ſimilis, ſpero eſſe partic
Chriſti, quia modò particeps ſum Crucis eius
Regna Chriſti: vnum Crucis, & eſt in hac vita
Gloriæ, & eſt in altera vita: & de vno Regno
tus ad aliud. Viſne eſſe ſecurus & certus de Re
riæ? Stude ſeruire modo in Regno Crucis, pa
mo amplectendo tribulationes, quaſcunque
miſerit; quod ſi nunc inſtar veri peregrini terr
ris, verus deindè efficieris ciuis cœli, effugie
nas Inferni, cuius memoriam tibi exhibebunt
capita: quia ſi magnum debeamus concipere
de rigore Judicis, maiorem nobis incutere de
rem ſeuera illa & irreparabilis ipſius ſententia,
tra peccatores ſemel prolata executioni mand

Inferno, veluti in loco à Diuina Juſtitia de
pro reproborum ſupplicio.

## *Memoria Inferni.*

# Cap. VIII.

PRofeſſio Chriſtiani ad duas principales reſtringitur obligationes duobus hiſce verbis: *Abſtine & Suſtine*, ſignificatas: quia à cunctis oblectamentis animæ nociuis abſtineat, & quaſcunque tribulationes è manu Dei quotidiè peruenientes, patienti animo ſuſtineat, oportet. Ad vtrumque finem plurimùm conducit pœnarum infernalium memoria. Qui temporalem dulcedinem cum timore æternæ amaritudinis conſiderat, ab illa facilè recedit; & qui Crucem, vt medium, quo æternum Inferni effugiat incendium, contemplatur, non fugit illam, ſed lubenti animo amplexatur, vtpotè viam neceſſariam ad vltimum Gloriæ noſtræ finem attingendum. Ita dixit S. Chryſoſtomus: habitâ memoriâ Inferni *non eſt dolor in malis, nec gaudium in bonis.* q. d. Non debemus dolere in tribulationibus, neque lætari in conſolationibus; quia dolor præſens nos eripit & liberat à futuro, & temporalis lætitia ſternit nobis viam ad triſtitiam æternam. Ergò, vt quis abſtineat à bono nociuo, & malum vtile ſeu fructuoſum ſuſtineat, remedium efficaciſſimum eſt *memoria* Gehennæ. Verùm dicet aliquis: hæc medicina valdè amara eſt, ac ſummè tædioſum & moleſtum eſt loqui de Inferno: hoc idioma non ita facilè capitur: quamuis materia vtilis ſit, praxis tamen valdè difficilis eſt. Sed audiat hic, qualiſcunque ille ſit, quod reſpondet S. Chryſoſtomus: *Inferno, ait, nihil amarius, & nihil dulcius*: nihil amarius Inferno in ſeipſo ſpectato; at nihil dulcius eodem, prout eſt in noſtra memoria & lingua: *Quia hæc audiendo, anima ad ſe conuertitur, & cautior facta, effertur altius, volatque ſublimiùs, malignæ cupiditatis expulsâ tyrannide.* q. d. anima audiens pœnarum acerbitatem æternitatemque ad ſeipſam per timorem reuertitur, & facta cautior fugit peccata, ardoreque

*S. Chryſoſt. to. 4. Hom. 41.*

*S. Chryſoſt. to. 2. in c. 12 Matth. Hom. 24. loc. cit.*

ſlammæ infernalis deterrita in altum erigitur b
ſimo volatu cœlum petit: non aliter, ac ſicut
ſtiſſimæ ſyluæ incendio, de terra in altum eu
& quò altiùs & ſublimiùs volant, eò ſecur
duntur ab illo periculo. Progreditur vlterius
Chryſoſtomus, quia non tantum hanc memo
ſet vtilem facilemque, ſed etiam neceſſariam;
S. Chryſoſt. huiusmodi recordatio Inferni extinguat ignem
10.4. uio illius è contrario ignem illum accendat: *L*
Theſſ. 2. c. 1 *Gehenna? Gehennam extinxiſti: tacens de G*
Hom. 2. *Gehennam incendiſti.* Quia *Timor promiſſi*
*ptior eſt & efficacior:* minæ alicuius mali apt
caciores que ſunt ad cor peccatoris commo
quàm promiſſio alicuius boni æterni. Q
priuetur Deo, æternâque Gloriâ, non omn
faciunt, neque pro magno malo reputant:
quis continuò ardeat, ardentibusque ſemper
& torqueatur flammis, eſt malum quoddam,
ſeipſum loquitur, & ſubitò, vt in conſide
venit, vehementem animæ incutit timorem. E
telliges immenſum illud deſiderium, quos De
de amore noſtro. Ut nos inuitet cogatque ad
ſuum, non ſufficit ei, quod illum ſpeciali præc
bis commendauerit, parùm ei videtur, quod
ſionem præmii æterni adiunxerit, neque ſibi
ctum exiſtimat, quod exemplo ſuæ Paſſionis
tis nos præceſſerit: vult inſuper, pro vltimo c
dere minas ignis, tormentorum, pœnarumque
rum. Undè ignis infernalis nō eſt effectus Odii,
ris; quia ſummè deſiderat amorem noſtrum,
Iſa. 54. ſummam pœnam, niſi eum amauerimus. *Quid*
*debui vltra facere, & non feci?* Quid potuit De
pliùs facere, quod non fecit? Utrumque m
Amoris & Timoris arripuit. Ecquis maior e
mor Amore Paſſionis & Mortis eius? Quis m
eſt eſſe timor Timore ignis ardentiſſimi, &
cruciantis: Oportet igitur, ſe reſoluat Chriſtian
neceſſariò ei competit ardere igne, aut Amo
aut Inferni: nullum datur inter hæc duo extre
dium: aut ſemper miſer, aut ſemper beatu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…uet fœliciter inter flammas Diuinæ Charitatis, aut …orietur miſerè inter ardores Interni ſempiternos. Jam …t tempus faciendi bonam ac prudentem electionem: …amdiu viuimus, iter & tranſitus liber nobis patet ad …ramque partem. Ut igitur ritè rectèque hanc inſti…amus electionem, proderit continua ignis huius me…oria. Et vt tàm ſalutaris doctrina menti noſtræ magis …agisque imprimatur; agemus de acerbitate illarum …œnarum, quàm vehementes & magnæ ſint in intenſio…e & duratione: pœnæ infinitæ, pœnæ æternæ: pœnæ …finitæ, quæ omnes comprehendunt pœnas, nullâ ex…uſâ: pœnæ æternæ, quia durabunt per ſæcula ſæculo…um, ſine fine, per totam æternitatem. Hæ pœnæ ad …uo reducuntur capita; ad pœnam damni, & ad pœnam …nſus, & de vtraq; Diuina patrocinante Gratia, iam diſ…remus.

*Pro Pœna damni.*

## Cap. IX.

Multæ & innumerabiles pœnæ ſunt, quibus damnati in Inferno cruciantur & torquentur; at maxima …mnium, ſanctorum Patrum opinione, eſt pœna damni, …riuatio æternæ Gloriæ. *Duæ ſunt pœnæ: ignis Gehennæ, & Caſus Gloriæ*, ſeu priuatio cœleſtis Gloriæ, *& caſus* S.Chryſ.to. *Gloria multò amarior. Etiamſi decies mille Gehennas po-* 2 *ſup Mat.* *…nas, nihil tale eſt, quale ab illa vita beata recedere*, & ex- *Hom.* 23. …ludi. Et ratio id clarè demonſtrat: quia pœna ignis …ubiicit nos malo finito; at pœna damni nos priuat bono …nfinito: & quæcunque res, etiam maxima, ſi eſt finita, …ullam proportionem habet cũ infinito. Verũ vt meliùs …percipiatur, quod non paſſio mali duntaxat, verùm etiã …priuatio boni ſit pœna vehementer affligens & contri…ſtans animam, capiamus exemplum à quodam filio Re…gis, qui habet ius ſucceſſionis ad Regnum. Quod ſi hic …eo tempore, quo in Regno ſuccedere debet, mancipare…tur carceri, vbi extremam pateretur paupertatem, cun…ctarumq; rerum egeſtatem, quam non exindè percipe-

*S. Gregor.* ret afflictionem & triſtitiam in corde ſuo? Di
ſe: *Vbi ſum*; *vbi non ſum*? *Vbi ſum*? in carce
*Vbi non ſum*? In amplitudine Regni. Sum
omnibus derelictus: non ſum ſolus, & ab omni
lictus: non ſum inter obſequia & ſeruitia to
que ſubditorum: ſum in penuria & egeſtate om
tum, non ſum in abundantia omnium bo
pœna etiam augeretur, ſi ob culpam ſuam ſe
cludi conſideraret: quia non obediens, vti
rebellis Patri ſuo extitit: & quomodo nunc
pœniteret ingratitudinis? Sed fruſtra: quia
non eſt in tempore recipiendæ alicuius
Hoc exemplum valdè declarat, quantum
pœna damni. Omnes Chriſtiani ſunt filii
gis Dei, & omnes in Baptiſmo acceperunt
ſionem Regni: & in morte, ſi nullum ex
ponatur obſtaculum, recipient illius poſſeſſio
quid contingit? Si quis tempore mortis
fuerit in inimicitia & offenſa Dei, loco eius,
lis capere deberet poſſeſſionem Regni: ad
æterno Inferni carceri, carceri ſterili & priua
no. Conſidera, quid tùm infœlix illa anima
quam perceptura afflictionem & triſtitiam,
miſerabili ſtatu conſtitutam, & Regno a
batam ſe conſpexerit? Dicet intra ſe: *Vbi ſum*
*ſum*? *Vbi ſum*? in obſcuritate carceris, in te
bilibus obſcuriſſimæ noctis. *Vbi non ſum*
illius diei in cœlis nunquam nocte termina
ſum? Priuatus ſemper omni conſolatione
tione. *Vbi non ſum*? In abundantia & plen
terni gaudii. *Vbi ſum*? ſemper miſer *Vbi non*
per beatus. Verum, quod maiorem adde
miſero damnati hominis cordi, erit conſide
tantum malum propriæ ſuæ voluntatis pa
propria ſua peccata & rebellionem contra
faſſe, apprehendet. O quantum tùm de ma
cipiet dolorem & pœnitentiam? O quan
peccaſſe, ex corde optaret, non quidem
pæ, ſed timore pœnæ! Dicet nonnullus
ſtare poteſt, quod anima quædam Gratia D

inodio Dei obſtinata tàm vehementer apprehendat eſſe priuatam Deo? Quia deſiderium tendit in obiectum, quod amatur, & dolor percipitur ex priuatione boni, quod amamus. Reſpondetur, quod damnati non deſiderent Deum *propter amorem bonitatis eius*; ſed propter *deſiderium propriæ delectationis*. Enimuerò vnuſquiſque naturaliter deſiderat eſſe, non miſer, ſed fœlix & beatus, & vehementer appetit liberari ab omni genere mali, & ſatiari in omnium bonorum plenitudine. Et tale deſiderium erit, quod in ſumma intenſione habebit anima ab impedimento corporis libera: deſiderabit propriam ſuam fœlicitatem & beatitudinem, eſto non deſideret amorem & gloriam Dei. *Abulenſ. in Matth. q. 638.*

Præfatis alia quædam accedet conſideratio, quæ ſummopere triſtitiam pœnæ damni augebit, nimirùm, quod pro tàm exiguo lucro magnam adeò fecerit iacturam, tàm vili pretio vendiderit pretioſiſſimam gemmam: propter momentaneam oblectationem perdiderit perpetuam voluptatem & conſolationem. Tunc videbit damnatus, quàm dolosè Dæmon ipſum circumuenerit, & in fraudem deduxerit. *Obtulit pomū, & abſtulit regnū.* **D. Bernar.**

Et vt meliùs capiatur, quantum malum ſit pœna damni; aduertendum eſt, quod ait D. Auguſtinus, Deū, *S. Aug.* quàm ſit vita animæ noſtræ, non eſſe aliquid extra nos, ſed debitum & intrinſecum ſe nobis, quemadmodum anima corpori intrinſeca eſt: quia, ſicut corpus eſt creatum ad recipiendam in ſe animam, tanquàm propriam formam; ita anima à Deo creata eſt ad recipiendum in ſe Deum, veluti animam ſuam. Quod ſi igitur corpus haberet intellectum & iudicium, quam non perciperet triſtitiam ac pœnam ex eo, quod ſemper eſſet priuatum animâ, à qua recipit eſſe, viuere & operari, & quâ abeunte abit in putridum cadauer teterrimum exhalans odorem? Ad eundem modum & longè maiorem ſentiet anima pœnam ex eo, quod orbata ſit præſentiæ Dei, *in quo viuit, operatur, & eſt.*

Et hæc pro explicatione & notitia pœnæ damni, quid & quænā ſit, & quantū excedat pœnam ſenſus, ſufficiant; iam de partibus eius in particulari, & quot pœnæ includantur in vna pœna, agendum eſt.

Tot numero dātur pœnę damni, quot reperiūtur bona, qui-

quibus nos priuant. Prima eſt priuatio Gratiæ
da, priuatio Charitatis: tertia, priuatio ſumm
quarta, priuatio viſionis beatificæ; quinta, p
moris beatifici: ſexta, priuatio fruitionis beati
prima priuatio Gloriæ corporis, quatuor dot
pè, claritate, ſubtilitate, agilitate, impaſſibilit
prehenſæ: octaua, priuatio ſocietatis Beatoru
& vltima priuatio pulchritudinis Mundi
Hiſce bonis damnatus priuabitur in æternùm
ſideratione tantæ iacturæ propter cauſam le
ſummam concipiet triſtitiam. Et quemadm
poſſeſſione ſummi boni, & bonorum, quæ in
nentur, oritur in Beato ſummum & infin
dium; ita è contrario ex priuatione ſummi
Boni, aliorumque, quæ ex eo proueniunt (v
& culpabili) reſultat in Damnato ſummus &
dolor, ſumma & infinita triſtitia.

Pro concluſione huius puncti conſidera,
magnum malum eſt pœna damni, æquum eſt
mo timorè timeatur, ſummaque adhibeatur d
& cautela, nè quiſpiam illud incurrat; reme
reparare cauſas & originem eius. Pœna dam
eſt priuatio Gloriæ, dependet à culpa, quæ eſt
Gloriæ, vndè vna priuatio dependet ab alia. Vis
te aſſecurare, nè ſecundam incurras priuation
mam: procura, quantum poteris Diuinâ a
Gratiâ, fugere peccatum, teque in ſancta De
conſeruare ſtude: ſicque ſecurus & liber euade
damni. Conſidera, quàm magnum & infin
lum ſit, per totam æternitatem eſſe priuatum
fine tuæ creationis, centro cordis tui,
vitâ animæ
tuæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *De pœna ſenſus.*

## Cap. X.

QUemadmodum culpa peccati continet in ſe duas malitias, quæ ſunt, *Auerſio à Deo, & conuerſio ad creaturam*; ita pœna correſpondens culpæ duo in ſe continet tormenta: vnum eſt eſſe priuatum Deo, quæ priuatio eſt pœna damni; alterum, cruciari & torqueri à creaturis, & eſt pœna ſenſus. Declaratâ igitur pœnâ damni, diſſeremus modò de pœna ſenſus, quæ ita nominatur, non quia pœna damni non ſit etiam pœna ſenſus (triſtitia namque, quàm Damnatus patitur propter priuationem Gloriæ, verè ſentitur, & eſt obiectum ſenſus) ſed quia pœna, quæ vocatur pœna ſenſus, cauſatur ab inſtrumento externo ſenſibili, puta, ab igne, glacie, cæteriſque pœnæ obiectis.

Hâc pœnâ vltimum dabitur complementum ſummæ miſeriæ & calamitati ipſius Damnati. Quia non tantùm in Inferno patietur omnium bonorum priuationem, in intenſiſſima etiam ſiti denegabitur ei quæuis aquæ guttula, in immenſa fame nè quidem mica panis ei ſubminiſtrabitur, & omnis etiam minimus lucis radius ipſi ſurripietur; ſed etiam pro maiori omnium calamitatum, cumulo patietur in ſe tormentum & pœnam omnium malorum. Idque duobus modis: primò ab igne, qui operabitur vt inſtrumentum Dei, & per potentiam, vt vocant, obedientialem excruciabit plùs minùsue, & vnâ alterâue pœnæ ſpecie iuxta peccatorum merita. Undè non illam triſtitiam duntaxat cauſabit, quæ naſcitur ex ſenſu ignis, verùm etiam eam, quæ naſcitur ex ſenſu glacie, & ſenſu vermium, ex ſenſu ictuum, percuſſionum, & tormentorum. Ac propterea de igne Inferni verificatur, quod ſit *vna & omnis pœna*: vna per naturam ſuam: omnis, per virtutem Dei: vna, tanquàm creatura naturalis: omnis, tanquàm creatura obedientialis: vna, vt ita dicam, formaliter: omnis, certo quodam modo, eminenter. Et, quæ dixi, ex-

*Hugo Card ad Rom. c. 5 f. 35.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

xi, exponit Hugo exemplo Gloriæ Beatorum, q
ſimulac diuerſa eſt; vna, veluti loquuntur Theo
Gloria obiectiua: diuerſa, Formalis: quia in eod
omnes Sancti, alii plùs, minùs alii gaudent: *Sicut*
*Hugo loc. cit* *ſaluati recipiunt denarium, & maius quidam, q*
*minus; ſic eodem modo omnes damnati erunt in*
*pœna*: Hic eſt primus modus pœnarum ſenſus.
modus eſt in propriis obiectis diſtinctis & di
igne: quia triſtitiam ſummi frigoris non ſolum
tur in igne, vt in inſtrumento Dei; verùm etiam
tatem propriam cuiuslibet ſubiecti dolorifici, p
vis, glaciei, & ſimilium.

Ratio eſt, quia ſi peccator offendit omnes cr
offendendo earum Creatorem, iuſtum & equum
*Sap. 12.* ab iiſdem crucietur & torqueatur. *Per quæ qui*
*per hæc & torquetur.* Vt ſic eædem creaturæ, q
inſtrumenta peccatorum, fiat etiam inſtrumenta
*Sap. 5.* rum. *Et armabit Deus omnem creaturam contra*
*tos*: cunctisque vtetur creaturis tanquàm Juſti
miniſtris ad caſtigandos peccatores. Idque etiam
plo Beatorum explicari poteſt, qui vnum idem
iectum vident & in Deo, & in ſeipſo; ita damn
dem patientur pœnam in igne & extra ignem in
obiecto, modo ſuprà explicato.

Hæc de pœna ſenſus in genere, deſcendamus a
nas ſenſus in particulari. Quemadmodum ſup
mus pœnam damni diuidi in nouem pœnas ſpe
ad eundem modum nunc dicemus cum S. Aug
*S. Aug. ſer.* pœnam ſenſus diuidi in nouem pœnas, quæ ab
*4. de Adv.* ſancto Doctore appellantur *Pœnæ Magiſtrales,*
*ad Iudic.* primariæ & principales, quia reliquæ omnes ad
ducuntur. Et ſunt ſequentes: prima, pœna ex ig
cunda ex glacie ſeu frigore: tertia ex vermibus
pentibus ignitis: quarta ex tenebris: quinta ex
Conſcientiæ: ſexta ex fœtore: ſeptima ex aſpe
Dæmonum: octaua ex flagellis Dæmonum
nona ex catenis candentibus.

## *Prima pœna ex igne.*

INter omnes pœnas ſenſus hanc pœnam ignis dicunt
eſſe eſſentialem, ad proindè immobilem & inuariabi-
lem; vndè tametſi aliæ pœnæ variarentur & mutarentur,
hæc tamen ſemper erit ſtabilis & permanens, ſemperque
Damnati animam torquebit & affliget. Cauſa efficiens
ignis huius eſt voluntas & Decretum Dei: *Flatus Domi-* *Iſa. c. 30.*
*ni, tanquàm torrens ſulphuris ſuccedent eum:* flatus Dei,
qui eſt verbum & præceptum eius inſtar torrentis ſul-
phurei accendet illum ignem. Cauſa materialis erit ſul-
phur, cuius magna copia eſt in viſceribus terræ. *Pars il-*
*lorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure.* Tormen- *Apoc. 28.*
tum principale damnatorum erit ignis & ſulphur, ignis
in materia ſulphuris, ſeu ignis ſulphureus. Quia cùm
ſulphur ſit naturæ calidæ, valdè aptum eſt ad concipien-
dum in ſe ignem: & erit ignis in ſulphure, non tanquàm
in pabulo, quod conſumitur ab igne, ſed tanquàm in
ſubiecto, in quo conſeruetur, ad eum modum, quo ignis
eſt in ferro candente. Neque ſulphur duntaxat, ſed &
Damnatorum corpora ignis huius materia erunt. *Nu-*
*trimenta eius ignis & ligna multa.* Vbi ſub voce ligno- *Iſa. 30.*
rum ſignificantur Damnatorum corpora, veluti in ſa-
cro Evangeliſta Luca nominantur *ligna arida.* Qualis *Luc. 23.*
erit miſeria conſpicere miſera illa corpora vndique ab
igne penetrata, veluti ferra ardentia & candētia? Quan-
tum ad cauſam formalem, erit ignis ardentiſſimus, effi-
caciſſimus, fœtidiſſimus. *Fumus eorum aſcendet in ſæcula* *Apoc. 19.*
*ſæculorum.* In aſpectu & viſu erit terribilis, in tactu in-
ſupportabilis, in virtute inſuperabilis, & per totam æter-
nitatem inextinguibilis. Cauſa finalis erit manifeſtatio
Diuinæ Juſtitiæ. Et quemadmodum Beatorum Gloria
Diuinam manifeſtabit Miſericordiam; ita è contra pœ-
na Damnatorum Diuinam commonſtrabit Juſtitiam.
Totus Mundus, inquit Gerſon, Deo canit muſicam, dū *Gerſon. in*
decantat eius gloriam: ipſe etiam Infernus concurrit ad *ſerm. de SS.*
hunc concentum muſicum declarando & manifeſtando
magnificentiam & rectitudinē Divinæ Juſtitiæ: Infernus
repræſentat tenorem huius cantus, & Paradiſus altum.

Hoc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hoc igitur primum Inferni tormentum eſt,
ipſum ſemper viuâ memoriâ recolere debes, pon-
do hæc tria vocabula : *Ignis, ardentiſſimus, æter-*
Inferni ignis ſolus eſſet, quemadmodùm ſolus e
noſter materialis, ingentem nihilominùs obiicere
ret timorem & terrorem ; at, iuxta commun
ctorum opinionem, noſter comparatione illius e
ignis mortui, depicti, apparentis & vmbrati
cundò eſt *ardentiſſimus*, id eſt, ſummam habe
tem & efficaciam ad comburendum, torquendum
cruciandum : & ſolùm hoc ei deeſt, quod con
& deſtruere nequeat, nè torquendo & crucian
ficiat. Tertiò eſt ignis *æternus*, qui includit
excludit *Nunquàm* : ſemper torquebit, nunqu
ſabit. Ecce, inquit D. Auguſtinus, debitam co
ſcentiæ tuæ pœnam : ignis amoris carnalis inc
ſuſcitat ignis infernales. Cape igitur optimum
ſancti Doctoris conſilium : *Extingue cupiditatem*
*Charitatem*, extingue ignem carnalem creatura
accende Amorem ſpiritualem Dei, & æternas
Inferni flammas.

## *Secundum tormentum ex frigore.*

*S. Aug de triplici habitaculo*
*S. Anſel. in Elucid. c.* 61.

PRæter pœnam ignis inextinguibilis aderit
Damnatis alia pœna intolerabilis frigoris. D
*principalia tormenta in Inferno, frigus intolera*
*ignis inextinguibilis.* Et frigus tàm potens, t
virtutis & efficaciæ erit : *vt ſi igneus mons imit*
*retur, in glaciem conuerteretur.* Inter alia mira
penda quamplurima, quæ pro maiori Damnator
mento reperientur in Inferno, & hoc quoque eri
vnum contrarium non retardabit, nec impedi
contrarium, ſed ſimul ſtabunt in gradu etiam in
mo. Vndè eodem tempore miſer Damnatus ſu
mum calorem & ſummum frigus : ſimul gel
aſtringetur & à flammis comburetur : quia hæc c
ria, eſto ſecundum ſuum eſſe naturale repug

ſimul, non tamen ſe excludunt ſecundùm eſſe intentionale, vt probant S. Thomas & Abulenſis. Et hanc contrariarum pœnarum commixtionem ſeu combinationem voluit innuere Saluator illis verbis: *Ibi erit fletus & ſtridor dentiũ*: planctus & fletus propter ſummũ calorem: ſtridor & corroſiò dentium propter ſummum frigus. Neque veritati huic aduerſatur ſententia Iob (*Tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium*) quia tranſitus ille iuxta modum loquendi noſtro modo accommodatum tantùm intelligitur; aſt in re, de qua ſit ſermo, non eſt tranſitus aut ſucceſſio; ſed vnio in eodem ſubiecto,

*S. Tho. 3. p. Add. q. 97. a. 2.*
*Abulenſ. in Matth. q. 149.*
*Matth. 8.*
*Iob. 24.*

Vt igitur ritè rectèque aliqua ſaltem ex parte concipias hoc magnum tormentum frigoris; conſidera, ſi quis ſe nudum collo tenùs immergeret ſtagno congelato, veluti ſancti quadraginta Martyres, quorum ſolemnitatem celebrat S. M. Eccleſia, qualem intenſiſſimum exinde ſentiret dolorem? at ſi frigus eiuſdem glaciei augeretur & duplicaretur, profectò & tormentum duplicaretur. Et ſi cum centuplici proportione, ampliùsque augeretur; accreſceret & tormentum.

*9. Martii.*

Quid dicés modo de ſtagno iſto adeò congelato & frigore tàm intenſo? videtur primâ fronte ſummum attigiſſe gradum frigoris. Verùm eſt, comparatione glaciei & niuium huius vitæ; at ſi comparetur cum niuibus alterius vitæ, cum aliqua congelata & glacie infernali, amittet quaſi ſuam frigiditatem, & tepidum potiùs, quàm frigidum apparebit. Progredieris adhuc hac eadem munitus conſideratione: ſi quis ſtagno congelato adiudicatus eſſet vno continuo die, magna eſſet pœna: ſi duobus diebus, maior: ſi integro anno, longè maior: ſi triginta aut quinquaginta annis, humanæ patientiæ tranſiret confinia, quia malum eſſet inſupportabile & intolerabile. Quid igitur erit, ſi quis in immẽſo illo Inferni Oceano congelato conſtitutus eſſet, non aliquot diebus, vel annis, ſed per omnia ſæcula ſæculorum, per totam æternitatem? Dicat, qui tormentum illud experitur, me quod attinet, vix illud exponere valeo. Reſpondent tacendo, confitenturque Damnati, deficere ſibi voces quibus illud tormentum exprimant; non ſupereſſe verba,

quibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quibus illud exponant, nec conceptus, quibus i
capiant. Et hæc de magno illo tormento frigor
rùm examinemus, quęnam ſit illa culpa, cui tant
tur pœna. Reſpondet S. Auguſtinus, culpam e
quod cor fuerit valdè frigidum, & quaſi congel
Amore Dei, neque vnam quidem Diuini Amor
lam, in ſeipſo conceperit. Quod ſi igitur glacie
infernalem in liquorem ſoluere, teque ab illis
tis niuibus liberare, frigusque illud intollerabi
defectibile fugere deſideres; ama Deum, ama
ama beatam æternitatem.

## *Tertium tormentum ex vermib*

S. Aug. *Vermis eorum non moritur, & ignis non exting*

S. Mar. c. 9. Quibus verbis repræſentat nobis Chriſtus æter
plicia: qualia erunt vermes, ſerpentes horrendi,
inextinguibiles. Et vt noſtris cordibus altius hæ

S. Aug. de Civit. lib. 21. c. 9. matur ſententia, eandem repetiit vnâ, duabus,
vicibus in eodem ſermone: *Quem non terret iſta*
*tio, & illius pœnæ comminatio tàm vehemens*
*uino?*

Tormento ignis & frigoris adiungetur term
mentum, quo miſeri Damnati affligentur, ex ve
prouenïens. Ubi per vermes intelliguntur omn
venenatorum animalium, quæ ſerpunt ſuper ter
ſerpentes, viperæ, baſiliſci, dracones: vnde modu
di Chriſti Domini non eſt metaphoricus, ſed pr
de veris animalibus materialibus intelligend
iuxta regulam à D. Auguſtino traditam & vl
verba ſacræ Scripturæ in ſenſu proprio non me
co intelligenda ſunt, quando non adeſt aliqu
pugnans, vel ex iiſdem non ſequitur aliquod in
niens. Quapropter ſacri Doctores duo diſtingu
mium genera: aliud ſpirituale, quod animam D
rodet continuò remorſu conſcientiæ; aliud ma
quod rodet carnem, iuxta Diuinum oraculum: V

Eccleſ. 7. *carnis impii vermis & ignis.* Et ſicut ignis, intelle
igne materiali, ſemper capitur iuxta proprietat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ita quoq; aſſerendum eſt de vermibus. Huius opinionis ſunt S. Auguſtinus, S. Baſilius, S. Anſelmus, S. Bernardus, S. Innocentius *de contemptu Mundi*, & alii. Quanquam non deſit, qui aſſerat, Chriſtum in illa ſententia intelligendum eſſe de verme ſpirituali, & duobus aliis verbis (*ignis & vermis*) comprehendere duas partes principales pœnæ Inferni, puta, pœnam ſenſus, & pœnam damni.

*S. Aug. lib. 21. de Ciuit. c. 1.*
*S. Baſil. Pſ. 23.*
*S. Anſelm. in Elucid. 4*
*S. Bern. ſer. 19. in Cant.*
*S. Innocent. de contemp. Mundi. c. 1.*

Conditiones horum vermium & ſerpentium multæ ſunt: prima eſt, quod toti igniti ignem ſpirabunt, & ignibus in flammis viuent, veluti piſces in aquis. Secunda, quod erunt immortales, & virtute Diuinâ in igne conſeruabuntur, nec vnquàm deficient & conſumentur: tertia, erunt aſpectu horribiles: *Serpentes & dracones viſu & ſibilo horribiles*: quarta, erunt voraces, mordentes, torquentes & cruciantes Damnatorum corpora, in membris, ſenſibus, & cordis viſceribus: quinta erunt inſtrumenta & miniſtri Diuinæ Juſtitiæ, plùs minùsve torquentes, iuxta Damnatorum peccata.

*S. Anſ. in Elucid.*

Siſtamus hîc parumper in conſideratione huius pœnæ. Magnum cenſetur eſſe tormentum, ſi quis tempore æſtatis nudus exponeretur ſoli, ſimulque muſcarum veſparumq; aculeis: & longè maius tormentum eſſet, ſi quis protruderetur in vas aut foueam aliquā ſerpentibus, viperis, aliisq; virulentis repletam animalibus, quorum venenoſis morſibus vndequaque cruciaretur ac dilaniaretur. Verùm hæc omnia exempla, & terribiliora alia, quæ excogitari poſſunt, adumbrant duntaxat pœnam illam, quam inferunt vermes infernales. Hic quaſi carbone aliquo extincto ſimpliciter adumbratur pœna illa; at ibi eſt vera imago, & vera idæa ſummæ miſeriæ; & quamuis nulla alia daretur pœna in Inferno, hæc ſola ſufficiens eſſet, quæ nos deterreret abſtraheretque à peccato. Videre horrenda illa monſtra, audire ſibilos illos terribiles, & draconum amplexibus ſtringi & circumplicari erit eius hæreditas (*Hæreditas in dracones*) hi ſunt amici & cognati: *Fratres tui dracones*, hic cibus & potus *Fel draconum*, lectus *Cubilia draconum*. O infœlicem ſocietatem! O

*Leſſ. de perfect. lib. 13. c. 24.*
*Malach. 1.*
*Iob. 30.*
*Deut. 32.*

conuer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Hier.* 11. conuerſationem horrendam! Theodorus, qui
*S. Greg.* *tus fuit draconi ad deuorandum*, tantam ſenſit
*Dial.* 4. *c.* nam, vt potùs deſideraſſet mortem: quid erit i
37. no, cum tot tantiſque, tamque ferocibus conuer
conibus? ab illis ſemper deuorari, dilaniari,
quàm abſumi? Hoc tormento in ſpecie punient
pii & crudeles, qui nunquàm proximis ſuis mi
diæ præſtitere opera, & Domini, qui tyrannidem
tiam exercuere aduerſus ſubditos, *qui leges non a*
*Apud Gell.* *to, ſed ſanguine ſcribunt.* Ab horrendo adeò torm
liberare deſideras? Diuinam placa iram miſer
operibus erga proximos tuos, quantùm potes,
eis, & cor tuum ſemper conſerua in vero Dei p
amore, ab omni odio liberum.

## *Quartum tormentum ex tenebris.*

*Matth.* 12. *Ligatis manibus & pedibus mittere eum in ten*
*teriores.* Hæc eſt ea ſententia, quam Chriſtus
contra eum, qui nuptiarum locum intrauerit
bens veſtem nuptialem: ligatis manibus & ped
terminabitur & proiicietur in tenebras Infe
mas & horribiliſſimas. Et dicuntur tenebræ
res, quia ſunt extra Regnum cœlorum, quod
lucis. Ratio eſt, quia cùm locus Inferni ſitus ſit
funditate & centro terræ, nullus eò lucis, neque
*S. Tho.* 3. *p.* neque Lunæ penetrare poteſt radius. Tantum
*q.* 47. pauxillum luminis ignis, ſed debile admodum &
noſum ibidem reperietur; non quidem propter
lationem, ſed ad maius Damnatorum tormentum
dem ſuffragante Damnati videre poſſint obie
renda & nociua ibidem exiſtentia.

Omninò conueniens eſt, hanc pœnam è tene
ſatam eſſe in Inferno: quia ibi reperiri debet om
ſtitia cum priuatione omnis gaudii & cōſolation
*Abulenſ. in* & ibidem debent eſſe tenebræ, quæ cauſent triſti
*c.* 25. *Matt.* non debet eſſe lumen, quod cauſat gaudium, con
*q.* 556. nem & oblectamentum: *Dulce lumen & delecta*
*Eccleſ. c.* 11. *oculis hominum videre Solem.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Verùm, vt clariùs harum tenebrarum percipiatur natura, cõſideremus proprietates tenebrarũ Ægyptiacarũ, *Exod. c.21.*
quæ fuere nona Pharaonis plaga, & figuræ tenebrarum *Sap.17.*
infernalium. Quinque principales extitere conditiones tenebrarum Ægyptiacarum. Prima, erant palpabiles, quia erant in aëre craſſo & nubiloſo. Secunda, erant horribiles: quia in medio harum tenebrarum conſpiciebantur obiecta terribilia, laruata, & phantaſmata, frequenter etiam videbantur gladii igniti inſtar fulguris. Tertia, erant immobiles, quia Ægyptii perterriti, & facti quaſi attoniti, mouendo ſe, præcipitium aliquod, aut peius illud damnum & periculum incurrere timebant; quamobrem in eodem loco, veluti ſtatuæ ſaxeæ ſine motu perſiſtebant, &, vt dicitur in libro Sapientiæ, *Sap. loc. cit.*
*Erant in carcere ſine ferro recluſi*, & tenebræ erant eorum carceres & catenæ. Quarta conditio, erant particulares non ſpeciales; quæ Ægyptii ſolùm in tenebris erant, & Iſraelitæ in clara luce: imo in eadem domo per Dei miraculũ Ægyptii obſcuram patiebantur noctem, & Hebræi, vtpote electus Dei populus, claro & ſereno gaudebant die. Quinta & vltima, erant tenebræ diuturnæ: quia tribus continuis diebus perdurabant. Eædem proprietates, at cum maiori exceſſu, reperiuntur in tenebris Inferni. Primò, ſunt tenebræ palpabiles propter materiam craſſi quaſi & caliginoſi vaporis ibidem exiſtentis. Secundò, horribiles, propter horrorem monſtrorum, quæ interuentu exigui luminis ignis repræſentantur. Tertiò, quaſi catenæ miſeros alligant Damnatos, eoſque adeò reddunt immobiles; vt nec manum, nec pedem, nec oculum mouere poſſint. Quartò, non ſunt vniuerſales, nec communes omnibus hominibus; quia peccatores duntaxat obſtinati, & æternis Inferni carceribus adiudicati tenebrarum illarum patiuntur horrorem; at homines iuſti & amici Dei, vocati, & introducti ad nuptias Agni perpetuâ quadam immenſæ claritatis gaudebunt luce. Quintò ſunt diuturnæ, neque tribus diebus ſolis, veluti Ægyptiacæ durabunt, ſed per omnia ſæcula, *& in æternum non videbunt lumen*. Sine fine, ſine termino, ſemper in tenebris, ſemper in nocte obſcuriſſima, nunquàm in luce diei. *Pſal. 48.*

Cauſa huius pœnæ eſt: *Quia fuerunt rebelles lumini*,
Thom. poſterior

eique contradixerunt, egerunt contra lumen
rationis, contra lumen ſupernaturale Diuina
rationum: ac propterea de tenebris internis tra
externas: de tenebris animæ ad tenebras corp
tenebris priuantibus luce Dei ad tenebras priua
ce Solis: & hæc eſt ſumma miſeria, duplex
cœcitas mentis ſimul & corporis. Sanctus
*Tob. c. 12.* ſummoperè deplorabat cœcitatem ſuam, &
*Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo,*
*men cœli non video?* Et nihlominùs interiùs
videbat lumen Dei; tametſi oculi corporis e
eſſent: attamen oculos animæ habebat apertos
ſeri Damnati & corpore & animâ prorſus cœci
omni lumine & materiali, & ſpirituali orbati.
Joannes optimum nobis remedium, quo has
*Ioan. 1.* effugere valeamus, ſuppeditat: *Ambulate in*
*vt tenebræ vos non comprehendant:* q. d. ambul
uite, non ſecundùm dictamen carnis & ſangu
ſecundùm dictamen rationis & legis Dei: *ſecund*
*tiones æternas*, juxta motiua & principia fidei.
ſuffragante lumine interno Gratiæ non tan
comprehendemur exterioribus Inferni tenebr
tempore mortis noſtræ ſecuri ſempiternum lum
riæ attingemus.

## *Quintum tormentum ex remorſ Conſcientiæ.*

EX neceſſaria conſideratione propriorum p
rum & pœnæ damni ſenſusque illis debitæ g
in Damnatis ingens quædam triſtitia & dolor,
ſtimulus & remorſus conſcientiæ, & vermis ſp
*S. Tho. in 4 dist. 50. q. 2* animæ: quia ſicut vermis corporalis naſcitur
tredine carnis, & eandem rodit carnem; ita
ſus conſcientiæ generatur ex putredine pecca
animam.

Pro meliori notitia huius pœnæ conſiderand

primò; quod eadem cognitio, quam habuêre Damnati, & de propriis, & de aliorum peccatis in vniuerſali Iudicio, remanebit deinceps in iiſdem reprobis Inferni ergaſtulo incluſis per totam æternitatem, ac ſemper ante mentis oculos poſita habebunt omnia peccata (quoad ſpecies, indiuidua & circumſtantias) & propria & aliena, nec vnquàm, nè quidem exiguo temporis ſpatio ab illa cognitione ceſſare poterunt. *Abulenſ. in c. Matt. 24 q. 343. & q. 354.* Idque duas ob cauſas: primò, propter gloriam Dei, vt ſemper perſpectum habeant, quàm juſtum rectumque fuerit Dei judicium, & quàm juſtè propter peccata ſua pœnam illam patiantur: ſecundò, propter maiorem ſuam confeſſionem, cùm peccata ipſorum manifeſtabuntur omnibus, & ea ſcelera, quæ commiſſerunt in ſecreto, tunc & ſemper omnium patebunt oculis. Neque de peccatis & operibus malis duntaxat continuam habebunt cognitionem; verùm etiam de operibus bonis, & propriis & alienis. Hac ſcientiâ imbuti erunt ad majorem ſuam confuſionem, quia videbunt, quod *Abul. vbi ſup.* pro re viliſſima tot tantorumque bonorum operum amiſerint meritum, quod, ſi perſeueraſſet in illis, magnâ cum facilitate ſalutem obtinuiſſent; quod valdè ingrati extiterint in correſpondendo Diuinæ Gratiæ donis, quod denique Diuinis beneficiis correſponderint maleficiis & peccatis. Poſt hæc conſidera, quale futurum ſit ſpectaculum habere ſemper ante oculos vnam cloacam & ſentinam immundiſſimam cunctorum peccatorum & iniquitatum Mundi. Quantæ conſpicientur abominationes, quot impietates, quod ſcelera? Et quamvis ex alia parte affectus Damnati, ab vltimo fine auerſus, amet iniquitatem; nihilominùs odio habebit peccata illa, veluti inſtrumenta omnis ſui mali, extremæque miſeriæ & damnationis ſuæ.

Inſuper ex conſideratione peccatorum jam expoſitâ ſequitur confuſio: ex confuſione dolor & triſtitia, quæ eſt remorſus conſcientiæ: & ex remorſu magna pœnitentia de omnibus & ſingulis malè actis, non ratione culpæ, ſed pœnæ.

Quapropter cum pœnitentia ſimul ſtabit obſtinatio:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

erit obſtinatus & confirmatus in malo culpæ, nuet malum pœnæ. Verùm quibus peccatis correſpondebit hæc pœna? Torquebit cum conſcientiæ, quia parui pendit ſtimulum Dei. Q Deus ſtimulauit cor peccatoris, vt ſe conuerteret Diuinis inſpirationibus occluſit aures, tergiu turpiter ſpreuit Altiſſimi Maieſtatem: In pœna interior ille conſcientiæ carnifex continuo ſuo excruciabit & torquebit illud cor, nec vnquam gebit quietem: ſemper & ſine intermiſſione flagellabit, & affliget illam animam, immerget marisſimo afflictionis & triſtitiæ pelago. Med nos ab hoc timore liberemus, eſt, vt ſemper quiete propriam conſeruemus conſcientiam; faciles nos exhibeamus Diuinis inſpirationibus proq; animo Angelo noſtro cuſtodi, ad bonum mulanti, & â malo abſtrahenti, obediamus.

## *Sextum tormentum ex intolerando fœtore.*

*Iſa. 34.* *Ex cadaueribus eorum aſcendet fœtor.* Et hæc Inferno quoq; vigebit, non deerit, nimirùm, ſtilens & intolerabilis, qui ex putridis fœtentibus Damnatorum cadaueribus efflabit. Quemad de Beatorum corporibus dicitur, quod ſuauiſſ fundunt odorem & fragrantiam: ita Damnato pora, tanquàm ſentinæ & cloacæ fœtentiſſimæ mum dabunt odorem: & qui in præſenti vita pl par eſt, & cum offenſa Dei, ſibi complacuit in ſua & ſuffitu, is eò maiorem ſentiet pœnam in fœto *Iſa. c. 3.* ni. *Et erit pro ſuaui odore fœtor.*

In loco Damnatorum præter cadauera alia in perietur materia intenſiſſimi fœtoris & erit ſulph *Abulenſ. in Matth. q. 160.* in ſulphure duæ pœnæ conſiderari poſſunt: vna *altera fœtoris*: & idem ſulphur erit ſimul *res ig materia fœtida*, inſtar ferri candentis cōburet, olebit. Idq. nō erit *per fumalem euaporationē*, ſed *ſpecies intentionales*: quia poſt Judicium ceſſa Solis ceſſabit quoque omnis motus generat co ruptionis. Prætereà peſſimus percipietur odor

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[ti]one loci: quia Inferni carcer, vti erit obſcuriſſimus, ita [&] fœtidiſſimus, cùm ſit ſentina omnium fæcium & ſor[di]um terræ. S. Thom.

Verum ad rationes, quibus, hanc pœnam verè ibidē [e]xiſtere probatur, accedamus: primò, id declarat princi[pi]um illud vniuerſale: quia in Inferno erunt *omnia gene[r]a malorum:* ergò neque deerit hæc pœna fœtoris, *quia [fœ]tor eſt maximè afflictiuus.* Secundò, quia, vt ſupra pro[b]atum eſt, ignis Inferni, cùm operetur vt inſtrumentum Dei, continebit in ſe cunctas pœnarum ſpecies, & ſicut peccatum eſt *ſummum, in genere culpæ:* ita ignis ſummus erit in *genere pœna*; vndè & miſeros Damnatos hoc ſup[p]licii genere, fœtore, nimirùm, & graueolentia afficiet. Tertiò, quia ſicuti alii ſenſus habebunt obiecta ſua pro[p]ortionata & dolorifica; ita & odoratus habebit ſuum, quod eſt peſſimus odor. Quartò, quia peccatum eſt peſ[ſ]ima quædam animæ plaga (*Peſſima plaga tua*), &, ſicut [a]poſtema marcidum ac putridum, peſſimum ſpirabit o[d]orem: & eſto non corporis; animæ tamen odoratu ſum[m]a cum pœna optimè percipietur. Tot igitur & tanta Damnatorum peccata & ſcelera ſimul vnita & accumu[l]ata qualem intolerabilem cauſabunt fœtorem cum perpetuo tormento & afflictione illarum animarum? Vltimò, *ad cumulum omnis pœna*, hoc tormentum erit interminabile, & ſine fine: quia nec materia fœtida vn[q]uàm deficere, neque ſenſus odoratus vnquàm obtura[r]i poterit, ſed ſemper & neceſſariò peſſimo multiplicíq; odoris ſuffitu affligetur & torquebitur. Concludo hoc caput conſideratione quadam S. Bonauenturæ: Si vni[cum] ſolum ex putridis illis Inferni cadaueribus prodiret aut deportaretur in hunc Mundum noſtrum, *totus orbis [t]errarum inficeretur.* Quid igitur erit in illa cloaca in[f]ernali, in qua tot millia millium putridorum cadauerum ſimul ſepulta iacebunt?

Abul. lo. cit.

Nahum. 3.

D. Bonav.

## *Septimum tormentum ex aſpectu Dæmonum.*

Neque oculus corporis ſuâ carebit pœnâ, ſpeciale namq; tormentum hauriet ex horribili Dæmonũ aſpe[c]tu: quia valdè probabile eſt, quod maligni illi ſpiritus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Carthuſ. in Iſa. c. 24.* aſſument horrendas formas corporeas, ac te[...]
monſtrorum figuras, vt talibus obiectis exc[...]
torqueant corporalem viſum ſeu oculos miſer[...]
mnatorum. Et quemadmodum multi aſſerun[...]
los beatos aſſumpturos in æterna Patria corp[...]
cherrima & lucidisſima, vt eorundem decore & [...]
lectent corporeos Beatorum oculos; ita Angeli [...]
pisſima, horrenda & fœdisſima aſſument corpo[...]
rundem intuitu & aſpectu deterreant & affliga[...]
*Sap. 17.* rales oculos Damnatorum. Non abſimilis pœn[...]
fuit Aegyptiis, quando inter tenebras palpabil[...]
bant eis ſpectra & monſtra, quorum intuitu [...]
bant & ſummoperè deterrebantur. Hoc aſpect[...]
bitur valdè Damnati miſeria: quia oculo ſpiri[...]
mæ intuebitur propriam ſpiritualem Dæmonis [...]
tatem & turpitudinem, & oculo corporeo vide[...]
rendam adeò fœditatem aſſumptorum corpor[...]
miſera & infœlix erit ſocietas rebellium, inimi[...]
Dei, ſemper Dæmonibus crudeliſſimis, feroci[...]
monſtris vndique erunt ſtipati & circumdati.

## *Octavum tormentum ex flagellis.*

*S. Gregor.* *Eosdem habebunt tortores, quos habuerunt [...]
*incenſores.* Iidem Dæmones, qui in præſenti [...]
runt cauſa culpæ, erunt in futura cauſa pœn[...]
*Eccleſ. 39.* *ſpiritus, qui ad vindictam erecti ſunt:* maligni [...]
miniſtri ſunt & executores Diuinæ Juſtitiæ & [...]
ac malleis, virgiſque ferreis continuò cædent [...]
gellabunt miſeros Damnatos, & nunquam ce[...]
*S. Aug. to. 10. ſerm. 26* nec quidquàm de rabie & furore in cædendo re[...]
Prætereà, ac ſi alii Dæmones continuò cædente[...]
gellantes non ſatisfacerent ſuo officio: *Lucifer,* [...]
*S. Aug. ad frat. de monte.* S. Auguſtinus, *inceſſanter clamabit ad alios Dæ[...]*
*Percutite, dilacerate, interficite, ſine morte* [...]
*Suarez.* Hæc pœna, quam Dæmones infligent Damna[...]
*Abulenſ. in* intelligitur de eſſentiali pœna ignis, ſed de alii[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[...]ſibus. Quamuis nonnulli exiſtiment, quod Dæmo- *Matth. 9. 687. & 689.*
[...]es poſt Judicium non habebunt hanc poteſtatem tor-
[...]uendi & affligendi inimicos Dei, adducentes verba illa *1. Cor. 15.*
Apoſtoli: *Tunc evacuabitur omnis principatus*, & ceſſa-
[...]it omne Dæmoniorum dominium. Quia ſi Deus
[...]empore præſentis vitæ id eis permittit, hoc facit non
[...] bonum ipſorum, ſed propter bonum noſtrum, vt per
Dæmonum tentationes exerceamur, capiamusque oc-
caſionē & ſatisfaciendi pro noſtris peccatis, & prome-
rendi majorem Gratiam & Gloriam. Verùm poſt Judi-
cium (inquiūt illi) ceſſante fine tentationis, ceſſabit quo-
que poteſtas tentandi & affligendi: & cuncti, tam ho-
mines damnati, quàm Dæmones à Juſtitia Diuina puni-
entur: *non per modum miniſterii* (hoc enim diceret im- *Abul. vbi ſup.*
perfectionem) ſed *per modum imperii, quia tota natura,
& ignis illi obediunt*, & ignis tunc obediet Deo, debitas-
que pœnas infliget inimicis S. D. M. Ex dictis eruitur,
quam graue malum ſit ſubiicere ſe in præſenti vita Dæ-
moni quò ad culpam, quia in futura eidem peccator re-
manebit ſubiectus quò ad pœnam.

## *Nonum tormentum ex catenis igneis.*

*Ligatis manibus & pedibus mittite eum* (puta, ſervum *Matth. 22.*
ingratum & inobedientem) *in tenebras exteriores* & ignē *S. Bern. ſer.*
Inferni. *Et hæ catenæ erunt prementes, ſtringentes, vrentes, 15. in Cant.*
*nec conſumentes.* Damnatorum membra. Conſidera cate-
nas peccatorum tuorum, quæ alias tibi parturiunt cate-
nas in Inferno. Peccata tua, veluti tot annuli, quorum
vnus alteri innexus eſt, terribilem conficiunt catenam,
quæ cor tuum & conſcientiam ligat, vt eadem in Inferno
in catenam igneam tranſibit, quæ religabit, conſtringet
& in æternum torquebit. Adverte præterea, quod, ad
effugiendas has catenas ferreas igneasque Inferni, pa-
tienti animo ſufferre debeas tribulationes vitæ hu-
jus, quæ ſunt veluti catenæ ligneæ, vt eas nuncupat



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ierem.c.28* Propheta: *Catenas ligneas contriviſti, facies pro-*
*reas*, q.d Jugum ſuaue Dei excuſiſti? iugum & [...]
tolerabile infernalis pœnæ portabis. Hæc de pœ[...]
*Deut.32.* ſus, quas miſeri Damnati patientur, dicta ſuffici[...]
ta veritatem Diuini oraculi: *Congregabo ſuper eos ma-*
*la.* Conſarcinabo & congregabo, inquit Deus, [...]
generis pœnas & mala in pœnam & vindictam [...]
rum meorum. Quis ita audax erit, vt Deum ha[...]
inimico? vt vindictæ eius æternus ſit ſcopus? & [...]
tot tantisque intolerabilibus pœnis ſe ſubiicia[...]
poſſibile, Chriſtianum aliquem reperiri in hoc [...]
qui firmiter has horrendas & æternas pœna[...]
credat, & non timeat, nec tremat, nec ſit ſollicit[...]
lute ſua, ſed omnis curæ & ſollicitudinis expers [...]
ſi eſſet incredulus? Quomodò hæc duo ſimul ſta[...]
ſunt: fides certa ex vna parte, & peccata ex altera[...]
coniungit vnitque res adeò diſparatas, & [...]
contrarias? Erit ſanè perſona diſcurſus expers, c[...]
judicium eſt, nec cerebrum. Fides certa datur de [...]
*S Chryſoſt.* tate ignis, & ridetur, ioco & ludibrio habetur, & v[...]
*ſerm. 124.* eſt, qui deſuper cogitet? *Quid ſtupemus? vbi ſumus?*
*eſt iſte, qui nos eludit, ſomnus? quæ eſt iſta, quæ no[...]*
*obliuio lethalis* Quomodo viuimus ita ſtupidi? [...]
iſte, qui nos tenet oppreſſos, lethargus mortalis? [...]
igitur inſtituamus ſapientem, & cum fide certa [...]
ſanctum Timorem & Amorem Dei, media, vt p[...]
tentiſſima ad pœnas æternas euitandas.

## *De æternitate pœnarum.*

## CAP. XI.

Ut clariùs percipiamus, quàm magnum ma[...]
pœna æterna, primò breuiter conſiderabimus, q[...]
æternitas in ſeipſa. Æternitas eſt vna duratio ſi[...]
mino, & ſine fine: *eſt duratio interminabilis.* D[...]
quæ declaratur, explicaturque per vnum Semper, [...]
vnum Nunquàm: eſt vnum Semper, quod nunq[...]
bet finem, & vnum Nunquàm, quod ſemper dura[...]
Semper, quod nonniſi per vnum Nunquàm ex[...]
poteſt; & vnum Nunquàm, quod declari nequi[...]

vnumSemper. Enimuerò ſi interroganti: quid eſt Semper, reſponderis: eſt duratio centum annorum, aut mille annorum, aut millium millium annorum; reſponſio haud ſufficiens erit, quia longè & infinitiès diuturnior eſt: vnde, vt quæſito ſatisfacias, coactus eris dicere: eſt duratio quædam, quæ nunquàm finit. Similiter, ſi interrogatus fueris, quid eſt Nunquàm; non ſatis erit reſpondere: eſt duratio quædam tanti aut tanti determinati temporis: ſed dicere tenebris: eſt vnum non eſſe ſempiternum, vnum non eſſe per ſemper, quod ſemper durat. Hæc igitur eſt natura & eſſentia æternitatis, vnum Semper, & vnum *Nunquam*. Hinc communiter definitur: *Eſt circulus, cuius centrum eſt Semper, & circumferentia Nunquàm.* Ex hac æternitatis eſſentia tres procedunt proprietates.

## *Prima proprietas Æternitatis.*

Prima eſt, quod ſubiectum, in quo reperitur, reddat infinitum. Si vnitur cum pœna, pœna erit infinita: ſi cũ præmio, infinitum erit præmium. Exempli gratia: febris quæ durat vno die, eſt malum aliquod: quæ durat duobus diebus, maius malum; quæ durat infinitis diebus, eſt infinitum malum. Idem aſſeretur de præmio: gaudium durans vno die, eſt bonum: quod durat duobus diebus, maius bonum eſt: quod infinitis diebus durat, infinitum bonum eſt. Quamobrem omnes pœnæ Inferni, quia ſunt æternæ, infinitæ ſunt: cuncta Paradiſi gaudia, quia æterna, infinita ſunt. Ita, vt idem ſit æternitas, quod infinitas, infinitas in ſeipſa, & facit infinitum totum id, quod ei vnitur & coniungitur. Hinc etiam ſequitur, quod eadem æternitas nos ſummè miſeros, ſummèque fœlices efficere valeat. Æternitas cũ pœna, qualis eſt in Inferno, ſumma miſeria: Æternitas cum gaudio, qualis reperitur in cœlo, ſumma fœlicitas. Si interrogaueris Damnatos, quodnam ſit illud malum, quod complet omne malum, eosque reddit ſummè miſeros? Reſpondebunt, Æternitas: ſi idem quæſitum propoſueris cœli Incolis, quodnam ſit bonum illud, quod perficit omne bonum, eoſque efficit ſummè fœlices? Reſpondebunt: Æternitas. O Æternitas, principium & cauſa ſummi mali

mali, aut ſummi boni ? Beatus & fœlix ille, qui
in bono ſtatu, : miſer & infœlix iſte, qui te in m
ſuſcipit.

## *Secunda proprietas Æternitatis*

Secunda eſt, quod præſens faciat (præſentia
li) id, quod eſt futurum præſentia reali. Qua
Æternitate affirmatur : *eſt tota ſimul* : non e
va, veluti eſt tempus ; ſed eſt ſimultanea & to
mentaliter & in apprehenſione. Ideò cognitio
torum, quæ menſuratur æternitate, non pœna
tes duntaxat ; ſed etiam futuras, quæ *ſucceſſi*
per totam Æternitatem, apprehendet, ſentietq
omnes eſſent præſentes. Pari ratione Sancti
non propter gaudium præſens tantum beati e
rùm etiam propter futurum, quod quaſi ſucce
per totam Æternitatem. In hac vita, vbi acti
ſtræ menſurantur tempore , non experimur
ctum. Lætitiam & triſtitiam, craſtinâ die futu
Matth. 6. habebo hodie , ſed cras : hodierno *ſufficit di*
*ſua*, nec cogitatur de die ſequenti. Aſt Æterni
prehendit, amplexatur & vnit ſimul omnia te
mnia gaudia, omnes afflictiones & miſerias : &
non ſint ſimul in eſſe reali ; ſunt tamen ſimul
henſione, in perceptione, & in dolore.

## *Tertia proprietas Æternitatis*

Tertia proprietas eſt, quod duratione, vbicu
xitur, reddat immobilē & immutabilē : ac propter
nitas ſemper vna & eadem eſt, nec vnquàm
ſua infinitate. Adde, deme Æternitati, quodcu
lis, ſemper remanebit eadem. Et quemadmod
tur de Deo, quod ſit immutabilis, quia nihil e
nihil ab eo auferri poteſt ; ita ſi Æternitati add
millium annorum , non propterca creſcet : & ſi
ſurripias , non propterea deficiet : ſed ſemper
eadem, tota, integra, & invariata in ſua infinitat

Hæc de Æternitate in ſeipſa ſpectata: eadem, vt applicata pœnis Inferni, jam conſideranda eſt. In hoc conſiſtit ſummum malum Inferni, quod totum id, quodcunque ibidem reperitur, ſit æternum: æterna priuatio Dei, æternæ pœnæ ſenſus, æternus carcer, æternus ignis, æternus vermis conſcientiæ, æterna ſocietas Dæmonum, æternus dolor, æterna mors, æterna damnatio, æterna & ſumma Damnatorum miſeria. Ibi miſeri peccatores nil aliud cogitant & contemplantur niſi Æternitatem: quod patiuntur, eſt Aeternitas: in Aeternitate viuunt & ſemper moriuntur: in Aeternitate ardent abſque vllo fine: in Aeternitate affliguntur: in Aeternitate ſemper damnati ſunt.

Miſeri & infœlices Damnati, ecqui ſunt ſermones & voces veſtræ? quid dicitis; quid loquimini? vbi loquimini? Duo verba ſola: *Semper*, & *Nunquàm*. Semper ardebunt, nunquàm finient: ſemper miſeri, nunquàm fœlices: ſemper damnati, nunquàm beati; ſemper in dolore, planctu, & miſeria, nunquàm ſine illis. O *Semper*, & *Nunquàm*! Hæc ſunt duo claui acutiſſimi, qui continuò veſtra transfigunt viſcera, neque vnico duntaxat momento ab illis vos liberare poteſtis. O *Semper*, quod nunquàm habebis finem! O Nunquàm, quod ſemper durabis!

## *Aliæ Aeternitatis proprietates.*

Verùm ad alias miſerias Aeternitatis Damnatorum tranſitum faciamus. Omnis pœna, quæ eſt in Inferno, infinita eſt, & dupliciter infinita: infinita in cruciatu, & infinita in duratione. Et ſi quælibet earum ſola eſſet, ſummum malum, quid erunt ſimul vnitæ? Si quis in hac vita adjudicatus eſſet noſtro igni, vt eodem æternùm concremaretur, infinita eſſet pœna, infinitum malum: & tamen pœna illa ſolùm infinita eſſet infinitate durationis: in Inferno eſt infinitum tormentum, quod ignis infliget, non tantùm, quia infinitè durat, ſed etiam, quia infinitè affligit & cruciat.

Prætereà, Damnatus in ſuſtinendis tormentis
bebit ſucceſſionem; ſed ſimul vnitimque ſuſtine
nia tormenta & pœnas, & vna non ſuccedet al
uti in hac vita; ſed vna cum altera ſemper too
Et quod ſummè affligit illos miſeros, eſt, quod
ſcant & videant cuncta tormenta, quæ patiun
planè fruſtranea, inutilia, & idem ſemper, quod
debetur Juſtitiæ, manſurum debitum: ſiquidem
bitum irremiſſibile ſimul, & intolerabile, nec Do
remittit, neque peccator patiendo ei ſatisfacere
Poſt millia millium annorum, pœnarumque
marum debitum hoc rurſùm ad caput, princip
redibit. Adhæc aliud occurrit motiuum, quod
perè aggrauat peccatoris damnati triſtitiam,
S. Aug. ſer. Aeternitas cauſata à cauſa leuisſima: *Libidin*
250. *tum æternum parit animæ opprobrium, & tormen*
maledictam commutationem breuis & mom
delectationis in æternam pœnam & afflictionem

## *Rigor iuſtus Dei in puniendo pœna æterna.*

Neque de ſuperfluo & nimio rigore accuſa
Diuina Juſtitia, quod culpam temporalem vin
niatque pœnâ æternâ: ſiquidem conueniens
S. Bonav. *qui peccauit contra Deum æternum, puniatur pœ*
*nâ*, inquit S. Bonauentura. *Et qui peccauit in æt*
S. Gregor. ait S. Gregorius *puniatur in æterno Dei*; id eſt,
cauit voluntate ſemper peccandi, ſemper quoque
S. Thom. tur. *Et remanente ſemper culpâ, ſemper remanet p*
S. Thomas, cũ in Inferno culpa remitti nequeat.
eſto nulla alia adeſſet ratio, malitia tamen & in
S. Aug. infinita, quam in ſe continet peccatum, talis
mereatur pœnam æternam, vtpotè
conuenientem.

## *Fructus ex conſideratione Aeternitatis excerpendus.*

Ut hinc exordiamur, nullum eſt dubium, temporale
in infinitum excedi ab æterno. Undè minima Inferni
pœna infinitè ſuperat omnes pœnas huius vitæ, & mini-
mum cœli gaudium excedit cunctas Mundi huius con-
ſolationes. Nihilominùs experientiâ compertum habe-
mus, nos plùs allici & trahi rebus temporalibus, quàm
æternis. Ratio & cauſa hæc eſt, quia voluntas nonniſi ab
obiecto vicino & conſiderato ſeu cognito mouetur; nos
verò in contemplandis & conſiderandis rebus æternis
valdè negligentes, & conſiderationi rerum tempora-
lium toti immerſi ſumus. Quamobrem non harum, ſed
iſtarum rerum, puta, cœleſtium contemplationi omni
ſtudio & conatu incumbendum eſt, &, vt aſſerunt ſacri
Doctores, oportet *figere pedem in Æternitate.* Hac con-
ſideratione acquiritur cordis ſtabilitas: *Cor humanum,* S. Bern.
*in deſiderio Aeternitatis non fixum, ſtabile eſſe non poteſt.* S. Gregor.
*Et anima æterna deſiderans præſentibus non turbatur.* Ad-
hæc efficaciſſimum remedium eſt ad ſuperandas cunctas
tentationes: *Remedium contra omnes tentationes, in vno* S. Bern.
*Aeternitatis deſiderio conquieſcere.*

Prætereà, totò vitæ noſtræ decurſu, & in omnibus a-
ctionibus noſtris res temporales ſolùm in vſu; at æter- S. Greg.
næ in deſiderio habendæ ſunt: *Temporalia in vſu, æterna
in deſiderio.* Sed præcipuè S. Bonaventura modum expo-
nit, quo ad Aeternitatem tendere debeamus, nimirùm,
per ſeptem vias, quæ ſunt: *Aeternorum intentio, æterno-* S. Bonav.
*rum meditatio, æternorum contemplatio, æternorum reue-* do ſept.
*latio, æternorum prægustatio, æternorum aſſecutio,* itiner. tom.
*& Deiformitas,* videlicet, operando ſemper propter æ- 4.
terna, eadem meditando, contemplando, & amando: &
tunc correſpondebit Dominus Diuinis illuſtrationi-
bus, affectibus, & transformationibus.

Et omninò rationi conforme eſt, quod, cùm anima
in ſe æterna ſit, & propter æterna creata, nō ſe tempora-
libus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

libus ſubdat rebus , ſed intentione, cogit
fectu ad æterna aſpiret.

Concludo optimâ praxi D. Gregorii prop
ſtro accommodâ. Quando te provocat & allec
di voluptas & oblectatio, dic: *Momentaneum,*
*ctat: æternum, quod cruciat.* Quando è con
perterret, & quaſi exanimat via virtutis, & Cru
dic liberè: *Momentaneum. quod cruciat, æter*
*delectat.* Hic eſt trinſitus, quem cuncti fac
mento ad Aeternitatem: at boni ab vno mom
narum ad vnam æternitatem gaudiorum: & ma
probi ab vno momento gaudiorum ad Aete
tormentorum.

## *Viva repræſentatio, ſive delinea alicuius miſeri damnati.*

## CAP. XII.

UT hæc memoria æternarum infernalium p
vivaciùs & indelebili charactere noſtris
tur cordibus, non abs re erit, ſi ob oculos men
am miſerrimum & infœliciſſimum ſtatum
iam in prædam dati flammis averni, tàm quò a
eiuſque potentias, quàm quò ad corpus cu
& membris. Status miſerrimus, *Status omni*
*rum aggregatione perfectus:* eſt cumulus & co
tio omnium malorum, quæ quis vnquàm ſibi
ri poſſit: quia *Deus, qui eſt ſummus, quidqui*
*habet in ſummo*: quemadmodum Deus eſt ſu
eſſe; ita quoque ſummus erit in ſupplicio con
*ut non remaneat dedecus peccati ſine decore juſt*
*meliùs eſt, ut peccator juſtè doleat in ſupplicio,*
*punè gaudeat in peccato.* In hoc conſiſtit pul
& decor juſtitiæ, quod dignâ pœnâ compen
dinem peccati, & quantùm peccator pecca
voluntatem Dei, tantundèm etiam patiatur co

S. Bonav. to. 1. Brev. c. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[vol]untatem propriam: & qui voluntariè non ſe dedit Di[v]inæ Miſericordiæ, contra voluntatem ſuam Divinam [pr]obet Juſtitiam. Hæc eſt mirabilis proportio inter culpam & pœnam, quod, quantum peccator ſolatii expo[ſu]it in culpa, tantum etiam cruciatus recipiat in pœna, [ju]xta Divinum illud oraculum: *Quantum glorificavit ſe [i]n deliciis ſuis, tantum date illi tormentum & luctum.* Et quemadmodum hoc ipſum erit argumentum ſummæ [Ju]ſtitiæ ipſis malis & reprobis in Inferno; ita & conſo[l]ationis gaudiique argumentum erit ipſis Beatis in cœ[l]o, ſemper cantabunt: *Iuſtus Dominus, & juſtitiam di[l]exit.* Sicuti Deus in ſeipſo eſt eſſentialiter juſtus; ita in [o]mnibus operibus ſuis amat Juſtitiam, & vult, vt vni[c]uique, quod ei debetur, retribuatur, & præmium vir[tut]i, & vitio pœna: ac juxta proportionem majoris aut minoris virtutis & vitii correſpondeat majus aut minus [p]ræmium & pœna. Et vt operis huius lineamento de[m]ur initium, incipiemus ab anima in ſua eſſentia.

S. Aug. Apoc. c. 18.

Pſal. 10.

## Eſſentia animæ.

Miſer Damnatus eſſentiæ animæ, loco imaginis ſu[p]ernaturalis Dei, conſiſtentis in Gratia, impreſſam ha[b]ebit imaginem Dæmonis fundatam in peccato: quia [s]icuti per Gratiam recipit filiationem Dei, & cum ea [j]us ad vitam æternam; ita per peccatum acquirit filiationem Dæmonis, & cum ea jus & debitum mortis æternæ. Prætereà, dum anima privatur Gratiâ, privabitur quoque omnibus habitibus ſupernaturalibus, qui conſequuntur eandem Gratiam: quia qui ſe reddidit incapacem finis, qui eſt vita æterna, mediorum, quæ ſunt habitus ſupernaturales, ſe quoque incapacem efficit. Undè miſer Damnatus, quemadmodum omnem perdidit ſpem ad Gloriam, ita nec media, quæ ad illam cōducunt, habere poteſt. Solus character Baptiſmi (& idē dicendū eſt de charactere Confirmationis & Ordinis, ſi eundē receperit) inter omnes

habitus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bitus ſupernaturales manebit ſemper impreſſu
quo ſe ex grege Chriſti, & Chriſto conſecratum
clarabat, & conteſtabatur. Idque ad maiorem con
fuſionem, quia continuò ei improperabitur
propria, quod, cùm ſigno illo dederit nomen
Chriſti, Chriſto rebellis factus caſtris Diabo
ſuam addixerit, & ſub eius ſtipendio militauerit.

Inſuper anima in propria natura conſpiciet
Dei, alterius imaginis perfectionis Gratiæ & G
pacem; aſt adeò deformatam & deturpatam
abominabilem peccati imaginem, vt ratione
nis & coniunctionis ſummum ei incuſſura
& horrorem. Quid horribilius, quàm videre
primò tàm nobilem & dignam, vt, non iàm
gelum; ſed in ipſummet Deũ transformari pot
eà adeò vilem, abiectam, & deſpicatam reddita
bolo ſimilis, imò in Diabolum transformata
proptereà eadem illa ignis æterni pœna Diabo
debeatur quoque illi animæ; O viciſſitudinem
ſimam! O mutationem verè diabolicam: de
eminentia & fœlicitate præcipitari in ſumma
mitatem & miſeriam!

## Intellectus.

Intellectus Damnati obcœcatus erit, non
*ſubtractionem Diuini luminis*; ſed etiam *per*
*dicii peruerſitatem*. Habebit Judicium inor
peruerſum, quo non tantùm non apprehendet
ieſtatem, excellentiam & pulchritudinem;
peruerſè, falsò & erroneè de Deo iudicabit
prehendet dignum odio illud, quod, vt obiectum
bonum, ſummè amari meretur.

*S. Tho. 3. p. Add. q. 98. a. 3. Abul. q. 564. in Matth. Suarez. lib. 8. c. 2. ſect. 11. de Ang.*

Cauſa huius peruerſitatis eſt, quia apprehe
non in ſe, neq; in effectu bono; ſed in malo
fectu punitionis. Undè, quia conſiderat Deus
punitorem & ſcelerum vltorem, ſicuti odio
nam; ita & illius cauſam, quæ eſt Deus, odio
In præſenti vita Juſti amant Deum, etiam
& puniuntur, quia pœnã illã, vt bonũ ſuũ, ap

miſer Damnatus pœnam ſuam, ut ſolam ſummamque ſui deſtructionem conſiderat: unde cauſam illius amare nequit: quia; juxta commune axioma: *Amicabile ad alterum eſt ex amicabili ad ſe*: bonum alterius amari non poteſt; niſi aliquo modo in eo conſideretur etiam bonum noſtrum: unde ad amorem Amicitiæ, quo amamus Deum requiritur, non tanquam finis, ſed veluti conditio, ut bonum Dei apprehendatur aliquo modo, ut bonum noſtrum. Hæc igitur perverſitas Intellectus Damnati, quod non conſideret Deum aliquo modo, *ut bonum ſuum, ſed ut malum ſuum, & ſummum malum ſuum*: quapropter eum amare nequit, ſed ſummo & infinito odio perſequitur. Et ſi quis ulterius cauſam inveſtigare, & ſcire deſideret, cur Damnatus hanc & non aliam de Deo habeat apprehenſionem; reſpondeo, cauſam eſſe ſummam triſtitiam, ſummamque pœnam, cui taliter immerſus hæret, ut non apprehendat, nec conſideret aliud, niſi pœnas, & Deum punitorem: & ex hac judicii perverſitate non tantùm ſequitur odium Dei, blaſphemiæ, maledictiones; verùm etiam induratio, obſtinatio, deſperatio. Ariſtot. S. Thom.

Hæc eſt pœna Intellectus Damnati; ſed ejus originem magis remotam perluſtremus & examinemus. Ab hujus vitæ decurſu cœpit falsò & perversè *judicare bonum malum & malum bonum*. Ecce originem cunctorum peccatorum Mundi: judicium falſum, perverſum, erroneum, & cœcum. Hoc trahit & allicit voluntatem ad omnia ſcelerum præcipitia, & ad ipſum denique Inferni barathrum. Cupiſne igitur tantam Inferni pœnam evadere? Nunc, quamdiu præſentem ducis vitam, intellectum tuum duplicato, rationis, nimirum, & Fidei, lumine rectum efficito. Iſa. c. 5.

## Voluntas.

Perverſitatem Intellectus ſequitur obſtinatio voluntatis. Et quemadmodum Damnatus *immobiliter apprehendit, & immobiliter appetit*: quia neceſſariò apprehendit, neceſſariò appetit & vult malum. Hæc obſtinatio duplex eſt, in malo commiſſo, & committendo:

primò inhæret obſtinata anima , propter Impœ-
tiam; Secundò, propter voluntatem ab vltimò fi-
ſam. Undè non tantùm non eliciet, neque e-
terit vnquàm vnum actum bonum ſupernatural-
pter negationem Gratiæ; ſed nequidem bonum
lem, ob recti finis defectum.

## Memoria.

Erit miſer damnatus per continuam & nec-
obliuionem omnium , quæ poſſunt eum conſola-
per continuam & neceſſariam recordationem
quæ ipſum affligere & torquere poſſunt. E-
congruum eſt, vt ſemper ſuarum recordetur pœ-
qui ſemper Diuinorum oblitus fuit beneficioru-

## Phantaſia.

Habebit neceſſariam & vehementem appr-
nem omnium obiectorum ſenſibilium, quæ ei d-
& triſtitiam conferre & ingerere poſſunt: ſemper
ſtabilis permanebit in imaginatione præſentis ig-
ab eo actum ſuum auocare poterit. Neque ſo-
prehendit ignem, ſed & reliquas omnes pœn-
ſunt in Inferno, tanquàm præſentes, & cum
circumſtantiis, quæ magis cruciare & affligere p-
Inſuper obiicientur ei diuerſa & horribilia phant-
ac terribilia ſpectra, in maiorem pœnam & to-
Hæc quoque pœna erit libertatis, quam indulſ-
ſiæ in vita, eò quod non ſubordinauerit eam Rati-
liberam eam abire permiſerit poſt obiecta ſe-
creaturarum.

## Appetitus ſenſitiuus.

Semper à furioſa paſſionum ſuarum rabie aff-
& cruciabitur: à triſtitia, dolore, odio, inuidia,
rabie, deſperatione. Hi malè ordinati affectus,
frenes furiæ & rabioſi canes potentias appetitiuas
tinuò dilacerabunt, nec vnum quietis momentum

digebunt, ſed ſemper & continuò erunt in bello & tormento. Neque id mirum videatur, quia affectus illi inordinati cœperunt eſſe rebelles in vita; vndè & in Inferno prorſus effrenes effecti, ſunt cauſa vltimæ miſeriæ & damnationis.

## Senſus externi.

Cuncti propriis afficientur ſuppliciis & pœnis. Viſus cruciabitur horribili Dæmonum aſpectu: Auditus blaſphemiis in Deum & B. Virginem: Guſtus fame & ſiti intollerabili, ac præterea humore quodam fœtido, qui continuò inhærebit palato, cum continua deguſtatione ſummæ amaritudinis & nauſeæ. Odoratus fœtoribus intollerabilibus. Tactus igne inextinguibili. Hæ pœnæ creſcent iuxta proportionem maiorum oblectationum, quas in præſenti vita habuerunt. *S. Tho. 1. 2. in Faſcic. f. 469. Cornel. Apoc. 18.*

## Membra corporis.

Nullum erit membrum, quod non habebit proprium ſuum tormentum & dolorem. Si in hac vita omnes omninò infirmitates, quibus membra corporis noſtri affici poſſunt (dolorem laterum, dentium, capitis, oculorum, &c.) ſimul quis pateretur, òh quantum hoc eſſet tormentum! Aſt in Inferno omnia hæc mala ſimul vnita erunt, & plura infinita alia aderunt, qualia *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderet.* *Vincent. Bell ſpec. moral lib. 2 p. 3.*

## Modus viuendi.

Vita, quam illius regionis incolæ agunt, eſt continua mors, eorum cibus eſt rabidiſſima fames: potus eorum, ardentiſſima ſitis: lectus, ignis: veſtimenta, flammæ: muſica gemitus: lumen, denſiſſimæ tenebræ: conuerſatio eorum eſt cum feris, beſtiis & Dæmonibus. Et, vt paucis plura complectar, viuunt in summa priuatione omnium bonorum, & in ſumma poſſeſſione omnium malorum, quod eſt idem dicere: Viuunt ſine Deo, in æternum viſione Dei priuati, & totaliter eos occupauit ſummum peccatorum malum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Habitatio.

*Guiliel. Pariſ. p. p. n. 56.*

Quemadmodum in vrbe quadam Regali, lam & palatium Principis dantur carceres ad dos & puniendos malefactores; ad eundem in hac ampliſſimâ ciuitate Dei, quæ eſt totus præter palatium regale, quod eſt cœlum Empyr præmiis donantur boni; datur locus carceris delinquentium deputatus, & eſt Infernus. quis ſit iſte locus, nullus meliùs eo, qui ipſum peritur, explicare poterit. *Deſcribat eum* Epulo. Reſpondet paucis quidem & breuibus vosis & ponderoſis verbis, dicens: *Eſt locus tum.* Et ſi petas, quæ & qualia ibidem tormenta; idem ille replicabit: *Eſt locus torm* quia non aliqua ſolùm ibi inueniuntur tormen mnia: Vndè *locus tormentorum* dicit locum pun dentem tormenta, ſine vlla gaudii admixtione ſumma continentem tormenta, ſine remiſſione miſſione pœnæ: locum æterna comprehenden menta, ſine vllo fine & termino. Dicite, cogi cogitate, imaginamini, ſomniate, quanta vult ſtis, mala: cuncta abſorbentur & compreh duobus hiſce vocabulis: *Locus tormentorum.* gite, quod miſeri Damnati cum hâc experient dam habebunt notitiam (eſto in confuſo) alte oppoſiti, qui dicitur: *Locus gaudiorum*, & expe lis illius pœna in infinitum augebitur & creſce ſperatione hujus. Et hæc eſt Inferni habitat finis, & promerita pœna libertatis carnis & ſenſu piternis vinculis & catenis eſſe aſtrictum in ſq ſimo & horrido inferni carcere.

*Luc. 16.*

## *Concluſio Tractatus.*

## Cap. XIII.

*Ineius vi. 14.*

OCulis mentis tuæ obſeruabitur ſententia Franciſci Borgiæ: *Si aliquid ſcio, hoc tantum Infernus domus mea.* Hæc etenim ſcientia ſumm

[...]dà ſalutaris animæ, quâ, nimirùm, cognoſcimus, In-[...]rnum proprium eſſe locum noſtrum, peccatis noſtris [...]itum. Indè vires hauries ad ſufferendas omnes vitæ præſentis tribulationes: & in omni euentu de pauper-[...]te, infirmitate, perſecutionibus & morte dices: *Ridi-cula ſunt hæc ad futura mala.* Idque probatur exem-[...]is deuotarum ſanctarumque perſonarum, quæ conti-[...]uam hanc de Inferno geſtarunt memoriam. S. Greg.

De S. Chryſoſtomo legitur, quod *Inferni imaginem in* [...]*riete deſcriptam habebat*, hanc ob cauſam, nè ea vna[...]quam è memoria & mente eius elaberetur. S. Chryſoſt.

S. Hieronymus ſeipſum addixit deſerto, & motiuum [...], *Metus Gehennæ*, quam continuò mente peruolue-[...]t. S. Hier.

Comes & ſocius, qui in omnibus actionibus D. Augu-[...]no ferebat ſuppetias ad operandum benè? *erat metus* [...]*ferni.* S. Aug.

S. Bernardus *firmum ſibi fecit propoſitum*, quod nun-[...]quam vellet lætari, & hilari eſſe animo, donec ab [...]oc Timore liberatus eſſet. S. Bern.

S. Ignatius in principio conuerſionis ſuæ, reprehen-[...]entibus quòd nimis acriter in ſeipſum animaduerteret, & [...]œnitentiæ opera operibus adderet, reſpondere ſolebat: [...]*ſtineme, hæc leuia pati, vt ſaluam faciam animam* [...]*meam*, eamque eripiam à multis pœnis, quas Damnati [...]atiuntur in Inferno. S. Ignatius. Loiſola.

Miles quidam ſanctus ob continuam memoriam In-[...]ferni, cuius etiam pœnas aliqua ex parte in viſione ex-[...]pertus fuerat, acerrimam egit pœnitentiam, & deſuper [...]mirantibus reſpōdebat: *Maiora his expertus ſum*, q.d. To-[...]tum hoc, quod modò patior, valdè modicum, aut penè nihil eſt, comparatione eius, quod vidi & expertus fui in Inferno. Brith elm. Beda lib. 2. c. 13. de Hiſt. Angl.

De quadam alia Perſona legitur, quod poſt mortem ab Inferno liberata ac priſtinæ vitæ reſtituta non ſolùm continuam infernalium pœnarum habebat memoriam; verum etiam ſemper Deo gratias immenſas referebat di-cens: *Gratias Deo: ampliùs non ardebo.*

S. Alexander Abbas ſemper mente agitabat Gehen-nam; & cuidam Religioſo de acedia ſpirituali tentato Abb. Alex.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Ioſaphat.* idem deuotionis exercitiũ dedit pro conſilio
Joſaphat filius Regis Indiarum à Barlaam
forti ac cõſtanti onimo reſtitit tentationibus
quia firmam ac ſtabilem Inferni conſeruabat me

Prætermitto infinita alia exempla, quæ
adduci poſſunt: Dicere ſufficiat, memoria
ſe viam ad cœlum, & per hãc ambulaſſe Sancto
eſt donum particulare deſursùm prouenien
minum, à Deo etiam frequenti ac continu
ne petendum eſt, ſemper dicendo: *Da mihi, D*
*S.Greg.* *ritus Christi, & precibus Mariæ, irriguum ſuper*
*ferius*; duplicem, videlicet lachrymarum fonte
riorem, propter deſiderium cœleſtis Gloriæ
rem, propter timorem Inferni. Conſidera, te
*Gen. 3.* dictam eſſe à Deo (*Maledicta terra in opere tuo*
affectu cordis tui habitare in terra; ſed ſupra
ſub terra: ſupra terram, deſiderio cœleſtis Patri
ra, timore Inferni. Time, ſpera, & ama: at ſemp
& in Deo Quid times? mala temporalia hui
Nequaquàm; time priuationem Dei æterna
Quid ſperas? Bona præſentia? Non: ſpera
poſſeſſionem Dei in Paradiſo. Quid amas? C
ſenſus? Non; ama Deum, & ſanctiſſimam eius
*S Chryſ. in* ſupra omnem timorem & ſpem. Concludo de
*ep. ad Rom.* tentiâ S. Chryſoſtomi: *Non ſinit incidere in G*
*Hom 31. to.* *Gehennæ recordatio.*
4. Et hæc de hac tertia parte, & de toto Peregri
Faxit Deus, vt eo præuio duce iter vitæ hu
peragas, & fœlicem alterius vitæ, vbi vt ciues c
num regnes, terminum attingas: quia, vt ab
*S. Aug.* monſtraui, *Qui gemit Peregrinus, gaudebit Ciui*
res peregrinationis ſunt exiguæ ſtellæ, & dura
ſimo tempore; at voluptates & gaudia cœleſ
ſunt flumina exuberantia, & vndique cor in
*Pſal. 45.* *Fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei*: in
totam durabunt æternitatem. In qua ſemper
Deo ter Opt. Max. ad cuius gloriam & hono
præſens typis mandatum eſt. *Semper De*
*honor & gloria,*
Amen.

F I N I S.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſilio & m
rlaam c
onibus h
abarm
quæ
noriam
Sanctior
niens à
ontinu
ibi, Dom
ſuperi
fontem
loriæ &
ra, term
e tuo) n
ſupra
s Patri
t ſemper
a huius
ternit
ſperat
nas? C
m eius
do den
re in C

Peregri
itæ hu
cius c
t ab in
it Cum,
c durant
cœleſt
or inn
; in
mper d
honor
mper Dn

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX

## *Librorum & capitum quæ hoc opuſculo continentur.*

*Ad peregrinum terræ ſive diſpoſitionem ad bonam mortem introductio*

Lib. I.

*enecesſitate præparationis ad bonam mortem.* p. 1.

cap. 1.

*x decreto Dei oſtenditur primò, quàm neceſſaria ſit præparatio ad bonam mortem* 2

cap. 2.

*dem declaratur ex oraculo Chriſti* 9

cap. 3.

*dem declaratur ex authoritate ſacræ ſcripturæ* 14

cap. 4.

*x teſtimoniis SS. Patrum* 18

cap. 5.

*ationibus idem probatur* 23

cap. 6.

*xemplis idem confirmatur* 28

Lib. II.

*De abſtinentia à malo* 36

cap. 1.

*Peccatum eſt ſummum malum* 37

cap. 2.

*Peccatum infernus portatilis* 40

cap. 3.

*Peccatum pejus inferno* 43

cap. 4.

*Peccatum & à Deo & ab omnibus creaturis odio habetur* 46

cap. 5.

*Peccatum ſuiipſius pœna* 50

S cap.

cap. 6.
Peccatum pondus intolerabile
cap. 7.
Peccatum ſumma ignominia
cap. 8.
De peccato Veniali
De eſſentia peccati Venialis
Peccatum Veniale macula animæ
Peccatum Veniale contrarium legi Dei
Habet reatum pœnæ
Diſponit ad mortale
Qua ratione evitari poſſint peccata venialia
72 & ſeqq.
Lib. III.
Operandum eſt bonum
cap. 1.
Negotium propriæ ſalutis graviſſimum
cap. 2.
Negotium propriæ ſalutis continuum per-
rem
cap. 3.
De ordine inter animam & corpus
cap. 4.
De bono uſu Gratiæ
cap. 5.
De Pœnitentia
cap. 6.
De Gratia & Virtute
Lib. IV.
Exſpectatio Domini.
cap. 1.
De Memoria Mortis
cap. 2.
Quàm neceſſaria ſit Memoria mortis, & au-
thoritates SS. Patrum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cap. 3.
Exempla idem confirmant 115
cap. 4.
De deſiderio Mortis 118
cap. 5.
Exempla 128
cap. 6.
De Memoria Iudicij particulariis. 130
cap. 7.
Deus Iudex 132
cap. 8.
De tempore dicti Iudicij. 137
Lib. 5. cap. 1.
De Memoria Iudicij Vniverſalis 142
cap. 2.
De commotione & turbatione univerſali, quæ præcedet Iudicium 144
cap. 3.
De commotione & perſecutione Eccleſiæ. 245
cap. 4.
Commotio in Angelis & Cælis 157
cap. 5.
Commotio in Inferno & Dæmonibus 159
cap. 6.
Commotio in Hominibus 160
cap. 7.
Commotio in Elementis 161
cap. 8.
De pluvia & diluvio ignis 162
cap. 9.
De ultima tuba citante ad Iudicium 168
Lib. 6.
De forma Iudicii Vniverſalis & memoria Inferni (174
cap. 1.
De Magnificentia Iudicis 175. & ſeq.

cap. 2.
*De Aſſeſſoribus Iudicis*
cap. 3.
*De judicandis in Iudicio*
cap. 4.
*De Examine Iudicii*
cap. 5.
*De Sententia Iudicis*
cap. 6.
*De tempore & loco Iudicij*
cap. 7.
*De Regno Christi & Dei*
cap. 8.
*De Memoria Inferni*
cap. 9.
*De Pœna damni*
cap. 10.
*De pœna ſenſus*
*Prima pœna ex igne*
*Secunda ex frigore*
*Tertia ex vermibus*
*Quarta ex tenebris*
*Quinta ex remorſu Conſcientiæ*
*Sexta ex intolerabili fœtore*
*Septima ex aſpectu Dæmonum*
*Octava ex flagellis*
*Nona ex catenis igneis*
cap. 11.
*De æternitate pœnarum*
*Exponuntur proprietates æternitatis* 239.24
*Fructus ex conſideratione æternitatis*
*Viva repræſentatio hominis damnati*
*Concluſio Tractatus*

FINIS.

# FASCICULUS MYRRHÆ

*Siuè*

# CONSIDERATIONES VARIÆ

*Super*

# PLAGAS ET VULNERA CHRISTI D. N.

*LIBER PRIMUS.*

Authore

*Reuerendiſſimo Patre*

P. VINCENTIO CARAFFA, aliàs, ALOYSIO SIDEREO, Societatis JESU Propoſito Generali.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PEr commiſſione del Reuerendiſſim
colò Riccardi, Maeſtro del ſacro P
letto il Faſcetto di Mirra, del P. Luig
della Compagnia di Gieſù: e non v'hò
coſa alcuna contraria alla ſancta Fede,
coſtumi. Anzi mi è parſo vn Faſcet
ſentimenti & affecti delle tre uie, Purg
minatiua, & Vnitiua, contenuti nella
tura è Santi Padri; & atti ad illuminar
ammare d'Amor Diuino gli animi de'd
tori. Nel collegio Romano 17. Genn

*Gio. Battiſta Roſſi de*
*pagnia di Gieſù.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTISSIMÆ

# ANGELORUM IMPERATRICI, DOLORUM REGINÆ, DEI MATRI, MARIÆ.

PRoſtratus coram Te in profundo codu, & centro nullitatis meæ penitùs immerſus, offero Tibi, O totius Vniuerſi Regina, veluti tributum affectus mei, id, quod, vtpote Tuum, refutare aud potes. Ecce Faſciculum Myrrhæ, quem Tu, mnium prima, falce dolorificâ in collibus Caluariæ meſſuiſti; aureoq; ardentiſſimi amoris ligamine ſtriſſimè vinctum chariori pectoris loco recondidiſti. on potes, iam conſiſtens in Throno Gloriæ, non accetam gratamq; habere oblationem earum plagarum, arum doloroſa contemplatio ſi quondam transuerrauit animam, eandem nunc mirâ lætitiâ, ſummoq; gaudio luminoſa adimplet reuerberatio. Cor Tuum idem vnumq; erat cum Carne Chriſti; nec Fiius vulneribus confici, & ſauciari poterat, quin &

 con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*conſauciata abiret Mater. Idem nunc eſt,*
*mune gaudium: & in Plagis iam glorioſis*
*agnoſco & adoro gloriam vulnerum animæ T*
*rum igitur plagarum vulnerumque Gloria*
*conſecro præſens opuſculum, cordis potius*
*pennæ partum: ſimulq; benigniſſimam M*
*Tuam, per amorem illam, qui Te cum Fi*
*xit, humillimè rogo & deprecor; vt,*
*ſynceritate animi ſequentes lecturus eſt conſi*
*fœliciter conſaucietur, conſauciatus vnà c*
*Fili Tui memoriæ impreſſas deferat & Tuas*
*dolorum Tuorum in præſenti vitâ particep*
*ſubintret, obtineatq; deindè partem T*
*Gloriæ in futurâ.*

# PROOEMIVM.

ÆQuo iure totus in admiratio-nem rapitur S. Bonauentura ex conſideratione cæcitatis & amentiæ cordium humanorum. *Deus* nobis in naturâ vnit humanâ, neque tamen nos in Diuinâ ei vniri volumus. *Deus* noſtrâ veſtitus naturâ, noſtris miſeriis ad mortem vſque ſe ſubiicit; nos neque vnire naturæ Diuinæ, neque cum ea vnione de Diuinis perfectionibus & vitâ beata participare volumus. Cum tamen certum ſit, *Deum* nullam à nobis perfectionem recipere, ſed eundem ſemper, & immutabilem in ſeipſo permanere, tàm nobiſcum, quàm ſine nobis. Homo verò non ſolùm perfectionem ſuam *Deo* debet, ſed etiam ipſum eſſe & vitam. Anima quoque, vt notat D. Auguſtinus, quia ad *Deum*, vt imago eius, & eiusdem capax creata eſt, non ex ſe viuit, ſed ex *Deo*, de vitâ *Dei*, & ſpiritu *Dei*: *Non de ſe viuit, ſed de Deo.* Hîc expendat Chriſtianus, qualem futuram exiſtimet animam ſuam ſine Deo: vtiq; exanimem, ſine vita, cadauer. Quod ſi horrorem ſpectatori ingerit corpus derelictum ab anima; ſpectaculum longè horribilius erit, videre animam ſine Deo. Hæc itaque eſt malitia &

cæcitas humani generis: nos ad remo-
ſcendamus. Hoc, iudicio D. Bernardi
in frequenti, affectusque referta vulner-
uatoris memoria: quâ mediante accen-
men fidei in intellectu, ardor charitatis
& roboratur anima ad decurrendam ſ-
absque vacillatione ad vltimum vſque
terminum. Hic eſt Myrrhæ Faſcicu-
mendatus & practicatus ab ipſo Bern-
indè à principio conuerſionis ſuæ; ſ-
In Cant. ſerm. 43. Paſſionis & plagarum Saluatoris: *Faſcicu-*
*hæ inter vbera mea commorabitur.* Hu-
*dilectiſſimi, tàm dilectum faſciculum coll-*
*hunc medullis inſerite cordis, hoc munite a-*
*ris, vt & vobis inter vbera commoretur.*

Vt autem cooperemini tàm ſancto
offertur vobis hic præſens libellus ceu
collectus ex variis floribus variarum c-
tionum ad vulnera Chriſti pertinentium,
Leuitc. 3. & 6. *Inpabulum ignis* Diuini amoris, *& ig-*
*perpetuus, nunquàm deficiens in altare cordi-*
rùm, quia materia meditationis haud
eſt, *niſi Dominus incrementum dederit*: pre-
minum, vt illuminet & inflammet *corda*
*intelligentias veſtras in Chriſto Ieſu: vt ille,*
*eſt Faſciculus Myrrhæ per amaritudinem paſ-*
præſenti vita; *fiat Botrus Cypri, continens*
*vinum iucunditatis & lætitiæ*
in futurâ.

# AD LECTOREM.

## S. Bernardus Tract. de Paſſ. D.N. cap. 44.

EN ſtat Dominus IEVS REX tuus expanſis manibus, nudo corpore, manibus ſimul & pedibus perforatis, capite inclinato. Confortare nunc, & eleuare anima mea miſera & infirma, & aliis fidei & ſpei ad hunc Hortum charitatis enitere, & totum mentis intuitum per varia diſperſum in vnum collige, ac apum ſedulitatem imitans ad conficiendum tibi mel deuotionis ad Paradiſum charitatis aſcende. Non eſt eleuatus in Crucem, vt ſe difficilem præberet accedere ad eum volentibus; ſed magis vt omnibus poſſet paratior inueniri. Accedens ergò cum fiducia ad hunc Paradiſum in extenſione brachiorum cognoſce, ſuſcipe affectum paratum ad tuos & te ad ſuos inuitantis amplexus, & quaſi miſericorditer clamantis: Reuertere, Reuertere, Sunamitis, vt intueamur te. Intra ergò, Anima, Paradiſum omnibus Paradiſis meliorem, nunc quidem ſolo cogitationis affectu, vt poſteà animâ & corpore cæleſtem Patriam valeas introire. Nec breuiter amplexandus eſt iſte Paradiſus; ſed volandum per ſingulos illius flores, & ſingulorum florum folia ſunt ſugenda: nunc ad dextram, nunc ad ſiniſtram riuulos guttasq; ſanguinis ſpargentem eſt accedendum. In horum

*rum contemplatione repete frequenter: Redde … tiam ſalutaris tui; ad inſtar apis, quæ inter … quendam ſonum habet, donec in florem intret, … tandem ad cor humillimum altiſsimi IESV … am lateris lanceati, ibi theſaurus ineffabilis … latet, ibi noua deuotio inuenitur, indè lachr… gratia extrahitur, diſcitur manſuetudo, pa… aduerſis, compaſsio in afflictis, & præcipue … tum & humiliatum ibi inuenitur. Ipſe IESV … plexus tuos deſiderat, talis vt complectatur … caput floridum multis ſpinarum aculeis confix… inclinat, vt ad pacis oſculum te inuitet. Redde … & ſuper vulenera mea miſericordiâ commouer… ne me talem, qualem vides, vt ſignaculum ſuper … um, ſignaculum in brachio tuo, vt in omnibus … nibus cordis tui, & operationibus brachii tui … ter, vt vides, ſignato ſimilis inueniaris.*

## *Ad eundem.*

### S. Bernardus ſerm. 43. in Cant.

TV, ſi ſapis, imitaberis ſponſæ prudenti… quæ hunc Myrrhæ tàm charum Faſci… de principali tui pectoris nec ad horam p… auelli, amara illa omnia, quæ pro te pertuli… per in memoria retinens, & aſſiduâ medita… reuoluens, quò poſſis dicere & tu: Faſci… Myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.

# De vſu & fructu Vulnerum Chriſti, teſtimonium D. Auguſtini.

*ex Manual. cap. 21. & 22.*

*TVta & firma requies eſt infirmis & peccatoribus in vulneribus Saluatoris ſecurus illic habito: patent mihi viſcera per vulnera, quidquid ex me mihi deeſt, vſurpo mihi ex viſceribus Domini mei, quoniam miſericordiæ affluunt, nec deſunt foramina, per quæ effluant: per foramina corporis patent mihi arcana cordis: patet magnum pietatis Sacramentum; patent viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto, vulnera* Jesu Christi *plena pietate, plena dulcedine & charitate; foderunt manus eius, pedes eius, & latus eius lanceâ perforauerunt, per has rimas licet mihi guſtare, quàm ſuauis eſt Dominus meus, quoniam reuera ſuauis & mitis, multa miſericordiæ eſt omnibus inuocantibus in veritate, omnibus inquirentibus, & maximè diligentibus copioſa redemptio data eſt nobis in vulneribus Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri, magna multitudo dulcedinis plenitudo gratiæ, & perfectio virtutum. Cùm me pulſat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chriſti; cùm me premit caro mea, recorda-
nerum Domini mei reſurgo; cùm Diabolu-
rat inſidias fugio ad viſcera miſericordiæ Do-
& recedit à me; ſi ardor libidinis mouet-
mea, recordatione vulnerum Domini noſtri ſ-
tinguitur. In omnibus aduerſitatibus non-
efficax remedium, quàm vulnera Chriſti, -
mio ſecurus, & requieſco intrepidus, Chriſtu-
eſt pro nobis; nihil tàm ad mortem amarum, -
te Chriſti non ſanetur; tota ſpes mea eſt in -
mini mei; mors eius meritum meum, refugiu-
ſalus, vita, & reſurrectio mea: meritum miſe-
mini, non ſum meriti inops, quamdiu ille -
num Dominus non defuerit; & ſi miſericordi-
ni multæ, multus ego ſum in meritis; quan-
tentior eſt ad ſaluandum, tantò ego ſum ſecur-

Conſideratio Paßionis Chriſti docebit -
Primò, quàm turpe & malum ſit peccatum, qu-
dem tanta patitur Chriſtus, vt illud deſtruat.
modo poterat Deus maius ac certius ſignum oſte-
in peccatum odii, quàm quod ad interimendum-
tirpandum illud in mortem dederit dilectiſsim-
um ſuum, eumq; maluerit videre in tantu-
emori, quàm peccatum impunitum relinqui.

Secundò; Quàm graues ſint pœnæ Inferni: -
quidem, vt ab iis eriperemur, perpeti voluit C-
quendam quaſi Infernum, & abyſſum pœnarum-
lorum.

Tertio, Quàm magna ſint beneficia, & bon-
& Gloriæ, quoniam tantum meritum fuit neceſ-
ad ea obtinenda.

Quartò, Maxima dignitas hominis & valor -
quoniam Deus tantum pretium dedit pro illa.

Quintò, Quàm bonus, clemẽs, pius & dulcis -

# Ex Fuluio Androt. de vitâ & morte Domini.

MEmoria Paſsionis Domini, quàm ſit ſalutaris, paſsim omnes Sancti Patres declarant. D. Auguſtinus ſuper Ioan. ait: Fratres, vt à peccatis ſanemur, Chriſtum Crucifixum intueamur, quomodo qui intuebantur ſerpentem æneum in deſerto, non peribant morſibus ſerpentum, ſic qui intuentur fide Chriſti mortem, ſanantur à morſibus peccatorum.

S. Gregorius ait: nihil adeò graue, quod non æquanimiter toleretur, ſi Paſsio Chriſti ad memoriam reuocetur

S. Bernardus Serm. 43 in Cant. inquit: Hæc meditari dixi ſapientiam, in his iuſtitiæ mihi perfectionem conſtitui, in his plenitudinem ſcientiæ, in his diuitias ſalutis, in his copias meritorum. Hæc me exigunt in aduerſis, in proſperis reprimunt, & inter læta triſtiaque vitæ præſentis viâ regiâ incedenti tutum præbent vtrobiq; ducatum. Propterea hæc mihi in ore frequenter, ſicut vos ſcitis, hæc in corde ſemper, ſicut Deus ſcit. Hæc ſtylo meo admodum familiaria, ſicut apparet. Hæc mea ſublimis Philoſophia, ſcire Ieſum. & hunc Crucifixum.

D. Bonauentura in Stimulo Diuini Amoris cap. I. Huius. ait, Paſsionis meditatio continua mentem eleuabit, quid agendum, quid meditandum, quiduè ſciendum, & ſentiendum ſit, indicabit: te demùm ad ardua inflammabit: te vilificari, contemni & affligi faciet: affectus tuos, tàm in cogitatione, quàm in locutione, ac etiam operatione regulabit.

Con-

## Consideratio I.

Chriſtus vnctus.
Ioan. 2.

# VULNERA CHRIST

## *Portæ Templi.*

Ioan. 2. 1. TEmplum Dei viuum fuit corpus Chriſti
ſimum. *Soluite templum hoc, quod dicebat*
Chriſtus ) *de templo corporis ſui.* Portæ huius
ſunt ſacra vulnera, per hæc ad atrium carnis, per
Sancta animæ, & ad Sancta Sanctorum Diuinitat
ſti peruenitur. Portæ gratioſæ & fauorabiles,
per ſunt apertæ tempore ſpiritualis noſtri cert
nunquam tamen clauduntur tempore pacis.

Apoc. 21. 2. Portæ Templi Gloriæ *ſingulæ ſunt ex ſing*
*garitis* candidiſſimis : & Portæ Templi myſtic
Gen. 28. ris Chriſti ſingulæ conſtant ex rubicundo Chr
Qui per Portam candidam Cœli in fine ſcalæ
intrare deſiderat , per hanc rubram Paſſionis
neceſſe eſt ; eſto terribilis appareat, attamen
hanc ad ſuperiorem patet aditus ; hanc igitur
viam.

Ioan. 10. 3. Per has portas (inquit Chriſtus ) anima
*& egredietur, & paſcua inueniet.* Egredietur
& ingredietur per amorem in Cor Chriſti, vbi
vera paſcua vitæ æternæ , paſcua Charitatis &
tatis Chriſti. Audi Auguſtinum ; *O Amare,*
*perire , ó ad Deum peruenire!* ó ſi quis haberet
quo illuſtratus cognoſceret, quàm fortunata
emptio *ſibi perire , & ad Deum peruenire!* ó amor
ô iter Amoris , iter felix & fortunatum egreſſum
quis egreditur & diſcedit à ſe , vt perueniat ad
ô Anima ſancta , vade lætanter, & beata
ipſum attinges.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CONSIDERATIO II.

# VULNERA JESU.

*Ieſus electus.*

### *Nubes fœcundæ.*

1. TErra cordis noſtri plantam fructumque bonum producere nequit, Cœli ope deſtituta. *Frumentum deſiderat nubes.* Viſum fuit nonnunquam pluiſſe ſanguine: talis ſemper pluuia eſt, quæ procedit ex fœcundis plagarum Christi nubibus. Fœlix pluuia, quæ Terram pariter & cœlum conſolatur. Prodigioſa pluuia, quâ dum irrigatur Terra, germinaſcunt in cœlo palmæ, & efflorescunt coronæ. Pluuia pretioſa, ad te ſuſpirat arida terra animæ noſtræ: Tu ſola ſitim eius extinguere, tu ſola ipſam refocillare & recreare potes: *In ſtillicidiis tuis lætabitur germinans*, & tunc *benedices coronæ anni benignitatis tuæ.* *Iob.37.* *Pſal.64.*

2. Verum ſuper omnia frumentum Electorum, panis Angelorum *deſiderat nubes.* Naſcitur, creſcit, conſeruatur pluuia huius Sanguinis. O ſi anima in ſacra communione Diuinum hoc frumentum pluuiâ iſtâ abundanter irrigaret, frequenter adaquaret, quales in corde noſtro poneret radices, quantum cor noſtrum cum germine ſuo ſeſe attolleret ad cœlum, quales fructus produceret?

3. Quisquis ambit & aſpirat, vt dicere poſſit: *Frumentum Chriſti ſum: deſiderat nubes.* Non ſatis eſt, granum eſſe mortuum, niſi iuuetur foueaturque à pluuiâ: nec ſufficit, frumentum animæ noſtræ, propter Amorem Dei ſub mortificationis ſulco ſepultum, eſſe mortuum, niſi ipſa abluatur impingueturque Sanguine Chriſti. O ſubſtantiam Divinam, impingua, te rogo, hoc frumentum Chriſti *vt panis mundus inueniar.*

## CONSIDERATIO III.

# VULNERA VERB[I]

### *Facundæ linguæ.*

Hebr.11.12. A*Bel defunctus adhuc loquitur.* Melius lo[…]
Filius Dei, quàm filius Adæ: ſiquidem vu[…]
Rupr. lib. 12. de victor. Ver. c. 28. Id. in Apo. lib. 4. c. 5. cludit, vt apperiat quinque. Hiſce quinque lin[…]
vocibus pari conſenſu cantat, loquitur & excla[…]
uator noſter. *Vulnera illa reſeruantur illi ad G[…]*
*nobis ad Gratiam, inimicis ad crudelem conſcientia[…]*

1. Decantat æterno ſuo Patri laudes & gloriam[…]
illis *non quæſiuit gloriam ſuam, ſed eius, qui m[…]*
*Patris.*

Beda cap. 24. in Luc. Decantat victorias ſuas, *quia ſunt victoria[…]*
*umphus.* Reſpicite Manus illas & Pedes plagis[…]
neribus ſignatos, veluti tot appenſa vexilla au[…]
militaria victoriam declamantia.

2. Orat & impetrat pro nobis ſalutem: ſiquid[…]
ea *ſalutis humanæ exigit pretium.*

Cyprian. ſerm. de Bap. Chriſti Ioan. 16. Prædicat ad noſtram doctrinam & exhorta[…]
exemplo ſuo nos ad patientiam inuitando & co[…]
do: *Confidite, ego vici Mundum*, per hæc vulnera[…]
quoque, ſi mei cauſa ſuſtinueritis dura, vincetis.

3. Exclamabat his linguis *in confuſionem m[…]*
Aug. lib. 2. de Symb. c. 4. in die Iudicii. *Ecce hominem quem crucifixiſtis[…]*
*re vulnera, quæ inflixiſtis: agnoſcite latus, quod p[…]*

## CONSIDERATIO IV.

# VUNERA JESU NAZ[A]RENI

Nazarenus Virgultum floridum. Hebr.

### *Roſæ cæli floridæ.*

Eccleſ. 58. 1. Q*Vaſi flos roſarum in diebus vernis.* Roſæ pul[…]
rimæ ſunt Chriſti vulnera, quarum intuitu[…]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctat, & recreat ſenſus corporis & animæ. Roſæ odoriferæ, quæ, quò magis memoriâ teruntur & agitantur, eò odoratiores fiunt, magisque odorem, quem emittunt & relinquunt, confortant. Roſæ medicinales, quarum Diuinus liquor cunctarum ſenſualitatem ardores temperat. Roſæ dulciſſimæ, quæ ſuaui deuotionis exercitio conditæ & permixtæ medicamen conficiunt conſeruatiuum, & perfectiſſimum nutrimentum animæ deuotæ.

2. Roſæ nunquam inter ſpinas ſuum admittunt decorem & pulchritudinem. O quàm pulchræ apparent hæ Roſæ inter ſpinas Coronæ, inter ſpinas clauorum, & inter ſpinas Lanceæ! Non eſt, quod quis cogitet harum Roſarum eſſe particeps, qui ſpinarum inimicus & hoſtis exiſtit, non enim naſcuntur alibi. Adeoque anima deuota, eſto ſit innocentiæ lilium, inter ſpinas Pœnitentiæ commoretur, neceſſè eſt, ſi hiſcè Roſis vicinus eſſe velit. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter* Cant. 2.
*filias.*

3. Roſa abigit Hyemem, & aduocat Ver. Ecce hæ Roſæ Diuinæ terminant Hyemem peccati, & adaperiunt Ver Gratiæ & Gloriæ: etenim Diuinæ Roſæ quid aliud apportarent niſi Ver Paradiſi? Ibi nunquam florere deſinent, vt vitæ æternæ conferant gaudium, & immarceſſibiles illas coronas, quibus Beatorum cinguntur tempora, proferant, æternamque ſalutem & vitam apportent. *Cruore eius roſeo guſtando, viuimus Deo.* Sole- Hymnus
bat quædam deuota anima in laudem benedictorum Eccleſ.
vulnerum hanc vſurpare orationem: *Gloria ſit ſanctiſ-* S. Gertrud.
*ſimæ Trinitati propter roſea illa & rubicunda vulnera* lib. 4. c. 35.
*vnici mei electi Amoris.*

### Consideratio V.

# VULNERA SALVATORIS.

## *Fontes viui.*

1. *HAurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* Iſa. 12.
S. Bernardus per hos Saluatoris fontes intelligit Serm. de
quinq; Nat. Dom.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quinque vulnera. Primus fons eſt Miſericor
cundus Sapientiæ; tertius Gratiæ; quartus C
quintus Gloriæ & vitæ æternæ. Primi quatuor
tur in hac vitâ; quintus & vltimus per vulnus La
gnificatus, datur poſt mortem. Et ideò Salua
nera manuum & pedum viuus excipere voluit;
Lateris mortuus. Ad poſtremum hunc fonte
Pſal. 41. rabat Propheta, cũ dicebat: *Sitiuit anima mea a
fontem viuum.* Foret enim exigui momenti,
eſſet, participem fieri in præſenti vita bonorum
niſi adiungantur illa Gloriæ. Poteris prætereà
que fontibus quærere quinque gratias explica
rona plagarum: in fonte pedis ſiniſtri petes dol
tuis peccatis; in fonte pedis dextri deuotionem
nationem ad exercitia virtutum; manu ſiniſtrâ
Inferni; in dextrâ certam ſpem Gloriæ; in later
& perfectam Charitatem Dei.

2. Conſidera & inquire modum, quo
quinque fontes accedendum, vt ex iis bibas co
quas Diuinæ Gratiæ. *Haurietis aquas in gaud*
illo, videlicet, perfecto gaudio, quod proced
Fide, Spe certâ & Charitate ardenti. Crede
& ama infinitam Chriſti potentiam, quâ te ſalua
eſt: infinitam Bonitatem & Miſericordiam, qu
ſaluare: infinitam efficaciam ſanctiſſimorum
rum, quæ, quantùm eſt de ſuo, tibi nunc ſalutem
liant: & ſic bibes ex prædictis fontibus aquas Miſ
cordiæ, Sapientiæ, Gratiæ, Charitatis & Gloriæ.

3. Veruntamen verum & perfectum gaudium
nebitur in altera vita. Tunc verè *haurietis aqu
gaudio puro, & pleno gaudio de fontibus, id eſt, de
bus Saluatoris.* Affluit & in præſenti vitâ gau
attamen *haurietis cum mœrore*, vt doleatis & co
tis iisdem ſanctiſſimis vulneribus; aſt in altera
dolore, & cum ſumma conſolatione. Quapropt
ctus Edmundus in agone conſtitutus inter deo
dum ſanctiſſima vulnera dicebat: *Haurietis nunc
de fontibus Saluatoris*, per quas denique tra
*ad gaudium Angelorum.*

## Conſideratio VI.

# VULNERA CHRISTI.

### *Rete Diuini Amoris.*

EN *ipſe eſt poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.* Stat Chriſtus poſt parietem, quia corpore interpoſito occulit ſuam Diuinitatem. *Et reſpicit per feneſtras*, quia per vulnera proſpicit noſtras ærumnas, eiſque medetur. Benedictum rete, benedicta vulnera, quæ, dum ſe noſtra peccata inter & Diuinam Juſtitiam interponunt, nè illa nos puniat, obſtaculo ſunt, & mortis ſententiam in vitam commutant. Cant. 2.

2. *Reſpicit per feneſtras*, vel, vt alii legunt, *per retia.* O Retia Diuini Amoris, quæ attrahitis, & votis illigatis cor Dei, vt ad illud attrahitis corda noſtra, vobiſque noſtras illigetis animas! Quamobrèm, cùm aperta & extenſa fuiſtis in Cruce, ſubito homines *reuertebantur percutientes pectora ſua.* Iisdem Apoſtoli *facti ſunt piſcatores hominum.* Septuag.

3. *Reſpicit per ratia. Apparet per retia, eminet ſuper retia.* Non ſolùm per ea reſpicit, ſed etiam reſpicitur, imò obtutum ſubterfugit. *Apparet per retia*, quia *patent viſcera: & eminet ſuper retia, quia, qui potuit guttâ, voluit vndâ: & quod ſatis fuit ad meritum, non ſatis fuit ad Amorem.* Septuag. S. Bern.

## Conſideratio VII.

# VULNERA JESU.

Ieſus Dom. Salus.

### *Magnes Cordium.*

1. SI amori vis attrahendi ineſt (*Magnes eſt Amoris Amor*) magnes, attrahens Amorem, amor eſt: *Si vis*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*amari, ama,* Sacra vulnera, ceu viui effect
amoris mirificâ hac pollent virtute. Quapropter
Ioan.12. Chriſtus: *Cùm exaltatus fuero à terra,* & Cru
*omnia traham ad me ipſum,* nimirum, virtute
meorum cunctas animas in funiculis amoris
Attrahet corda noſtra, vt ea inflammet: attrahet
noſtra peccata, vt deſtruat; ærumnas, vt ſubleuet

2. Sacra vulnera non attrahunt ſolum, ſed
piunt. *Charitas enim Chriſti vrget nos:* æſtimantes
2. Cor. 5. *quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt: ergo*
*tui ſunt: vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant*
*qui pro ipſis mortuus eſt.* Urgent, vt vim infer
nera & mors Chriſti, inquit Apoſtolus. Et ſi
pro omnibus mortuus eſt, æquum eſt, vt omnes
S. Anſelm. riantur & Chriſto. *Sibi deficere, & in ſolo Chriſto*
*cere.* Notate, quod dicit Apoſtolus: *æſtimantes*
qui hoc animo benè perpendit, qui hoc conſi
hoc æſtimare nouit; is percipit attractionem,
& probat violentiam & virtutem illam attracti

3. Vim attrahendi ſacrorum vulnerum mirum
dum experti ſunt viri ſancti; ita namque illis
tur, vt nihil aliud cogitarent, aut agnoſcerent
dius Dominicanus totus animo abſorbebatur
ra Chriſti: atque beatus Ægydius Franciſcanus
nudum paradiſi nomen in ecſtaſin ibat, ſic &
nomen vulnerum.

## Consideratio VIII.

Chriſtus vnctus.

# VULNERA CHRIST

*Mamillæ Diuinæ.*

1. CHriſtus, ſeu Mater beneuolentiſſima
ctat Eccleſiam ſuauiſſimo lacte bened
vulnerum, cógregat animas intra pectus ſuum, &
ſuo eis blanditur, & ſolatium exhibet. *Hæc di*
Iſa.66. *minus, ad vbera portabimini, & ſuper genua bland*

*[par]vulis. Quomodo ſi cui Mater blandiatur, ita ego conſola[bo]r vos.* Beatæ illæ animæ, quæ *quaſi infantes ſugentes [v]bera* omnem alium Mundi cibum reſpuunt, oculos ad quæcunque obiecta creata claudunt, & magnâ auiditate inuolant in mamillas vulnerum, & indè lac ſanguinis exſugunt. Audite hanc D. Bernardi inuitationem: *Si tentationum ſentis aculeos, exaltatum in ligno ſerpentem æneum intuere, & ſuge non tàm vulnera, quàm vbera Crucifixi.* Non vulnera, ſed vulnerum medicamina ſugere debes: non diſpoſitionem mortis, ſed alimentum vitæ. Ioel.I. S.Bern. epiſt.351.

2. Roga Dominum, vt *vbera eius inebrient te in omni tempore, & in amore eius delecteris iugiter: quia meliora ſunt vbera eius vino* conſolationum Mundi. *Meliora, quia durabiliora;* non deficiunt, ſed ſemper durant. *Meliora, quia puriora,* abſque admixtione amaritudinis. *Meliora, quia intimiora:* replent conſolatione, non corpus duntaxat, ſed etiam animam. Prov. I. Cant. I.

3. Proſequitur Diuinum oraculum: *Et in Ieruſalem conſolabimini.* Etenim plenitudo gaudii Cœlo promittitur, vbi animæ *inhiantes ſemper edunt, & edentes inhiant:* bibent abſque tædio, bibent ſumma cum voluptate. Illic bibere eſt ipſum gaudere, lactari & amare, eruntque ſemper lactantes, quia ſemper erunt amantes. Iſa, 66. vbi ſup. S. Aug.

## CONSIDERATIO IX.

# VULNERA VERBI.

### *Syllogiſmi Amoris.*

1. TOta Summa, & quaſi integer Doctrinæ Chriſtianę epilogus hâc ſolâ comprehenditur ſententiâ, ore Chriſti prolatâ: *Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc Mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Doctrina, vti vera, ita & carni ac ſenſui difficilis; neque intelligi poteſt abſque lumine & Magiſterio Diuino. Ioan. 12.

 2. Magi-

2. Magiſter, qui non ſpeculatiuè tantùm ſe
practicè hanc docet veritatem, eſt Amor Dei
Syllogiſmi, quibus eandem probat & demonſt
vulnera Chriſti. Hiſce namque anima cogno
gnoſcit, quòd amare ſeipſam eſt verum odiſſe
eam eſt verum amare, quodque qui amat vitam
hoc Mundo, perdit eam in altero, & qui odit eam
vita, reperit ipſam in futura. Praxin doctrinæ
contemplare in Chriſto, qui, odiendo præſentem
tantâ coruſcans gloriâ ſurrexit ad æternam vitam.

3 Ante receptionem Spiritus ſancti timebant
bantque Apoſtoli mortem, fugiebant Tyrannos
venit Diuinus Magiſter, & docuit eos Myſterium
cis & vulnerum Chriſti, finem, emolumentum
mium patiendi & moriendi propter amorem
*Act. Apoſt. 5.* vltrò expoſuerunt ſe cunctis perſecutionibus
& *ibant gaudentes* ad tormenta & patibula.

*lib. 3. epiſt. 3* Sanctus Franciſcus Xauerius iam dudùm
imbutusque hâc doctrinâ vulnerum Chriſti, in
ſuis pœnis & afflictionibus hâc ſe conſolabatur
tentiâ: *Qui amat animam ſuam perdet eam*, &c.
noſtris ſcribit ex Göa) planè ſe conformare ſtudeb

## CONSIDERATIO X.

# VULNERA CHRISTI

## *Diuina Cælatura.*

*2. Petr. 2.* 1. CHriſtus (de quo Petrus Apoſtolus dixit: *Ad*
*accedentes lapidem viuum ab hominibus*
*tum, à Deo autem electum & honorificatum, lapidem*
*mum, angularem, electum pretioſum*) vt in petra
mentalem cœleſtis Ieruſalem ſtatueretur; cæland
& ſculpendus Diuinâ cælaturâ ſacrorum vul
*Zach. 3.* *Ego cælabo ſculpturam eius*, aut, vt alii legunt,
*apertionem eius.* Ego, inquit Pater æternus, ap
Manibus, Pedibus, & latere Chriſti cælaturam
tum vulnerum.

2. Similem in modum illi, qui deſiderant *tanquàm viui lapides ſuperædificari in Chriſto*, petrâ fundamentali 1. *Pet.* 2.
cœleſtis Patriæ, debet eſſe ſculpti & cœlati cælaturâ mortificationum.

*Tunſionibus, preſſuris,*
*Expoliti lapides,*
*Suis coaptantur locis,* *Hym. Eccl.*
*Per manus artificis.* Vt canit Eccleſia.

Crux itaque nihil aliud eſt, quàm ſcalpellum, quo ſcalpitur & perficitur anima: eoque Chriſtus tàm ſe, quàm nos expolit. Quare dicitur: *Per Paſſionem conſummatus*, id eſt, *perfectus*. Ideòque *decebat*, inquit Apoſtolus, *eum, propter quem omnia, & per quem omnia, per paſ-* *Hebr.* 12.
*ſionem conſummari* hoc eſt, *perfici & coronari*, & per idē medium *alios perficere & coronare*.

3. Templum Salomonis ædificatum fuit *de lapidibus* 3. *Reg.* 6.
*dolatis, atque perfectis: ſed malleus & ſecuris, & omne ferramentum non ſunt audita in domo, cùm ædificaretur.* Totus enim labor, & omnis cælatura extra Templum facta eſt. Pari ratione in Templo cœleſtis Gloriæ omnes Beati ſunt inſtar lapidum politorum & perfectorum; at inſtrumenta perfectionis, quæ ſunt perſecutiones & mortificationes, non ingrediuntur cum Sanctis in cœlum; in vna & ſola hac præſenti vitâ ſentiuntur. *Et vltrà non erit luctus, neque clamor, neq; dolor, quia prima* *Apoc.* 21.
*abierunt.*

## Consideratio XI.

# VULNERA JESU. *Ieſus eleuatus.*

## *Soles Eccleſiæ.*

1. SOl, vt docet S. Thomas, *eſt fons ſplendoris, fornax ardoris, & cauſa generationis.* Non defuit, qui dixit, Solem eſſe foramen Cæli. Certiſſima opinio, ſi accommodetur hiſce, vt ita loquar, Solibus, & huius Diuini cæli foraminibus. Hi ſoles luce, quæ non cognoſcit occaſum colluſtrant & illuminant intellectum; hi affe-

ctum in ardorem Diuinum accendunt: hi in ... ſtris cunctas generant virtutes.

2. Omnes creaturæ, iuxta eundem S. Do... *comparantur ad Deum, ſicut radii ad Solem*: Q... ut radii, qui procedunt à Sole, eius lucem ... imperfectè, eò quod ſint diuerſæ naturæ: ... creaturæ laudem & gloriam reddunt Deo Crea... ſed imperfectè, eò quod ſint diuerſæ condition... turæ Deo inferioris. Aſt vulnera Chriſti ... comparent, eiusque gloriam perfectè manifeſta... ci totidem Soles eiusdem cum Deo naturæ, ... *de lumine.* Quatuor è manu Dei prodierunt ... pus Naturæ, Gratiæ, Gloriæ, & Unionis Hypo... Tria priora parcâ manu Deum manifeſtant, ... radiorum lumina: vltimum adæquatè Deum ma... quia eſt lumen de lumine Solis.

3. Qui ad lumen Solis ambulat, non offendi... quisquis ad lumen horum vulnerum graditur, ... poteſt, iudicatq; ſecundùm rerum veritatem, ... cundùm apparentiam. Quotiès dubitaueris, ... cum Moyſe in tabernaculum, in hæc vulnera, ... illuminabit te. O luciḋiſſima vulnera! ô beata ... huius Cœli cœlorum! ô Diuini Soles! ad quorum ... menſum ſplendorem obſcuratus totus remanſit ... ſter materialis Sol: diſpellite noſtras tenebras, ... ſtra luce illuminate nos, vobis vnite nos velut ... dios, vt hac ratione nos præſentetis primæ luci ... Solis.

## Consideratio XII.

# Vulnera Christi

## *Hoſpitium Animæ.*

S. Bonav. ſtim. p. 1. c. 1
1. O *beata Lancea, ac beati Claui, qui ...* *huiusmodi facere meruerunt!* q. d. quantum ... inuideo, ô beata Lancea, & beati Claui, qui mer... intrare Diuinum illud Carnis Chriſti Sacrarium. ... *fuiſſem loco illius Lanceæ! Exire de Chriſti la...*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*…em, ſed dixiſſem: Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, quo-…iam eligi eam.*

*2. Præ nimio amore aperuit ſibi latus, ut tibi tribuat …r ſuum: ſibi etiam voluit pedes & manus perforari: ut …m ad ipſum perueneris, ſic tua manus intrent in ſuas, ac …des tui in ſuos, ut ſibi inſeparabiliter coniungaris.* Ad-…erte igitur, & ab eo te ſeparare noli; priusquam mo-…eas pedes, aduerte, vbinam poſiti ſint pedes Chriſti: …riusquam manus admoueas operi, quibus Chriſti ma-…us operibus admotæ ſint, attende. loc. cit.

*2. Obſecro ſecundùm Apoſtolum, anima mea, omnia …oba, hæc coneris experiri, & ſi bonum tibi videtur, indè …mpliùs non diſcedas. Et non dubito, quod ſi fueris experta, …nia, præter ipſum & eius vulnera, amaritudinem repu-…bis.* Idem lib. 1. 1. Theſſ. c. 5.

CONSIDERATIO XIII.

# VULNERA JESU.

*Ieſus Dom. Salus.*

## *Mortificatio Vitalis.*

HAnc habent proprietatem vulnera Chriſti, quod conſolentur ſimul & contriſtent: quantum con-…riſtant corpus, tantum conſolantur animam. *Secundùm …agnitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolatio-…es tuæ lætificauerunt animam meam.* Quamobrem ſe …ortificare non eſt admittere & perdere conſolationes; …ed mutare cõſolationes corporis in cõſolationes animę. Pſal. 9.

2. Mortificant vulnera Chriſti præſentia Crucis: vi-…ificant ſpe præmii. Undè ſanctæ Franciſcæ Romanæ duo …pparuerunt Angeli: mœſtus & triſtis vnus ſimulque …ruci affixus; alter lætus & feſtiuus manu gerens pal-…mam: quia Cruci affixum conſolatur ſpes palmæ & …oronæ.

3. Vulnera Chriſti quantũ mortificant carnẽ, tantùm …iuificant ſpiritũ. Illis igitur nos mortificemus, vt Apo-…ſtolus ſcribit ad Corinthios: *Semper mortificationẽ Ieſu …n corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manife-…ſtetur in corporibus noſtris.* Multiplicentur igi- 2. Cor. 2.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur plagæ & pœnæ, vt magis reddamur partici-
tudines Chriſti: creſcat dolor, vt creſcat con-
ſu; ſicque vetere homine penitùs extincto poſ-
*Galat. 2.* cere cum eodem Apoſtolo: *Viuo autem iam non*
*uit verò in me Chriſtus.*

CONSIDERATIO XIV.

*Nazarenus Cuſtos Heb.*

# VULNERA JESU NA-RENI

## *Theſauri Eccleſiæ.*

*S. Bernard. de Paſſ.* 1. THeſaurus S. Eccleſiæ ſunt vulnera Chri-
enim conſeruantur inæſtimabilia meri-
toris, propter quæ nobis tribuuntur cuncta ſpe-
lia dona Gratiæ & Gloriæ. *Et per effuſionem ſa-*
*Extrauag. V.* *nis Chriſtum infinitum Eccleſiæ militanti theſau-*
*quiſiuiſſe*, aſſerit Leo X. in quadam Bulla. O
rum infinitum, theſaurum incomparabilem,
nunquam exhauriendum! Vna ſola gutta ipſi-
ſi Sanguinis propter Vnionem Hypoſtatic-
bum ſufficientiſſima eſt ad redimendos mille
2. Non reperiet vnquam paupertas noſtra
medium, quàm vti diuitiis theſauri Chriſti.
*ex me mihi deeſt*, inquit D. Auguſtinus, *uſurpo*
*viſceribus Domini mei, quoniam miſericordia*
*nec deſunt foramina per quæ effluant.* Per hæc
ſanctiſſimorum foraminum defluunt ad nos
gratiæ, omnes miſericordiæ, omnes conſolatio-
Vernannt ſemper *in Diuina præſentia, & in Diui-*
*tione*, immenſa & infinita merita illorum Vul-
propter illa Dominus Deus noſter nobis com-
gratiam, noſque liberat à pœnis Purgatorii, q
pter peccata noſtra meruimus. Quapropter
Dei dona ſunt effectus & Iuſtitiæ & Miſericordiæ
Juſtitiæ, intuitu vulnerum Chriſti: Miſericordiæ
ſu noſtrorum meritorum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3. Inſuper in hoc theſauro vulnerum conſidera ſuper effluentem menſuram ſatisfactionis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, omniumque pariter Sanctorum, qui paſſionibus ſuis & martyriis plùs ſatisfacêre, quàm propria promeruêre peccata; *Ad theſauri cumulum* (ita in Extrauaganti, *Vnigenitus*, definitur) *adminiculum etiam præſtare merita B. Virginis & aliorum Sanctorum.* Quod ipſum redundat in maiorem gloriam vulnerum Chriſti; non enim ſolùm pro nobis ſatisfecerunt; ſed etiam nobis communicarunt poteſtatem & virtutem ſatisfaciendi pro aliis,

Ex his, quæ dicta, iſtam in exercitio virtutum facies reflexionem: cùm, nimirùm, tentationes inimici ſuperas, cùm Diuinâ adimpleris Gratia, cùm ſanctis inſpirationibus ſupereffluis? agnoſce Diuinorum vulnerum efficaciam, ab illis enim hæc omnia profluunt. Virtus illius pretioſi Sanguinis in te operatur: quare iuſtum eſt te in quouis loco, & in omni opere eſſe eorum memorem, agendo gratias & benedicendo ea in æternũ. Matri quoque ſanctiſſimæ age gratias, quia dum commnicat dolori ſanctorum vulnerum, cùm illa ob inexplicabilem ſuam puritatem non indigeat eorum lauacro, tibi etiam impertit eius effectum. Et eodem modo tecum facient alii Sancti, *qui adimpleuerunt, quod deerat paſſionum Chriſti in carne ſua, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* *Coloſſ. 1.*

## Consideratio XV.

# VULNERA CHRISTI.

## *Fundamenta cœleſtis Ieruſalem.*

1. FUndamenta ciuitatis debent eſſe proportionata ædificio. Habitaculum cœleſte in ſua altitudine erigitur ad viſionem vſque Dei: profundè igitur iacenda ſunt fundamenta eius vſque ad Humilitatem Chriſti, *Humilitas Paſſionis meritum eſt gloria Reſurrectionis.* *S. Aug. in Ioan. tract. 104.*

2. Hæc fundamenti ratio ſpecialiter Chriſto competit propter ſanctiſſima vulnera. Ideòque verba illa

Iſa. 40. Ex Heb. Iſaiæ) *in omnibus meis deſcripſi te*) alio modo leg... aliis: *fundamentalem tui conſtitutionem in man... tatus ſum.* Juxta metam & terminum Gloriæ... & diſpoſui in manibus meis fundamenta vulner... profundam abyſſum, quæ nos extollit eleua... ſublimitatem cœleſtis Gloriæ!

3. Verùm diſcrepat hoc fundamentum ab aliis... mentis ædificiorum materialium: quia hæc n... totum ædificium, neque terra, quæ exinde effod... ſeruit muris exſtruendis: at fundamentum h... Ephes. 2. nerum *creſcit in Templum ſanctum, in habitacul... in Spiritu ſancto.* Totum id, quod neceſſarium... conſtruenda & erigenda templa ſpiritualis noſtr... fectionis, eruitur ex fundamento vulnerum Chri...

## CONSIDERATIO XVI.

# VULNERA JESU NAZ... RENI

### *Flores æternæ Gloriæ.*

Cant. 2.

S. Bernard. in Cant. ſerm. 33. 1. IAm *hyems tranſiit; imber abiit &...* Tranſiit hyems infidelitatis & inimicitiæ cum... quia in terra virginea Humanitatis pullularunt... vulnerum. *Flores rubentes & ardentes: rubent... guine Paſſionis, & ardentes igne Charitatis. In P... rubeſcunt, ardeſcunt in Charitate.* Flores, qu... ſpinas ardent, & non conſumuntur: vt ſpinetum... dis noſtri fœliciter quoque ardeat, & ardendo no... cetur, ſed omnigenarum virtutum floribus eff... ſcat:

2. Inter deliquia amoris anima Deo dile...

[..]os flores ſuſpirat: *Fulcite me floribus, quia amore [l]angueo.* Vulnera Christi Nazareni ſunt flores ſemper [a]perti, qui nunquàm langueſcunt, ſed ſemper lan[g]uori noſtro medentur. *Verè languores noſtros ipſe tu[li]t.* Et vbi vani flores Mundi referunt odorem mortis: (*Odor mortis in mortem*) ibi cœleſtes flores Christi re[f]erunt veram ſalutem & vitam: *Odor vitæ in vitam.* Cant. 2. Iſa. 53. 2. Cor. 2.

3. Si vulnera & afflictiones noſtræ *Flores ſunt bo[no]rum, quæ exſpectamus, & propter fructum florem [q]uoque decerpimus*; quantò magis vulnera & dolores [C]hriſti ſunt flores vitæ æternæ, & propter fructum, [q]uem ex illis ſperamus chari & grati nobis ſint flores [u]t in eorundem fragrantia & odore viuamus, opor[t]et. S. Gregor. Nazianz.

## CONSIDERATIO XVII.

# VULNERA VERBI.

### *Signacula ſeu Sigilla cordis.*

1. POne me, *vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum.* Vult hic cœleſtis Amaſius, vt ſingnacula vulnerum ſuorum imprimantur cordi noſtro: vndè neceſſe eſt, permittamus illud molleſcere calore charitatis Dei, vt ſic in ſe Diuinam hanc recipiat impreſſionem. Tunc verò cor illam recepiſſe cognoſcemus, quando videbimus ſauciatum brachium: ſiquidem, quod Amor impreſſit cordi in opere celare non poteſt.

2. Quando Chriſtus Dominus noſter ſeruum ſuum Franciſcum impreſſione ſuorum ſtigmatum in manibus, pedibus, & latere decorauit, apparuit in effigie Crucifixi à Seraphino circumcincti (*Seraphim Crucifixus apparuit*) hac nos imagine erudiens, quod amor Seraphicus nos diſponat ad participandū beneficia Cant. 2.

Crucis

Crucifixi. Et Chriſti famulus S. Franciſcus, ... dio Amoris Diuini in Seraphinum immutatu... ctus eſt dignus, qui per communicationem ... vulnerum eſſet alter Crucifixus.

3. Vulnera Chriſti ſæua & crudelia fuerun... ſignacula ſeu ſigilla, imprimunt inuerſo modo ... eſt ſiniſtrum, fit dextrum, amarum fit dulce, ... benignum, mors conuertitur in vitam. O ... *corda ſaxea vulnerantia, & mentes congela... mantia, & pectora adamantina liquefacientia ... re! Vita, dulcedo, & ſpes noſtra!* O vulnera ... ſitis Verbi Diuini, non poteſtis non eſſe cordi... nite, ſigillate, & ſauciate cor meum tali modo ... pore appareant vulnera pœnitentiæ, & in ani... ra Amoris.

S. Bonau. Stim. c. 1.

Sancta Mater, iſtud agas,
Crucifixi fige plagas
Corde meo validè.

## Consideratio XVIII.

*Chriſtus vnctus.*

# VULNERA CHRIST...

## *Arma myſtica.*

1. Reg. 17.

DAuid præliaturus aduerſus Goliathum ... *que limpidiſſimos lapides de torrente, & m... peram paſtoralem, quem habebat ſecum;* & cum ... pinquaſſet Philiſtæo, *miſit manum ſuam in pera... que vnum lapidem, & fundâ iecit, & circumdu... cuſſit Philiſtæum in fronte.* Cùmque præual... gladium haberet in manu, arrepto Philiſtæ... præcidit caput eius. Hi quinque lapides ... quinque Chriſti vulnera, quæ primum in pera ... riæ inceſſanter diligenterque ſeruanda ſunt. ... fundâ intellectus attentè & perſiculatè capienda ... conſideranda (*& circumducens*) intellectus con... tione ſeu meditatione vndequaque ea circumd... in cœlum, in terras, in Infernum, vbicunque ...

[...]tis eius inuenerimus. Tertiò in tentationibus opponenda ſunt inimicis noſtris, vt de iis certam reportemus victoriam.

2. Primis quatuor lapidibus inſcripta erant nomina quatuor Patriarcharum, Abrahæ, Iſaaci, Iacobi & Moyſis. Quintus, quo corruit Philiſtæus, inſignis erat nomine Ioſue figurâ & ſymbolo ſanctiſſimi nominis JESU; ad indicandum, quod non per legis ſcriptæ virtutem, ſed per gratiam Evangelii, per merita Chriſti eiusque vulnerum devictus & eliminatus ſit dæmon. Præterea, quinque lapides eligit Dauid, vno obtinuit victoriam, ſuffragante fundâ & manu. Nec vulnera Chriſti ſalutura credamus, niſi cooperemur manibus noſtris. *Philo Hebr.*

3. Reuertenti Dauid cum victoria & triumpho, in occurſum venerunt mulieres de vrbibus Iſraël *cantantes chorosq; ducentes in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris.* Anima quoque cùm ab hac vita abierit, onuſta ſpoliis & trophæis, habebit cœli ciues, Paradiſi incolas, obuios, cantantes in citharis heroica eius facinora. *1. Reg. 18.*

## CONSIDERATIO XIX.

# VULNERA DEI.

## *Gaudium Hominis.*

1. MAteria veri gaudii ſunt vulnera Chriſti, nobis per imitationem applicata. *Nemo mihi moleſtus ſit*, clamabat Apoſtolus; nemo ſit, qui me turbet, aut meam impediat conſolationem, quia *Stigmata Domini mei in corpore meo porto* mediantibus flagellis, mortificationibus & afflictionibus perpeſſis, & ſupportatis amore eiusdem Chriſti. *Gal. 6.* *loc. cit.*

2. Ad eandem lætitiam nos inuitat S. Petrus Apoſtolus, tùm ait: *Chariſſimi communicantes Chriſti paſſionibus gaudete.* Gaudete, cum in partem vulnerum Chriſti venitis, *vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes*, tùm, ſcilicet, cùm tempore extremi Iudicii Chriſtus in gloria Diuinitatis ſuæ apparuerit. Subnectit cauſam: *1. Pet. 4.* *loc. cit.*

ſam: *Quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & vir*
*& qui eſt eius ſpiritus, ſuper vos requieſcit.* Pe
mirùm, participationem digni facti eſtis omni
honore, & donis Spiritus ſancti, ex vulneribus

Serm. 1. fol. 178: 3. Duo ſunt genera lætitiæ *in Spiritu ſancto*
dùm Diuum Bernardum: *de malorum præſen*
*tantia, & de memoria futurorum bonorum.* D
lætemur in Vulneribus Chriſti doloroſis: de
iiſdem glorioſis. In hunc ſenſum explicat S.
verba Apoſtoli: *Gaudete in Domino ſemper,*
*gaudete: modeſtia veſtra nota ſit omnibus homini*
*minus enim propè eſt. Modeſtia eſt patientia*
*Dominus propè eſt in Gloria.*

CONSIDERATIO XX.

# VULNERA CHRISTI

## *Pretioſa Moneta.*

S. Auguſt. apud Bloſ. fol. 617. 1. E*Rigat ſe humana fragilitas, non deſperet,*
*non ibi ero.* Confidat in pretioſis moneta
niis horum vulnerum. Si pretium Gloriæ eſt
no; infinitus eſt & valor pretii.

2. Sacroſanctæ monetæ, à furore & ab amor
Zach. c. 13. ratæ; cuſæ a furore, & ab amore impreſſæ.
*tus ſum in domo eorum, qui diligebant me.* Q
liùs eas cudit furor humanus, eò meliùs impre
Diuinus.

2. Verùm vbi exponitur hæc moneta? Sup
Cant. 7. tem Caluariæ in officina Crucis: *Aſcendam,*
*hendam fructus eius.* Huic Monti Pietatis
ſus eſt iſte fructus, & in eodem depoſitus, quem
ingratitudo humana & Charitas Diuina. Cop
re, quâ ſyngrapha redimatur hoc pretium? no
Rom. 8. paſſionis & tribulationis. *Hæredes quidem Dei*
*autem Chriſti. Si tamen compatimur,*
*& conglorificemur.*

## CONSIDERATIO XXI.

# VULNERA JESU.

*Ieſus Dom. Salus.*

### *Medicina cœleſtis.*

1. F*ilius Dei altiſſimi iubetur occidi*, ait D Bernardus, *vt vulneribus meis, id eſt peccatis, pretioſo ſui Sanguinis balſamo medeatur.* Undè ſubiungit idem: *Agnoſce, ô homo, quàm grauia ſunt vulnera, pro quibus neceſſe eſt bonum Chriſtum vulnerari.* *S. Bern. ſerm. 3. de Nat. Dom.*

2. Anima diuerſis in partibus, variiſque modis per peccatum ſauciata & vulnerata remanſit: Intellectus ignorantiâ, Voluntas malitiâ, Appetitus concupiſcibilis concupiſcentiâ, debilitate Iraſcibilis. Vulnera Chriſti ceu pharmaca cœleſtia medentur his omnibus plagis: Intellectum ſanant fide; Voluntatem Charitate, Appetitum concupiſcibilem temperantia, Iraſcibilem continentia & fortitudine. *S. Tho. 2. 2. q. 83.*

3. Medicina eſt âmara, ferrum & ignis lædunt & affligunt; & tamen appetuntur propter dulcedinem imaginatæ ſalutis ad prorogandam miſeram vitam proficuę, vtiliſque. Aſt vulnera Chriſti, quia totum, quod diſplicet & nocet, reliquêrunt in membris Diuini illius Medici, virtutem exindè contraxêre cunctas ſanandi infirmitates, vt perfectam in æterna vita conferant ſalutem.

## CONSIDERATIO XXII.

# VULNERA CHRISTI.

### *Fornax Charitatis.*

1. IN vulneribus ſuis, tanquàm in fornace amore ardente

ardente temperat ſagittas ſuas & tela amori
mus Amor. O Amor amans, Amor amatus,
Gen. 21. De quo optimè affirmari poteſt: *Factus eſt iuuenis*
*tarius.* O ſagittarie, & Jaculator cordium,
vulneribus; & vt tibi ſterneres viam ad cor
ciaſti tuum, ſed ferro; eſto ſine dolore, non
Amore.

2. Dolor & Amor in fornacibus ardentib
nis temperamento ſacra temperant tela & ia
S. Greg. in Ezech. Hom. 33. lor cudit ferrum, cuſpidem acuit Amor. O
*quæ transfixa eſt vulnere Amoris: mala ſalus, quæ*
*huius vulneris neſcit.*

3. Qui eſt læſus & vulneratus in corpore, o
Ierem. 51. tempore: *In omni tempore mugiet vulneratus*
nuus dolor ad ſe attrahit cogitatum, ita, vt
gitare poſſit. Qui in corde ſauciauit eſt D
ris cuſpide, non ſine dolore eſt, at interiori
dio perfuſus; nec quicquàm aliud animo ver
tum ſuum bonum; & ibi eligit viuere, vbi ſ
viuere.

## Consideratio XXIII.

# VULNERA VERB

### *Effugium in Iudicio.*

1. VUlnera Christi in tremendo Iudicio
tidem linguæ fulminatrices. Surget
ra Chriſtus, & oſtenſis ſuis vulneribus pecca
S. Aug. l. de Symbol. compellabit vocibus: *Ecce hominem, quem Cr*
*videtis vulnera, quæ infixiſtis: agnoſcitis*
*transfixiſtis: quoniam per vos & propter vos ap*
*nec tamen intrare voluiſtis.*

2. Quantam in malis & impiis erubeſcenti
fuſionem generabunt vulnera Chriſti; tant
ſitum conſolationem & lætitiam Iuſtis affer
*cient, quem confixerunt* ſuis peccatores ſcel
*aſpicient, quem dilexerunt ex toto corde* Juſti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in vulneribus Chriſti reperient effugium & robur : & Chriſtus pro eis reſpondendo dicet : Verum eſt eos peccaſſe ; ſed in oppoſitum etiam eſt, quod, quia ſuperauerunt in his vulneribus, & quia pro ſuis delictis meam obtulerunt Paſſionem, ſeſeque regali Sanguinis mei purpurâ veſtiuerunt ; digni facti ſint, qui in cœleſtem introirent Gloriam. S. Bonav.

3. Sanctam Mechtildem, in viſu captam in Judicium, accuſârunt Angeli ſancti, & creaturæ omnes : Seraphini ob teporem in amando ; Cherubini ob exilitatem ſciendi ; Throni incuſabant defectum pacis : Apoſtoli exiguam doctrinæ ſuæ per totum Mundum promulgatæ curam : Martyres in fortitudine puſillam magnanimitatem : Beata Virgo in fidelitate erga Filium ſuum integritatem : creaturæ omnes in vſu ſui abuſum. Inter hæc Chriſtus Dominus ad Mechtildem conuerſus iuſſit eam eſſe bono animo, & intentata crimina diluit. Ex quo illa animoſior facta talem ac tantum Aduocatum in brachia ſumpſit, offerens eius vulnera, & indè manantem Sanguinem cum meritis Paſſionis pro ſuis defectibus, & quidem humilitatem pro ſua ſuperbia, charitatem pro ſua tepiditate. Hac itaque oblatione ſatisfecit Judici, & Judicii pœnas declinauit. S. Mechtil. lib. 2. c. 22.

## CONSIDERATIO XXIV.

# VULNERA JESU.

### *Fodinæ Gratiæ.*

1. ERat Diuinitas Chriſti fodina gratiarum abundantiſſima ; ſed incognita. *Theſaurus inuiſus*, aut non comparens, *quæ utilitas in illo?* Comparet tandem Humanitas Saluatoris, manifeſtat ſe, aperitque ſacras fodinas vulnerum, (fodinas inexhauſtas : cuncti ex illis effodiunt, & cuncti plenas ſemper reperiunt) *& de plenitudine eius nos omnes accepimus*. Eccleſ. 20. Ioan. 1.

2. Artem in his fodinis laborandi, modumque effodiendi nos docet S. Hieronymus, *proiiciendo terram*, S. Hieron.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

hoc eſt, renunciando, omnibus terrenis affectib[...]
ſi non putatur inutilis labor, qui in terrenas [...]
nas impenditur, quàmuis indè nihil præter ter[...]
tur: quanto potiori iure noſtros ſudores ſib[...]
bunt hæ fodinæ ſpirituales, ex quibus pro te[...]
Gloria, Deus ipſe Bonum increatum & infini[...]
niuntur?

3. Neceſſe eſt nos, inſtruente Apoſtolo, in [...]
1. Cor. 3. ſtra ædificare *aurum, argentum, lapides pretio[...]*
S. Thom. plum, quod exſtruximus, ſit dignum Spi[...]
Porrò aurum illud charitatis, & argentum [...]
nec non lapides pretioſi virtutum repeniuntur [...]
nis vulnerum Chriſti. Theſaurizate vobis [...]
ex fodinis vulnerum Chriſti, qui vult arge[...]
pientiæ pro virga directiua virtutum, ibi [...]
Pſal. 11. mundum, nullis terrenis rebus permixtum, [...]
ictu probatum: *probatum terræ, purgatum ſe[...]*
ibi copioſiſſimæ & inamiſſibiles inueniuntur [...]
*gloria & vita.* O fodinæ Mundi auaræ, & [...]
tiæ, quæ vanam apportant gloriam, vitamque [...]
& laborioſam. Ecce hîc fodinas Diuinas, è [...]
ræ eruuntur Diuitiæ, quæ cœleſtem Gloriam, [...]
vitam conferunt.

## CONSIDERATIO XXV.

# VULNERA CHRIST[I]

### *Menſura veri Gaudii.*

1 Petr. 4. 1. MEnſura gaudii in vita ſpirituali capi debe[...]
Tertull. munication e& participatione vulnerum [...]
*Cõmunicantes Christi paſſionibus, gaudete,* inqu[...]
quod Tertullianus his verbis expendit: *ſecun[...]*
*communicatis,* quaſi dicat, tantum gaudete, [...]
participatis de cruce & vulneribus Chriſti, ne[...]
menſuram gaudii ſupra menſuram paſſionum.

2. Menſura paſſionum commenſurari debet [...]

præmii. *Vocauit nos*, inquit Apoſtolus, *in æternam gloriam ſuam modicum paſſos. Si compatimur, conregnabimus.* Et dicit, *modicum*, quia *non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Itaque ſi deſideras *menſuram bonam, & confertam, & coagitatam* Gloriæ, magno animo capeſſe ſuperabundantem menſuram Crucis. 2. Petr. 5. Rom 8. Luc. 6.

3. In ſacrâ Scriptura dies feſtiuus vocatur dies afflictionis. *Mira feſtiuitas*, inquit Origenes, *dies feſtus vocatur afflictio animæ. Vide ergò; ſi vis, vt lætetur Deus ſuper te, affige animā tuam, & humilia eam.* Hanc ob cauſam Sancti Martyres ad pœnas & tormenta velut ad epulas feſta conuolabant. De ſanctis Martyribus Marco & Marcelliano legitur, quod, cùm eis Tyrannus diceret: *Reſpicite miſeri, & vos ipſos ab his cruciatibus eripite;* reſpondebant: *Nunquàm tàm iucundè epulati ſumus, quàm cùm libenter pœnas IESV Chriſti cauſâ perferimus.* Leuit. 6. Orig. Surius in vit. Sanct. 18. Ian.

## CONSIDERATIO XXVI.

# VULNERA VERBI.

### *Cifræ myſticæ.*

1. NEmo *ſcit, niſi qui accipit.* Sacroſancta vulnera ceu cifræ myſticæ continent ſub ſacro velamine *Myſterium abſconditum ab Origine Mundi.* Nullus eſt intellectus creatus, qui ex ſe capere poſſit, quâ ratione honor ſit in contemptu, gaudium ſit in dolore, ac vera vita in ſola morte reperiatur.

2. Benedictus ſit ſanctus Amor. Myſticas aperit cifras appoſitâ beneuolâ contracifra. *Nemo ſcit* plagā doloris, *niſi qui accipit* illam amoris: intelliges, quando amabis. Non eſt hic amor terrenus, qui obcæcat, ſed eſt ignis Diuinus, qui illuminant.

3. Hæc eſt ratio, cur Apoſtoli, quando ante aduentum Spiritus S. coram eis inſtituebatur ſermo de Paſſione & futurâ Chriſti crucifixione; *Verbum hoc ignorabant, & erat velatum ante eos;* at in die Penthecoſtes, recipi- Luc. 9.

endo ſacram charitatis Ciſtam, intellexerunt
Crucis, cognouerunt virtutem vulnerum:
*Galat. 6.* gloriari volebant, *niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu*

## Consideratio XXVII.

# VULNERA JESU.

*Ieſus eleuatus.*

### *Nidus Diuini Amoris.*

1. Ascendens Chriſtus in arborem Crucis,
ramis ſuis nidos beneuolentiſſimos
*Matth. 15.* *volucres cœli* (animæ à terra ſubleuatæ) *venirent*
*bitarent in ramis eius.* Nidi beati, manſiones
factæ in vſum non terræ animalium, ſed volucr
*Pſal. 54.* Alæ ſancti Amoris, cor meum pennis inſtruite
ad charos & natiuos nidos, *& requieſcam.*

*Ierem. 48.* 2. Qui facit progreſſum in amore Chriſti,
*Guil Pariſ. de Morib. Eccleſ.* *columba nidificans in ſummo ore foraminis* lat
vbi inſtar Salamandræ cœleſtis, *cibus et ignis*
amore, paſcitur amore. Poſtula commutatio
dium, dicendo: *Ieſu, præbe mihi cor tuum.*
aptiùs meo pectori, quàm tuo, competeret
in me foret, amaret te, vtpotè, amore digniſſ
verò eſt in te, amat me digniſſimum odio.

*Oſe. 7.* 3. Viues quaſi columba, *non ſeducta, ſed*
*habens cor,* Viues priuatus corde proprio, id
no & terreno: animatus Corde Chriſti, corde
cœleſti. Fœlix commutatio, fortunata ſors!
tamen aduerte, cor, quod accipis, eſſe cor vul
quod vulneribus reſpirat, ad vulnera aſp
vt ad vitam ſimilem vulnerum &
crucis te adaptes.

CONSIDERATIO XXVIII.

# VULNERA CHRISTI.

## *Penſum ſolius Amoris.*

1. INæſtimabilis adeò beneficii ergò, quale eſt hoc vulnerum, nullam aliam, niſi Amoris compenſationem Chriſtus à nobis exigit. Vulnera beneuola, vulnera benedicta, ſolius noſtri Amoris auida, penſum noſtrum & ſolutionem debitam iuſtè exigentia! *Amemus Amorem, ſoluamus debitum. Amemus Amorem nos ab omni æternitate amantem.* Chriſtus, qui ex natura ſua Amor eſt, loco penſi ſiue ſolutionis nil aliud, niſi Amorem, poſtulat, nonniſi amore oblectatur.

2. Cor humanum ipſo etiam ſilice durius, vt molleſcas, quid facies? Nullâ vi ferri emolliri, nulla ignis violentiâ calefieri potes. Agnoſco, Domine, vnicum ſolum medium, idque efficaciſſimum. Vulnera tua vnam ſolam guttam Sanguinis cordi meo inſtillent: accipe cor meum adamantis inſtar induratum, quod nonniſi Sanguine tuo domari poteſt, illudque ſanguineo lateris vulneri annecte. O me beatum, ſi tangetur, tingeturq; ſolâ Sanguinis illius guttulâ! *vnam petii à Domino, vnam ſtillam ſolam, & diues ſum ſatis, nec aliud quidquam vltrà poſco.* *Pſal. 16.*

3. Sancta Mechtildis quadam vice ex corde Dei conſpexit prodeuntem virginem aliquam aſpectu pulcherrimam, manu geſtantem adamantem, quò continuò nullâ morâ interpoſitâ per apertum latus tangebat cor Chriſti, illudque Sanguine eius madefaciebat. Petiit Sancta, quænam eſſet illa Virgo, quidque adamas iſte ſignificaret. Reſponſum fuit, Virginem illam eſſe Charitatem Dei: lapidem illum eſſe cor peccatoris durum inſtar adamantis. *Et ſicut adamas abſq; ſanguine ſcindi non poteſt; ſic & Adæ culpa ſine humilitate & Sanguine Chriſti diſſolui non poterat.* Expergiſcere peccator, & *S. Mechtil. lib. 3. c. 15.*

tandem aliquando è deſperationis barathro q
Confide.& ſpera in miſericordia Dei. Ecce cor
in Manibus Dei, vt illud coniungant cordi Chr
Sanguine lateris eius humectent: vnâ illius Sa
ſtillâ, non veluti ſcintillâ, ſed tanquam ardent
accenderis in amorem Diuinum, vt ſic tributu
bitum charitatis, quod debes vulneribus Chriſti

## CONSIDERATIO XXIX.

# VULNERA CREATOR

### *Admiratio Creaturæ.*

1. QVod ſe in Martyrum reſuſcitatis corporibu
parebunt glorioſæ cicatrices, quia fuerun
ra propter amorem Chriſti perpeſſa; quanto ma
Saluatoris vulnera cum admiratione omniu
vndique repleta & coruſcantia apparebunt? 
hominis, qui & ſimul Deus erat, fuêre vulnera
Deum ſupportata. *Vulnera, quæ permanſerunt*
*q.54.a.4.* *pore Chriſti* (vt docet Angelicus) *non pertinent*
*ruptionem, vel defectum; ſed ad maiorem cumul*
*riæ.* In omnibus membris Corporis Chriſti era
dor Gloriæ, ſtatui glorioſo veri & naturalis C
conueniens & proportionatus: at *in locis C*
(ſubiungit idem S. Doctor) in foraminibus v
*loc. cit.* *quidam ſpecialis decor apparebat* & pulchritudo e
dinaria. Conſidera, quâ ratione in foramin
nuum & pedum vnitæ ſibi & continuæ erant ve
ſeculi, & arteriæ, quæ continebant Sanguinem
ro diſiuncta erat, & vacuitas illa replebatur
Gloriæ, ſplendore, & certâ quâdam qualitate
quæ vulnera illa reddebat valdè ſpectabilia, ſumm
bilia & deſiderabilia.

*Specul. Exempl.* Cuidam animæ pulchritudine creaturarum ca
illaqueatæ apparuit Chriſtus Dominus noſter v
ſecum aſportans ſanctiſſima, pulcherrima, & g

ra, ac ſi recenter aperta fuiſſent. Et tale fuit lumen, quod emicuit è vulneribus illis, talis decor & pulchritudo, quam in plagis illis conſpexit; vt ſubitò Chriſti amore capta, liberata verò fuerit ab amore Creaturarum. Sancta Thereſia, viſâ vnicâ duntaxat Chriſti manu vulnere in medio inſignitâ, adeò manſit attonita, & abſorpta ab huius plagæ pulchritudine, lumine & ſplendore; vt deinceps omnium creaturarum abhorruerit amorem, & tota exarſerit in amorem Creatoris.

2. In victorioſo & triumphali illo ingreſſu, quem fecit Chriſtus, in Capitolium cœli, id, quod maximè in admirationem rapuit Angelos, fuit mirabilis ſplendor, Diuina pulchritudo, immenſa gloria, quæ è Chriſti vulne- *Iſa. 63.*
ribus radiabat. *Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus? id eſt, membris cruentatis, quia tunc apparebant cicatrices eius*, vt exponit Hugo. Et S. Auguſtinus *Serm 5 de Aſcenſ.*
ſubiungit: *Viderunt Cœlites cuncti ſpecioſum Vulneribus Chriſtum*; & Sanctus Hieronymus: *Interrogant Angeli rei nouitate perterriti.* Audiamus reſponſum Chriſti: *S. Hieron. in cit. loc. Iſa.*
*Ego, qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum.* Ego, Ego ſum, qui hiſce mediantibus plagis ſatisfeci Diuinæ Iuſtitiæ, ſaluando genus humanum, & proſternendo inimicos eius, Mundum, Dæmonem & Carnem. Et ad has voces Angeli in cœlo decantârunt victoriam, Chriſto applaudentes & acclamantes; Viuat Chriſtus Rex noſter, profundâque reuerentiâ & humilitate victorioſa adorârunt vulnera. Optimè dicit quidam Author, poſt Diuinitatem non relucere, nec videri *Bloſius ex plan. Paſſ.*
in paradiſo pulchritudinem maiorem eâ, quàm exhibent vulnera Chriſti. *Hæc quinque vulnera ſanctiſſima plus pulchritudinis, decoris & claritatis toti cœleſti Curiæ conferunt, quàm omnia alia, quæ in vita perenni (exceptâ Diuinitate) habentur.* Et idem ſubiungit: *Proindè quàm dolendum, ita prorſus excellentiſſima Chriſti vulnera in obliuionem abiiſſe.*

3. Chriſtus, vt triumpharet in cœlis, *venit de Edom, id eſt, de Rubro, de Sanguine, de Paſſione.* Vulneribus vincit, vulneribus triumphat. Et eâdem via incedere debent Chriſti imitatores, crines primo Sanguine madefacientes, vt deindè imperiali cœli cingantur coronâ.

## CONSIDERATIO XXX.

# VULNERA SALVATO[...]

### *Victoria de noſtris inimicis.*

In Manual. c. 22. 1. EFficaciſſimum contra omnes tentation[...]
um eſt memoria vulnerum Chriſti. *In* [...]
*aduerſitatibus*, inquit S. Auguſtinus, *non inuen*[...]
*ficax remedium, quàm vulnera Chriſti. In illi*[...]
*ſecurus, & requieſco intrepidus.* Iſtic tanqu[...]
fortiſſima & ſecuriſſima tutiſſimum animæ r[...]
uerſus omnes inimici inſultus reperiet.

Vincit anima (ait idem S. Doctor) *intra*[...]
*rim*, nempè, in Humanitatem Chriſti per[...]
vulnera, velut totidem portas. Ingreditur [...]
turrim *recordando Chriſtum, & cogitando qua*[...]
*quid prior ille paſſus eſt, & ad hunc finem, ut m*[...]
*& reſurgeret. Et talem tu finem ſpera, qualis in*[...]
*ſit.* Et ſecurus in hac turri habitabis tali mod[...]
*quam te ad illam turrim diabolica iacula ſ*[...]
*vbi ſtabis munitus & fixus.* In praxi itaque [...]
tentatum aut afflictum ſenſeris, mox ad C[...]
nera recurre, cogitando, quomodo Chriſt[...]
ſit prior te, plùs te, & purè propter te; propter[...]
licet, peccata, & non ſua, & dices cum ſancto L[...]
Luc. 23. *Nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus; h*[...]
*nihil mali fecit.*

2. Vſque adeò efficax eſt hæc memoria vu[...]
Chriſti, vt non ſolùm nos victores pro Chriſto [...]
Ad Coloſſ. cum Chriſto faciat. *Exſpolians*, inquit Apoſtol[...]
*cipatus & poteſtates triumphauit in ſemetipſo.* [...]
S. Thom. mas cum aliis legit: *Exuens ſe carne id eſt, mort*[...]
*exemplauit in ſeipſo.* Siquidem ipſius triump[...]
nobis noſtri exemplum, & hoc eſt triumphare [...]
*do.* Triumphauit Chriſtus, & occidit inimicos [...]
morti tradendo: & illi ipſi claui, inquit Leo P[...]
transfixerunt manus & pedes Chriſti, transfix[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

htinã. *Claui, qui manus Domini pedesq; transfixerũt, perpetuò Diabolum fixêre vulneribus: ſic ſuam Chriſto cõſummante victoriam, vt in ipſo omnes, qui in eum crederẽt, triumpharent.* Ab hoc exemplo diſcemus ſuperare noſtros inimicos, quia inſtrumentum, quo nos Dæmon ſubiugat, eſt ratio noſtra, noſtræque inordinatæ paſſiones. Ideò has debellando, ille pariter debellatur. Undè dicebat S. Auguſtinus: *Ibi vicuntur inuiſibiles poteſtates, vbi vincuntur ſenſibiles cupiditates.* Eodem tendebat conſilium S.P.N. Ignatii: *Vince teipſum*, ſi tuos vis vincere inimicos. S. Leo Papa ſerm. 10. de Paſſ.

In vulneribus Chriſti continentur antidota virtutum, vitiis & peccatis oppoſita. *In vulneribus Saluatoris*, inquit Auguſtinus, *eſt multitudo dulcedinis, plenitudo gratiæ, & perfectio virtutum.* Illhic Diuinam obſecra Maieſtatem, vt ſua humilitate tuam ſuperbiam vincat, teque verè humilem efficiat; ſuâ obedientiâ ſuperet tuam inobedientiam, & verâ te obedientiâ decoret; patientiâ ſuâ extinguat tuam impatientiam, & te verâ patientiâ honoret; charitate ſua abluat tuam iniquitatem, & verâ te charitate inſigniat; denique ſua perſeuerantia elidat tuam inconſtantiam, teque in ſancto ſuo timore & amore ſtabilem faciat, coronet perſeuerantia, quam mors tumulo, aut veriùs cœlo inferat. Humanitas Chriſti ceu inſtrumentum Diuinitati coniunctum eſt cauſa vniuerſalis omnis gratiæ & perfectionis; ad hunc autem vel illum effectum determinatur particulari conditione: ita vt quà humilis, ſit cauſa tuæ humilitatis; quà obediens, tuæ obedientiæ: quemadmodum quà vulneratus & crucifixus, medio ſanguine & ſtigmate, erit cauſa remiſſionis tuorum peccatorum.

## Consideratio XXXI.

# VULNERA CREATO

*Centrum Creaturæ.*

S. Aug. lib. 1. Conf. c. 1. 1. DEus eſt centrum animæ noſtræ: *Inquietum*
*noſtrum, donec requieſcat in te.* Sed
vbi quieſcemus? magnus eſt Deus, & magn
eius non eſt finis, immenſus eſt, & immenſ
nullus datur terminus: quò igitur ibimus? q
mus, vt Deum inueniamus, & non oberrem
illa immenſitate? Ediſcamus hunc locum à D
no, qui poſtquàm incaſum quæſiuiſſet Deum
Deum, tandem in ipſo Deo reperit hunc locum
ſuæ cùm dixit: *Vbi tuta quies, niſi in vulneribus*
*toris?*

Joan. 12. 2. Centrum habet virtutem attractiuam, &
Chriſti attrahunt: *Cùm exaltatus fuero* in Cruc
*ham omnia ad meipſum* per vulnera. Trah
vulnera ſacratiſſima, vt in vobis quieſcam, v
tro vero cordis mei.

S. Mechtild 3. Inter documenta ſanctæ Mechtildi à C
data, fuit non poſtremum, vt in vulneribus
quàm in centro vel portu ſecuriſſimo conquieſc
deſideria quidem vulneribus pedum crederet,
rò manui dextræ iſtinc purificanda; afflictio
mitteret manui ſiniſtræ iſtic veluti melleo m
condiendas & temperandas; in latere denique
ûm eius collocaret amorem; vt ſic, inquit Chri
tuum cum corde meo in vnum ita coaleſcat,
ferrum cum igne, quo
fulget.

Conſideratio XXXII.

# VULNERA REDEMPTORIS

*Opus noſtræ Redemptionis.*

1. OMnes Chriſti actiones ſunt opera noſtræ Redemptionis: cùm enim & omnes collectim, & qualibet ſigillatim ſint infiniti valoris propter dignitatem Diuinitatis, ſunt cauſa meritoria ſalutis noſtræ. Verùm modo ſpeciali Vulnera Chriſti dicuntur & exiſtunt opus ſalutis & Redemptionis noſtræ: addunt enim vltimum complementum antecedentibus totius vitæ Chriſti meritis. *Quod potuit gutta, voluit vnda*, ait ſanctus Bernardus. Poterat vnâ Sanguinis guttâ, imò vno paſſu, vno oculi gyro nos redimere; attamen ad oſtendendum theſauros Bonitatis ſuæ & Amoris infiniti, quidquid fecit, & paſſus eſt toto vitæ tempore, id omne ad cumulum completæ & adæquatæ noſtræ Redemptionis adiicere voluit. *Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in Gloriam ſuam. Et factus obediens vſque ad mortem Crucis. Et per Paſſionem conſummauit omnia.* Hanc etiam ob cauſam poſt recepta ſanctiſſima in Cruce vulnera, & non ante, clamauit & dixit: *Conſummatum eſt.* Quaſi diceret, ex hac hora depoſitum eſt omne capitale meorum meritorum pro ſalute hominis: effuſum eſt pretium neceſſarium in Redemptionem animarũ iuxta ordinationem & voluntatem mei æterni Patris.

Suarez diſp. 4. ſect. 4.

S. Bern.

Luc. 22.

Ad Phil. 2.

Hebr. 2.

2. Alia adhuc adeſt ratio cur noſtra Redemptio ſpecialiter attribuatur vulneribus Chriſti; quia, nimirùm, ipſis attribuitur *ex genere operis*, vt docet S. Thomas; omni namque rationi & æquitati conforme eſt, vt, qui vitam ſuam alterius cauſa perdit, hanc pro ſua adipiſcatur & mereatur. Et vt vitam noſtram acquirat & poſſideat ait Apoſtolus, Saluatorem voluiſſe perdere propriam: *Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt.*

S. Thomas Caiet. q. 48 a. 1.

2. Cor. 5.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3. O pientiſſima & ſanctiſſima Chriſti vulne[ra]
animas eo redemiſtis fine, vt à morte peccat[i]
ad vitam Gratiæ & Gloriæ, per vos & vobis vi[ue-]
bis hanc animam meam, vtpotè mancipium p[er vos re-]
demptum, offero: vobis cor meum, ſubſtantia[m]
ra omnia dico & conſecro. Et quemadmodu[m]
& per vos viuo; ita impetrate mihi, vt per vo[s]
operer, & omia, quæcunque illa ſint, dirigam[...]
rem Diuinæ maieſtatis veſtræ Gloriam.

Consideratio XXXII.

# VULNERA CREATOR[IS]

## *Beatitudo Creaturæ.*

1. SI quis hic in terris paradiſum obtinere p[...]
profectò gauderet, qui in Chriſti vulneribu[s ...]
ſceret. Beatitudo Patriæ conſiſtit in gaudio [...]
beatitudo viæ in patientia Chriſti: & hæc p[...]
tribulationibus ad exemplum Chriſti acquiri[...]
nua præſentia & memoria vulnerum Saluatoris[...]
alibi beatitudinem adinuenire ſperat, toto cœ[lo ...]
& decipitur cum S. Petro, qui in monte Thabor [...]
beatitudinem reperiri credebat: vndè & dicebat[...]
Matth. 17. *eſt, nos hîc eſſe, faciamus hîc tria tabernacula tibi* [...]
*vnum, Moyſi vnum & Eliæ vnum.* Verùm [...]
Evangeliſta: *neſciebat, quid diceret*, volens in[...]
tionem Petri nec rationi, neque propoſito q[...]
neque Petrum rem iuſtam poſtulare, vtpote [...]
doctrina vulnerum Chriſti, nondùm publicata [...]
adhuc impreſſa, non ſat benè imbutus erat.

2. Audite, quantò accuratius hanc doctrin[am ...]
pit ſanctus ille Doctor, poſtquàm in ſecunda [...]
ne, à Magiſtro ſuo S. Franciſco publicata et [...]
*Bonum eſt nos hic eſſe*, nimirùm, inquit S. Bona[uentura ...]
In Stim. Divi. Amor. c. 1. vulneribus Chriſti: *& faciamus hîc tria tab[ernacula,]*
*vnum in Pedibus, vnum in Manibus, aliud [...]*
*Latere: vbi volo quieſcere & vigilare, bibere, [...]*

*ſpi, adorare, & omnia mea negotia pertractare: vbi loquar ad cor eius, & ab ipſo, quod voluero, impetrabo.* Et in tabernaculo vel habitaculo Pedum ſimul cum Magdalena requiram peccatorum meorum remiſſionem; in tabernaculo Manuum ſimul cum S. Ignatio Loiola, per exercitium virtutum, quæram ſemper maiorem Chriſti gloriam; & in tabernaculo Lateris Chriſti ſimul cum ſanctiſſima Matre eius per viam Amoris totum me transformabo in infallibilem Diuinam voluntatem. *Et hic* S. Bonav. *erit requies mea in ſempiternum: Vbi paſcar à vulnere, lactabor ab vbere, & miſcebo lac Matris cum Sanguine Filii: & hæc erit dulciſſima potio mea in vitam æternam.*

3. Adamus Protoparens noſter, ſi in paradiſo terreſtri perſeueraſſet in ſtatu innocentiæ, vltra gratiam iuſtitiæ originalis infallibiliter obtinuiſſet futuram cœli Gloriam: & qui habitat in cœleſti paradiſo Lateris Chriſti, præterquàm ſe perficit in Gratia innocentiæ, ſecuram certamque habet ſpem Gloriæ, in futura vita. Certa, atque ſecura eſt exſpectatio promiſſæ beatitudinis (aſſerit S. Leo Papa) vbi eſt participatio Dominicæ *Serm. 9. in* Paſſionis. *Quadrag.*

## Consideratio XXXIV.

# VULNERA JESU.

## *Confortatio in Aduerſis*

1. NVlla in orbe tàm vehemens reperitur amaritudo, quam conſideratio vulnerum Chriſti non mutet in dulcorem: ipſa quoque conſolatio interna, quam cauſant vulnera Chriſti, tantarum eſt virium, vt ſuperet & dolore exarmet externam mortificationem. Ideò, vt *To. I. Serm.* ait D. Bernardus, voluit Chriſtus *oculos in ſua ſuſtolli* 6. *vulnera, vt exemplo ſui reddat ad tolerandum fortiorem. Non enim ſentit ſua vulnera miles, qui ſui Ducis vulnera intuetur.* Perſona quædam in magnis conſtituta anguſtiis & tribulationibus audiuit vocem ſibi dicentem:

Sur-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Surge, & cogita vulnera mea*, & hac cogitat[...]
men percepit, mœrorem abiecit.

2. Accipe conſilium Spiritus ſancti: *Abſc[...]*
Iſa. 1. *foſſa humo à facie furoris Domini*. Tempore trib[...]
quæ tibi prouenit, vel à Deo, vel ab hominibus, [...]
intra cauernam lateris Domini, & illam non[...]

1. Alius qui à Religione reuertebatur ad [...]
Chriſto his vocibus in propoſito confirma[...]
*Omne aſperum intinge in latus meum, & ent[...]*
Tribulatio, ſolebat dicere S. Catharina, ſimil[...]
pani, qui in Chriſti Sanguine intingendus.

## CONSIDERATIO XXXV.

# VULNERA CHRIST[I]

*Mors peccati.*

1. UNa vulnerum Chriſti memoria tantæ[...]
te, vt quemadmodùm à luce tenebræ, [...]
Rom. 8. ſic ab ea pellatur & deſtruatur omne peccatum: [...]
*cato damnauit peccatum*, inquit Apoſtolus, q. d. C[...]
ſuis vulneribus, hoc eſt, ſacrificio pro peccato [...]
mnauit & deſtruxit peccatum. Et S. Bernard[...]
*ta eſt virtus vulnerum Chriſti, vt ad eorum m[...]*
*totius peccati & mortis fugetur exercitus.*

2. Memoria vulnerum non deſtruit dunta[...]
catum, ſed etiam mortificat prauas inclinationes [...]
2. Cor. 4. cupiſcentiam peccati. *Vbi mors Chriſti* (inquit D. [...]
rius) *animo circumfertur, nulla poteſt concup[...]*
*gnare peccati.* Et quemadmodum Gratia, qu[...]
promeruerunt vulnera, mortificat hanc conc[...]
tiam; ita & horum vulnerum memoria in nobis [...]
ficit, vt dictam mereamur Gratiam.

3. Eadem memoria fugat & vincit Dæmonem. [...]
Magdalenam in deſerto vehementer à Dæmo[...]
pugnatam apparens Angelus muniuit Cruce D[...]
qua viſebantur quinque vulnera & Paſſionis [...]
Hanc erexit & poſuit ad oſtium ſpeluncæ; et qu[...]

pore immunis fuit Magdalena ab inſultibus & tentatio-
nibus Dæmonum.

## CONSIDERATIO XXXVI.

# VULNERA JESU.

### *Media Prædeſtinationis.*

COmmunis eſt Sanctorum Doctrina, noſtram præ-
deſtinationem non eſſe ſimplicem, ſed ex duobus
compoſitam. Enimuerò prædeſtinati ſumus ad Crucem
ſimul & ad Regnum; ad Patientiam Chriſti, & gloriam
Dei; ad dolorem ſanctiſſimorum vulnerum, & ad gaudiũ
illorum: ad prius tanquàm ad medium; ad poſterius ceu
finem. Hæc doctrina eruitur ex Verbis Apoſtoli *Præde-
ſtinauit nos conformes fieri imagini Filii ſui.* Prædeſtina- *Rom. 8.*
uit nos Deus ad gloriam, ſimulque ad conformitatem
& imitationem Chriſti Filii ſui.

2. Ex hoc principio deducuntur aliquot concluſio-
nes. Primò, ſi Deus iter noſtrum ad Crucem dirigit, læ-
temur; ſignum namque eſt, nos quoque ad Gloriam di-
rectos ac prędeſtinatos eſſe. Quod ſi crux, ad quam diri-
gimur, magna eſt, magna quoque erit Gloria. Secundò,
tribulationes, quæ nobis eueniunt (excepto peccato)
quia ſunt media ad Glóriam directa, veniunt de manu
Dei, easque voluit, approbauit, & *ab æterno* ordinauit.
Eas, ve gratias à Deo nobis donatas, decet nos æſtimare,
acceptare, amplecti, & amore proſequi, non minùs atq;
ipſa Gloria nobis chara eſt. Tertiò, Non eſt tempus in
hac vita euellendi clauos, ait D. Auguſtinus, ſed perſeue-
randi ſub clauis in Cruce cum Chriſto vulnerato: ete-
nim totum vitæ præſentis tempus deſtinatum eſt cruci,
ceu pignori & arrhæ futuræ Gloriæ.

3. Quapropter S. Apoſtolus Paulus ſeptus vndiq; tri-
bulationibus; ſed conſolationibus recreatus & roboratus
meritò exclamabat: *Repletus ſum conſolatione, ſuperabun-* *2. Cor. 7.*
*do gaudio in omni tribulatione noſtra*: nouerat enim, quod
*tribulatio patientiam operatur, patientia autem ſpem, ſpes* *Rom. 5.*
*verò* (ſc. præmii Gloriæ tribulatis promiſſi) *non confundit.*

CON-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Consideratio XXXVII.

Nazaren. Cuſtos. Hebr.

# VULNERA JESU NA[ZA]RENI

*Scrinia pretioſa.*

1. DEus ter Opt. Max. ſummâ prouidentia vulnerum abſcondit theſauros gratia[rum]
Iſa. 51. Lyran. lori gemmarum non deeſſet Sanguinis pretium *non habetis argentum, venite, emite abſque ar[gen]*tio videlicet temporali; ſed auro puro & pre[tioso San]guinis Saluatoris.

2. Neque hîc ſubſiſtit liberalitas Dei noſtri, occluſa vulnerum ſcrinia, ſed aperta. Accur[rite]
Apoc. 37. Ezech. 22. nanter animæ deuotæ, priusquàm *claudat, & riat: & opes, & pretium accipient*: Nunc va[cant] ſcrinia miſericordiæ; veniet tempus, quo [...] Juſtitiæ.

3. Infœlix admodùm extitit ſors illius auari & amorem diuitiæ planè inuaſerant & rapuerant propterea poſt mortem ſine corde inuentus [...] cor eius vna cum pecuniis ſcrinio incluſum [...] fœliciſſima erit ſors tua, ſi ex affectu, quo arde[s ...]
Matth. 6. ra Chriſti, morieris ſine corde, & cor tuum [...] fuerit, vbi eſt theſaurus tuus, in myſticis, [...] vulnerum Chriſti.

## Consideratio XXXVIII.

Ieſus, Parcens.

# VULNERA JESU.

*Teſtimonia perpetui Amoris.*

1. SI vulnera Jeſu interuentu mortis finem de[derunt do]lori, non iam dederunt Amori. *Annos* [...]

vulnus in corde etiamnùm viuentem illum conſpicitis Amorem? Ea, quæ Amor aperuit vulnera in vita, nunc aperta ante Patrem noſtri cauſâ conſeruat. *Charitate perpetua dilexi te.* Perpetuâ, quia ab æterno cœpit nos amare, & amabit in æternum. *Ierem. 31.*

2. *Ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſecula.* Amor Chriſti Domini noſtri idem eſt in æternitate, qui fuit in vita temporali. Undè idem Chriſtus reuelauit ſanctæ Mechtildi, quod eodem affectu, quo ſe in ſacrificium pro nobis in ara crucis obtulit, etiam nunc ad dexteram Patris ſtans offerat. *Sicut hoſtiam in ara crucis me aliquando obtuli; ſic adhuc eodem amoris affectu aſſiſto Deo Patri pro peccatoribus.* *Ad Heb. 13.* *Bloſ. monil. ſpirit. c. 1.*

3. *Quid retribuam Domino?* quid faciam, vt correſpondere poſſim tantæ charitati, infinitæ in eſſe, ſeu ſubſtantiâ ſuâ, infinitæ in duratione? *Calicem ſalutaris accipiam.* O pia dulciſſimi mei Jeſu vulnera, æterna Amoris eius teſtimonia, ſancto me ſauciate Amore, quo exardeſcã in pientiſſimum illum Amantẽ, vt, quia cum ab æterno amare non potui, ſaltèm amem ipſum in æternum, offerendo pepetuo huiusmodi Amori perpetuum cordis mei tributum. *Pſal. 115.*

## CONSIDERATIO XXXIX.

# VULNERA VERBI.

### *Medium impetratiuum.*

1. MEdium ſeu motiuum, ad quaſcunque gratias nobis neceſſarias impetrandas à Patre æterno, efficaciſſimum eſt, eaſdem petere per vulnera dilectiſſimi ſui Filii. Hoc ipſum nobis promiſit Chriſtus illis verbis: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo (id eſt propter me, & propter vulnera mea) dabit vobis.* Quando quis Regi ſupplicãs nullum apud habet ipſum meritũ, in memoriali ſuo Patris exhibet merita. Nihil à Deo nobis concedi petimus propter merita noſtra, quia nulla habemus; ſed quamcunque rem, magni etiam momenti, *Ioan. 14.*

per merita Patris noſtri poſtulamus, qui eſ[...] non eſt ſolutus, nec vnquam ei ſatisfieri pot[...]

2. Hoc motiuum frequenter in efficacib[...] moralibus exponere & allegare ſolebat Indiar[...] ſtolus Franciſcus Xauerius, quando Deum [...] requirebat: & tanquam bonus negotiator, qu[...] cœli commercia tractare nouit, meritò imm[...] Solebat is orare in hunc modum & formam: *De[...] Chriſte, Deus cordis mei: per quinque illa vulne[...] bi in Cruce noſtri Amor inflixit, tuus famulus [...] pretioſo Sanguine redemiſti.* O Jeſu Amor cord[...] cordare pia tua Vulnera ab Amore aperta ſu[...] ſtris neceſſitatibus ſuccurſum impetrarent & [...] non igitur eos, quos tàm caro redemiſti preti[...] tionem & interitum nunc abire permitte.

3. Vulnera non modò ſupplicant, impetr[...] miſericordia; verùm etiam attollunt voces, & [...] ex iuſtitia: quia id, quod eſt gratia compa[...] ſtri, reſpectu Sanguinis Chriſti iuſtitia e[...] tum. O Pater æterne, cuius miſericordia ad[...] eſt in ſuccurrendo noſtris miſeriis; tardane for[...] iuſtitia tua in compenſandis meritis? Sed ecce[...] nem exercendi vtramque, & remittendi pecca[...] merita vulnerum mei dulciſſimi Jeſu.

## Consideratio XL.

# VULNERA JESU

### *Incentiuum Charitatis.*

1. EX ſolo ſanctisſimorum Chriſti vulnerum [...] perſentit ſe anima accendi ſubitò & inflam[...]
*S. Aug.* Charitate & Amore Dei. *Patent viſcera per vulne[...]*
*S. Bern.* *tet arcanum cordis per foramina corporis.* Quomo[...] durabitur cor illud, quod videt cor Chriſti [...]
*Pſal. 21.* liquefieri in illa fornace Charitatis? Quomodo [...] cludentur viſcera, quæ illa Dei ſui ſibi proſtra[...]

conſpiciunt? Tantò maior erit ardor, quantò attentiùs contemplata fuerit; iuxta Apoſtoli conſilium, penetrando, quanta ſit longitudo, latitudo, profunditas & ſublimitas vulnerum. *In Charitate radicati & fundati.* Ephes. 3.
Ecce medium, *vt poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas & profundum.* Illæ namque ſacræ manus vulneratæ per totam æternitatem cunctis occludunt profundum Inferni carcerem, & portas ſublimis ac fœlicisſimæ Hieruſalem aperiunt.

2. *Ignem veni mittere in terram.* Venit Dominus ad Luc. 12.
accendẽdum & inflammandũ Mundum igne Diuini Amoris: & hic ignis prodiit ex quinque fornacibus accenſus, quæ ſunt Diuina vulnera. Qui vultis ab hoc igne accendi; *accendite* ad Diuina vulnera, & *inflammamini.*

3. Viro eximiæ ſanctitatis, inter precandum, medium efficacisſimum pro excitando in ſe amore Diuino flagi- S. Herman.
tanti reſpondit Christus, vt ſe in meditatione Humanitatis ſuæ vulneratæ, ac in Paſsione ſauciatæ exerceret: ſiquidem in illa mirum in modum reſplendet Charitas Dei, ſicut Sol in ſuo ſplendore, ſicut roſa in ſuo odore, & ſicut ignis in ſuo ardore: *Exerce te in Humanitate paſſionatâ & vulneratâ: nam in ea maximè lucet mea Charitas, non aliter, quàm Sol in ſuo ſplendore, roſa rutilans in ſuo ordore, ignis vehemens in ſuo flagranti æſtu & ardore.*

## CONSIDERATIO XLI.

# VULNERA DEI.

### *Lux occulta & manifeſta.*

1. IN *manibus abſcondit lucem, & præcipit ei, vt iterum adueniat.* Claudit & aperit nobile lumen vulnerum Iob. 36.
in manibus ſuis Christus. Infœlix & miſer eſt ille, quem lux tam nobilis ſubterfugit: beatus, cui affulget. Ille obſeratur, huic reſeratur paradiſus: illi eripitur, huic communicatur Deus: ille tenebrarum, hic veræ lucis euadit filius.

2. *Annunciat de eo amico ſuo, quia poſſeſſio* [cut off] *ad eam poſſit aſcendere.* Reuelat Deus amicis [cut off] in illis vulneribus ſit theſaurus noſter: & per [cut off] ſuam nos ad illius fruitionem & poſſeſſionem [cut off] æternis illis diuitiis gaudere valeamus.

3. *Et lumen illius ſuper terminos terræ.* C[cut off] pulchritudo lucis illius exuperat omnem terre[cut off] chritudinem. Ad illam aſpirent cuncta noſtra [cut off] ria, in illa noſtra fixa ſint corda. Cum illis [cut off] nabimus huius vitæ tenebras, quouſque o[cut off] ſtrum fixerimus in luce æterna.

## Consideratio XLII.

*Ieſus Parcens.*

# VULNERA JESU

### *Sors beata.*

1. Solùm in manibus Chriſti perforatis & v[cut off] ſors noſtra reperitur: *Deus meus es tu: in* [cut off] *tuis ſortes meæ.* Sors Sanctorum conſiſtit in [cut off] Gloriæ. *Qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanct[orum]* *in lumine ſcilicet Gloriæ.*

*Pſal. 30.*

*Ad Coloſ. 1.*

2. Fœlix & beata ſors Sanctorum: Sanct[cut off] cum Sanctis eſſe, & eſſe ſanctum! Deum vide[cut off] Deum habere in æternum, & vltra. Vocatur [cut off] hæreditas Beatorum, partim, quia olim ſorte d[cut off] tur inter hæredes hæreditas: partim etiam, [cut off] *vllis noſtris meritis elegit nos ad ſalutem.*

*S. Auguſt. Man. 16.*

3. Ponunt nonnulli bonam ſuam ſortem [cut off] fortunæ, & beatos ſe æſtimant, ſi præfatis bon[cut off] unt: alii in bonis & gratiis naturæ triumphant [cut off] tem cum Dauide omnem meam ſortem in Dom[cut off] neribus eiusdem manibus inſculptis locabo. *[cut off]* *bus tuis ſortes meæ:* Obſecro te, Domine, per [cut off] vulnera, reperiam in Manibus tuis ſortem, [cut off] ſtram, ſed dexteram; non ſortem mortis, ſed vi[cut off] ſortem ſerui, ſed filii, & hæredis.

*Idem in Pſal. 20.*

## Conſideratio XLIII.

# VULNERA VERBI.

*Amor ſanctiſſimæ Trinitatis.*

QUod in vulneribus Chriſti, ſecundùm ſanctum Auguſtinum, præcipuè conſiderandum, eſt *ardor Charitatis in Sanctiſſima Trinitate.* Hinc agnoſces, quantus ſit Amor Patris, qui *proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis tradidit illum.* Rom. 8. Quantus amor Filii, qui dixit: *His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me.* Zach. 13. Quantus Amor Spiritus ſancti, qui Chriſtum ad patiendum pro nobis mouebat & accendebat. *Agebatur à Spiritu ſancto.* Luc. 4.

2. Amor ſanctiſſimæ Trinitatis præcipuè conſiſtit in vulneribus ſacratiſſimis Chriſti. Undè ſunt motiua magnæ liberalitatis Dei erga nos, quibus Deus mouetur ad liberaliter fundenda in nos dona. Ac proptereà docent Theologi, quod omnia dona Gratiæ effectus ſunt, & præmia vulnerum & meritorum Chriſti.

3. Si cupis à Deo diligi, ama vulnera Chriſti, commorare in ſacris illis cauernis. Deus nonniſi oculis vulnerum Filii te aſpicit: ſic tu non aliis, quàm oculis eorundem vulnerum, & ſanguine vulnerum Chriſti tinctis Deum reſpice.

## Conſideratio XLIV.

# VULNERA JESU.

*Signa & Nuncia pacis.*

1. DEſideratiſſimum illud nuncium pacis inter Deum & hominem attulere Mundo ſanctiſſima Saluatoris vulnera. Pax vobis, dixit Chriſtus poſt Reſurrectionem ſuam ad Diſcipulos, & continuò oſtendit eis Ioan. 20.

vulnera: *Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus.* Quaſi vellet dicere: ſi vobis grata eſt pa-
bitas gratias rependite eius Authoribus, Vulnera
oſtendo.

2. Vera pax, ſecundùm D. Auguſtinum, con-
viſione Dei: *Pax in viſione ſanctiſſimæ Trinitatis.*
Apoc. 3. autem vulnerum effectus eſt. *Collyrio* (Sanguin-
rum) *innunge oculos tuos*, vt videas beatifican-
tiam Diuinæ Gloriæ.

Pſal. 84. 3. Uniuntur in vulneribus Chriſti iuſtitia &
ſibi inuicem aduerſabantur: *Iuſtitia & pax oſcula-*
Eadem namque vulnera ſatisfaciunt. Iuſtitia D
nobis pacem ac miſericordiam conferunt. Q
roſior iuſtitiæ, quæ maior miſericordia ipſorum
ſti Vulnerum, vbi mors à Filio innocente exacta
verò rebelli condonata fuit?

## Consideratio XLV.

Nazaren. Cuſtos. Hebr.

# VULNERA JESU NAZARENI

### *Exedræ cœleſtes.*

1. EXedræ Templi in ſacra Scriptura ad triplicem
Paral. c. 9. & 28. ducebant finem: ad habitationem, ad cu-
dos theſauros in Sanctuario, & ad conſeruandas
ſacras.

2. Vulnera Chriſti exedræ myſticæ viui Templi
ſunt fœliciſſimæ animarum habitationes, vbi
theſauris Sapientiæ & Scientiæ Dei, & ipſamet D
te, quæ eſt ſanctitas per eſſentiam.

Paral. c. 28 3. Sacerdotes Templi, vt eo promptiores eſſent
Diuinum famulatum & ſeruitium, *in exedris mane-*
*tur die ac nocte.* Et anima, quæ ſe totam man-
& impendere cupit Diuino obſequio, habitet in vulne-
ribus Chriſti. Ibi à graui carnis ſeruitute li-
ſuaue Chriſti iugum parata redditur: & dum

ſtaque Diuinis ſeſe occupat laudibus, experientia probat Diuina vulnera, non terrenas, ſed cœleſtes eſſe exedras: ſiquidem nec diuturnitate temporis, neque laborũ grauitate & difficultate à dulci & ſuaui Chriſti obſequio impediri, aut retardari poteſt. Et quemadmodum illæ exedræ vocabantur *Sanctorum theſauri*; ad eundemmodum Vulnera Chriſti appellabimus theſauros Sanctorum, veris bonis nos ditantes: theſauros, qui non amittuntur in terra; ſed nos comitantur in cœlum vſque, noſque beatos efficiunt in Gloria.

## Consideratio XLVI.

# VULNERA CHRISTI.

### *Zelus Animarum.*

1. Medium efficaciſſimum in nobis zelum animarum excitandi eſt attenta & deuota conſideratio vulnerum Chriſti. *Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras*, vt ab iisdem animas noſtras liberet & ſaluet. *Iſa.53.* Ea nihilominùs in cœlo etiam retinere voluit, vt apud Deum & Sanctos eſſent media ſalutis noſtræ. Itaque ſi amas Chriſtum vulneratum, eius ſcopo & fini ſalutis animarum cooperari debes, procurando vt omnes eorundem vulnerum participant efficaciam.

2. Conſidera cum Auguſtino in vulneribus *Dolorem & Amorem*, quantum pro qualibet anima dolorem exhauſerit, quantopere dilexerit. *Ad ſuſtinendum*, exemplo Chriſti, *pro ſalute animarum omnem dolorem, & contemnendum omnem alium amorem.* Talis ſit & zelus tuus, quo ſpernes omnem amorem, & omnem ſupportabis dolorem.

3. Eâdem conſideratione Chriſtus piam quandam animam roborauit. *S. Luitgar.* Apparuit ei in forma Crucifixi præferentis vulnera recentia, ſanguinem ſtillantia, dixitque: *en contemplare, chariſſima, vt vulnera*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nera mea clamant ad te*, vt te in ſalutem anima
pendas, *nè fruſtrà ſanguinem funderim*, *&*
*mortem perpeſſus ſim*. Eandem ob cauſam p
Apoſtolos in Mundum ad prædicandum d
*oſtendit eis manus & pedes*, vt ex Vulnerum c
virtuteque eum feruorem acciperent, qui Præd
bus neceſſarius eſt; ac ſi etiam dixiſſet: Videte
des, qui vt animas fugitiuas aſſequerentur, p
rum tranſierunt cuſpides: videte has Manus,
vſque ſe extenderunt, vt easdem attingerent
prehenderent: & vt cordibus obſtinatis rebelli
vnirent, non recuſárunt amplexari Crucem.

## Consideratio XLVII.

# VULNERA JESU.

### *Idea Martyrum.*

*Clemens Alex. 4. Strom.*
*1. Petr. 2.*

1. QVamuis Martyrum martyria *exemplaria*
*conuerſationis glorioſè ſanctificata*, attamen
pta ſunt à primo & anteriori exemplari, & p
omnis martyrii Chriſto, *Paſſus eſt pro vobis*,
*quens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.*

*S. Ambr. in Luc. 22.*
*Tertul. lib. de patient. c. 3.*

2. Chriſtus nobis in exemplum *priuari volu*
*tione Deitatis, & ſaginari voluptate patientia.*
gaudia cœli, & in prædam ſe dedit tormentis &
rum doloribus. Hoc exemplar intuentes M
tormenta ſua delicias reputant, & in vnis afflict
requiem & voluptatem ſuam adinueniunt.

*B. Laurēt. Iuſtin. de triumph. agone Chriſti c. 21.*

3. Idipſum exemplar intuebatur Virgo Virg
Regina Martyrum, quando *ſtabat iuxta Crucem*
*teris vulnus contemplabatur attentè, ingrediebat*
*Manuum Pedumq; foramina, egrediebatur ad*
*corporis membra. & vbiq; mœroris inueniebat*
*Clariſſimum Paſſionis Chriſti ſpeculum effectum*
*Virginis: & ſicut cæteros præcellebat gratiâ ſan*
*tate, & meritò; ita dolore, cruciatu*
*& pœnâ.*

CON-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CONSIDERATIO XLVIII.

# VULNERA CHRISTI.

*Incentiuum Martyrii.*

1. Citra ſanguinem non licet ad Verbum accedere. Cruore reſperſum adamant oculi Incarnati Numinis. Sanguis eius clamat & poſtula ſanguinem, vulnera, cicatrices. *Eſt ſponſus Sanguinis*, non ſolùm nos ſanguine redemit, & ſanguine ſubarrhauit; ſed vult etiam nos ſponſas ſanguinis: neque cum alia in his Sponſalibus depoſtulat nos veſte, quàm *cum veſte aſpera ſanguine*. *Clem. Alex.* *Exod. 4.* *Apoc. 19.*

2. Sunt vulnera Chriſti veluti totidem ignitabula, quibus petra cordis noſtri affricta accenditur in Martyrii deſideria. Benedicta vulnera, ferite brachio contento & tàm efficaciter cor meum, tantumque in me martyrii amorem ſuccendite, vt abundantior mihi dolor ſit caruiſſe martyrio, & abſentiam carnificis ſuppleat torquendo deſiderium.

3. His agebatur ſtimulis & incentiuis Pauli pectus, dicebat: *Charitas Chriſti vrget nos.* Illa, nimirùm, Charitas oſtenſa nobis in vulneribus Chriſti, quæ nos vrget & impellit: *& ſi vnus mortuus eſt pro nobis, ergò omnes mortui ſumus*, & libenter ei commoriamur. *1. Cor. 5.*

Vulnera Chriſti ferro percuſſa, plusquàm ferrum cor noſtrum concutiunt, & ſancto ſuo Amore id feriunt, tali modo, vt qui eis ſe coniungere & vnire nequit mediante morte compendioſa, iisdem ſemper vnitus viuat in diuturno quodam martyrio.

## Consideratio XLIX.

# VULNERA CHRISTI

### *Fortitudo Martyrum.*

S. Bern. in Cant. ſerm. 61. 1. HÆc fortitudo, iuxta S. Bernardum, aqu
deuota & continua meditatione vulnerum
toris: *Indè tolerantia Martyrii prouenit, quod in*
*vulneribus totâ deuotione verſetur, & iugi comm*
*demoretur.* Et rationem ſubiungit: *quia non*
*ſi exul à corpore dolores non ſentiat corporis.* Ne
men propterea redditur inſenſibilis, vndè profe
*ſubmittitur enim ſenſus, non amittitur, nec d*
*ſed ſuperatur, ſed contemnitur: & non facit h*
*amor.* O fœlix tranſitus à vulneribus corporis
ad vulnera corporis Chriſti, à corpore morta
pus veræ vitæ. Si in ſemetipſo habitaret Mar
*rum profectò ſentiret, ſuccumberet, negaret;*
commorando in Corpore & Vulneribus Chriſti
uer ferrum, dolorem neſcit, & invictus perſiſt
*fortiſſima confeſſionis.*

2. Neque victus fortitudinis ſuperare po
I. 2. q. 7. a. 7. rem mortis, niſi intellectus per fidem illum
geter, & ſolidet voluntatẽ quâdam efficaci
ter quas efficaciſſimum eſt exemplum Chriſti,
Heb. 12. *ſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem.*

Scim. c. 7. 3. Conſidera in Chriſti vulneribus eius fort
in aggrediendo, tolerando, ſubiugando ſe
vt ſanctus inquit Bonauentura. Et hanc for
imitabere, *aggrediendo & tolerando omnia*
*& acerba, & ſubiugando omnem*
*animi tui appe-*
*titum.*

CONSIDERATIO L.

# VULNERA JESU.

*Confortatio Martyrum.*

1. ACcipit Martyr à vulneribus Chriſti *exemplum & adiutorium.* Modicum *ſine adiutorio proficeret exemplum* (inquit B. Laurentius Juſtinianus) Ab ipſis inſtituitur, ab ipſis prouehitur. Deinde ſubdit: *Et cuius ſaxeum pectus non emolliant vulnera Saluatoris? Et quis patiens non patiente Domino?* B. Laur. Iuſt.

2. Ad debellandas paſſiones noſtras nihil opportunius Paſſione Chriſti. *Paſſio paſſione vincitur, & cruciatus cruciatibus ſuperatur:* nam *dolorem ſerui dolor lenit Domini.*

3. Ex theſauro Vulnerum Chriſti ditata Martyris anima ſuperat, euincitque promiſſa & minas Tyrannorum. *Impradabilem intùs poſſidet theſaurum, Chriſtum Dominum reconditum habet in pectore. Propter quod inſenſibilis eſſe conſpicitur exteriùs, & conſideratio tàm præcipua, tamque vehementiſſima charitatis vinctas ſuauiſicat paſſiones, & omne leuificat tentationis pondus.* Diuitiæ vulnerum Chriſti vilipendunt theſauros, & ſuauitas euacuat tormenta.

CONSIDERATIO LI.

# VULNERA CHRISTI.

*Gaudium Martyrum.*

1. AUreola Martyribus debita eſt gaudium animæ propter conformitatem & ſimilitudinem ad vulnera Chriſti. Gaudium de Chriſto eſt in cœlo, *quia occiſus eſt in ſalutem hominis.* Et gaudium de Martyre erit, *quia occiſus eſt in obſequium Chriſti.* Apoc. 13.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Thom. Add. ad 3. p. q 96 art. 1. & 6.

2. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Sal*
Hoc potiſſimùm verificatur de Martyribus: qua
ra, quæ ipſos in terris dolore confecerunt, in cœ
dio nouo afficient.

Iſa. 3. 3. Chriſtus mediantibus vulneribus *fuit*
*patientiæ* in hac vita, & eorundem interuentu
*mium patientis* in altera. Quapropter Gregori
zianzenus ſic nos exhortatur: *Per paſſiones*
*imitemur, per ſanguinem Sanguinem honoremus*
ſenti vita, vt in futura non ampliùs per paſſ
ſanguinem, ſed per exultationem & gaudium
rentur & glorificentur Vulnera & Mors Saluato

## Consideratio LII.

# VULNERA CHRISTI

## *Gloria Martyrum.*

1. GRatia priuilegiata Martyrum, per quam
mittitur tota pœna & æterna & temporal
culpâ, eſt effectus ſacratiſſimorum Vulnerum C
quia Martyrium hanc meretur gratiam, in quant
quædam imitatio & repræſentatio vulnerum
Chriſti. Et ſi Sacramentum Baptiſmi hác gau
dem prærogatiuâ; quia eſt repræſentatio mort
ſti myſtica & figurata; quantò magis eam ſibi
bat Martyrium, quod eſt vera & realis repræ
Ab iiſdem Vulneribus Chriſti, in quantum illa
ſentant & imitantur ſancti Martyres, alia dima
uilegia in ipſum Martyrium. Recipit Martyr
Fidei, Fortitudinis, Charitatis: præmium A
praxi & exercitio martyrii. Conſidera, quan
menti ac emolumenti ſit imitatio Vulnerum Chri

Hebr. 2. 2. *Vidimus Ieſum per paſſionem mortis gloriâ*
*re coronatum.* Chriſtus eſt glorificatus, quia
ratus. Et quia vulnera Caput coronant gloriâ,
poſſunt non coronare membra: atque vt vulnera
honoris & gloriæ in Chriſto cauſa: ſic & in Marty

ēuat; quò magis ad ſuum prototypon acceſſerint.

Ignominia vulnerum conuertitur in gloriam triumphi. *Sed quiuquis liuorem vel plagas pro honore cœleſtis Regis hic non ſuſceperit; in futuro Iudicio miles glorioſus non apparebit.* *Laur. Iuſtin. de ligno vitæ, c. 5.*

3. *Accipiet* (ſanctus Martyr) *Regnum decoris*) aurei diadematis) *ſpeciei* (Aureolæ) *de manu Domini*, puta, Chriſti. Hinc te memineris coronandum illâ, videlicet, manu, quæ priùs crudeli ferro terebrata & vulnerata fuit. *Sap. 5.*

CONSIDERATIO LIII.

# VULNERA JESU.

## *Gloria B. Virginis Mariæ.*

1. H*is plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me.* *Zach. 13.* Si illi, qui non vulgari amore Chriſtum proſecuti ſunt, hæc ei vulnera impreſſerunt; Beata Virgo, quæ palmam in amando Filio reportauit, prima eſt vulnerum cauſa. Primò, formando & ſubminiſtrando carnem & Sanguinem. Secundò, conformando ſe voluntati Patris & Filii. Tertiò, deſiderando exaltationem, gloriam & honorem vulnerum.

2. Si deſiderium Matris eſt gloria Filii, & gloria Filii redundat in gloriam Matris: prætereà, ſi inter Matrem & Filium amor reciprocus reciprocam efficit gloriam; vtique deſiderium Mariæ fuit gloria vulnerum, & gloria vulnerum gloria Mariæ, & amor reciprocus reciprocum reddebat honorem.

3. Gloria Mariæ vulnera Ieſu. Si vulnera fuêre argumenta euidentia Diuinitatis in Chriſto; teſtimonia quoque fuêre Maternitatis in Matre. O chara & benedicta vulnera, quæ Chriſtum declaraſtis Deum, & Matrem eius veram Dei oſtendiſtis Matrem; & me quoque declarate verum Chriſti fratrem & filium Mariæ Virginis: ſic enim ipſis maior accreſcet gloria,

CON-

## CONSIDERATIO LIV.

# VULNERA DEI.

*Gloria Vniuerſi.*

1. Quemadmodum Chriſtus noſtram aſſum- turam, cùm eâ ſibi vniuit hoc Vniuerſ- in ea continebatur: ita per vulnera glorificando naturam humanam, omnes in ea creaturas glo- Vulnera Chriſti gloria Mundi ſunt: quia per vul- purgatur à peccati corruptione, liberatur à - filiorum tenebrarum, & renouatur in nomin- propter filios lucis.

2. Vulnera Chriſti gloria creaturarum huma- Per illa conſequuntur ſuum finem, ſolidantu- biliuntur ſupra mutationem temporum in æ- & ſic ſuam attingunt perfectionem.

3. Vulnera Chriſti ſunt gloria omnis gloriæ. - ria Dei eſt perpulchra lux Solis, ornatus Cœli, - elementorum; vulnera ipſa ſunt gloria omnis - Dei. Illa adumbrant, hæc manifeſtant Deum - ſunt radii Diuini Solis, hæc ipſiſſima lux: illa - men pedum, hæc faciei. O glorioſa vulnera, - gloriæ ſunt gloriæ, & è ſe emittunt gloriam, quæ - bis capiunt. Vos igitur eſtis, quæ ſola glorifica- tis Deum, & à vobis aut per vos omnis - eius eſt, & procedit gloria.

## Conſideratio LV.

# VULNUS LATERIS CHRISTI.

### *Porta Arcæ Noë.*

1. Porta, per quam ingreſſus in Arcam patebat, fuit iuxta S. Auguſtinum figura vuleris lateris Chriſti: *Oſtium in latere, quod Arca accepit, profectò illud eſt vulnus, quando latus Crucifixi lanceâ vulneratum eſt.* Noë & ſocii, qui per eam portam ingreſſi ſunt, vitam conſeruarunt incolumem: reliqui, qui per eam non ſunt ingreſſi, perierunt aquis diluuij. Quisquis viua fide in latus Chriſti ingreditur, viuet: morietur, qui ingredi recuſat. *S. Aug. lib. de Ciuit. c. 26.*

2. Animalia in Arca, depoſitâ feritate naturali, & inimicitiis inteſtinis, conueniebant pacificè: Noë verò & filii intendebant contemplationi Diuinæ. Paſſiones noſtræ & affectus partis inferioris in latere Chriſti concordes ſunt, manſueſcunt, & viuunt in pace; potentiæ verò partis inferioris in illa ſua quiete ſeſe erigunt ad cœleſtis Gloriæ contemplationem.

3. Non eſt egreſſus Noë ex Arca priùs, quàm aquæ diluuii ſiccarentur: vtque eò tutior eſſet, rogauit Dominum, vt portam deforis obſeraret: *Incluſitq; eum Dominus deforis.* Fœlicem te, ſi eâdem doneris ſorte; vt quamdiu turbulentæ huius Mundi aquæ impetant, incluſus maneas in vulnere Chriſti, nec ſinat te inde vnquàm egredi, donec ad cœleſtem deductus montem Sinai tranquillitate fruaris æternâ.

## Consideratio LVI.

# VULNUS LATER[IS] CHRISTI.

### *Refugium Peccatorum.*

*Pſal.116.* 1. M*Ontes excelſi ceruis ; petra refugium h*[...] Maximi Sanctorum, ſignificati per ce[...] gunt per contemplationem in ſublimibus mon[...] radiſi: Inferiores verò & minores, indicati per h[...] morantur in petra, quæ eſt Chriſtus, & po[...] ſanctiſſimo eius latere.

2. Verùm ſanctiùs dixerimus, adſtruend[...] iidem Sancti vtrobique verſentur iuxta diver[...] fectuum. Tempore conſolationis, ceu ſit[...] ui, decurrunt immenſam Paradiſi planitiem a[...] guendam è viuis fontibus ſitim. Deſolatio[...] tempore, & ex conſideratione peccatorum [...] ceu timida animalia, aut herinacii recurrunt a[...] præſidium lateris Chriſti.

3. Sed vt vt ſit, tu imitare ſanctum comite[...] rium, qui coniugi ſuæ ſcribendo, dicebat: [...] *dere cupis, quære me in Vulnere Lateris Chriſti* [...] *habito, & ibi me poteris inuenire.* Iſtic, ſi [...] copioſum vitæ fontem reperies, nec eſt, [...] diuertas: ibidem, ſi ob peccata tua es animal [...] & ſpinoſum, certam de venia ſpem inuenies. [...] in loco fruêris petrâ refugii, montibus exce[l-] ſis Paradiſi, fonte Gratiæ & Gloriæ.

CONSIDERATIO LXII.

# VULNERA DEI.

## *Porta Vitæ.*

1. VOluit Dominus poſt mortem ſibi lanceâ latus aperire, vt indicaret fructum mortis ſuæ, qui eſt aperire nobis cœli portam. Quapropter, vt notat D. Auguſtinus, non dixit Evangeliſta: *percuſſit*, *aut vulneravit eius latus*, ſed *aperuit*, *vt illic quodammodo vitæ oſtium panderetur*. *Tract. 102. in Ioan.*

2. Quiſquis hanc portam ingredi deſiderat, induat veſtem iuſtitiæ. *Hæc porta Domini, iuſti intrabant in eam.* Et dicitur (*in eam*) & non (*per eam*) quia ſimul eſt & porta & domus ſeu habitatio, via & vita, medium & finis. *Pſal. 115.*

3. Oſtiarii huius oſtii, qui aperiunt hanc portam, ait Sanctus Auguſtinus, ſunt Sancti, & inter eos primatum tenet Sancta Sanctorum, Regina Sanctorum omnium, ſanctiſſima Virgo Deipara; Hæc *aperit*, *& nemo claudit*: *claudit*, *& nemo aperit*. *Aperi nobis oſtium vitæ*, Mater potentiſſima! *Ingreſſi in eam confitebimur Domino*, cumque vnà tecum laudabimus, Mater dilectiſſima, gratias ſimul agentes ac benedicentes in æternum. *Apoc. 3.* *Pſal. 117.*

CONSIDERATIO LVIII.

# VULNUS LATERIS CHRISTI.

## *Propitiatorium Arcæ.*

1. PRopitiatorium Arcæ figura fuit vulneris lateris Humanitatis Chriſti. Propitiatorium erat ex auro puro; Arca verò ſolummodò obducta auro ſeu de- *Exod. 25.*

aurata: *Faciet Propitiatorium de auro mundiſſ…* Arca verò dicitur: *Et deaurabis eam.* Aure… Chriſti eſſentialiter conſiſtit in corde: aperto C… reliquis partibus Humanitatis eſt ſolum ac… quædam deauratio.

Hebr. 10. O amoriferum Chriſti cor, principium om… meriti! *In quâ voluntate ſanctificati ſumus.* Ego… ueneror, te adoro, & fateor meâ te, velut à fon… dante & ſuperefluente vita in hanc hauſiſſe… tibi ago, & in æternum reuerebor te.

2. Propitiatorium *erat thronus Gratiæ Dei* … enim expediebat Deus memorialia Gratiæ, … tius fiebat omnibus, gratiasque profundebat… nere cordis abundantiſſimè Deus confert omn… & Gratiæ & Gloriæ. *Adeamus ergò cum fiducia…*

Hebr. 4 *num Gratiæ Dei*, vti exhortatur nos Apoſtolus… enim in futuro iudicio ſupererit thronus Gra… ſolius Juſtitiæ.

S. Thomas 3. *Propitiatorium erat Dei oraculum*: ex co… Deus pandebat voluntatem ſuam, & in dub… reſponſa. Quiſquis cupis audire vocem Chri… gnoſcere eius voluntatem, in cor Diuinum … iſt e in dubiis conſilium exquire, reddentur… uina oracula & reſponſa: ægnimata percipi… bus corporis nunquam percepta, benè tam… bus cordis amore ſauciati penetrata.

CONSIDERATIO LIX.

# VULNUS LATERI… CHRISTI.

*Mare rubrum.*

1. VUlnus lateris Chriſti adumbratum eſt per … rubrum. In mari rubro ſubuerſi ſunt & …

Ægyptii: at liberi & incolumes tranſierunt Iſraëlitæ ad terram promiſſionis. Quiſquis ingreditur myſticum mare rubrum Lateris Chriſti extinctum & ſuffocatum ibidem delerit infernalem Pharaonem cum Ægyptiis peccatorum ſuorum, & liber, non ad terram, ſed ad cœlum promiſſionis transgreditur.

2. Terruit ad primum intuitum Hebræos mare rubrum: ſed vt ingreſſi ſunt, *terra apparuit arida, & in mari rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio.* Comparuit terra inſtar floridi campi ſine aqua, & ſine omni obſtaculo. Terret in principio minitabundum mare Lateris Chriſti propter peccata tua; verùm ſi proceſſeris intrò fidendo virtuti Sanguinis, fiet tibi campus floridus, & hortus deliciarum. Sap. 19.

3. Mutatio maris rubri in campum floridum facta eſt virtute crucis per Virgam Moyſis figuratæ. Eiusdem Crucis adminiculo, ſi paſſus, & compaſſus fueris vulneribus Chriſti, in te fiet hæc mutatio. *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium*: mutabuntur in te dulcia Mundi in amarorem, & amara in dulcorem, labor in quietem, & planctus in ſolatium. Ioan. 16.

## Conſideratio LX.

# VULNUS LATERIS CHRISTI.

### *Lauacrum cordis.*

1. In illa die erit *fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem in ablationem peccatoris.* Curre, anima mea, ad fontem lateris Chriſti, vt laueris ab omnibus maculis tuorum peccatorum. Age gratias Domino; ſiquidem Chriſtus: *qui erat fons latens in ſinu Patris, factus eſt fons patens in ſinu Matris*: fons clauſus erat Verbum æternum in ſinu Patris; at fons apertus cœpit eſſe in ſinu Virginis, quando Virgo Deipara Chriſtum, poſt apertũ latus, & cũ latere dulciſ- Zach. 13. S. Hieron.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſimo aperto de cruce depoſitum ſinu complex
virgineo recepit.
*Pſal. 50.* Ora & obſera cum Dauide: *Dele iniquitatem*
*ampliùs laua me ab iniquitate mea, & à peccato*
*da me.* *Dele, laua, & munda.* Dele hoc
ſcelera mea maxima & grauia. Laua à venial
uibus. Munda ab omni inordinato affectu,
inclinationibus. Vel dices cum Hugone:
*pam, quam non feciſti: laua animam meam,*
*imagine ſignaſti, munda corpus, quod redemiſti.*
hic Sanguis non tantum virtutem ab anima to
culas, reducendo eam ad ſuam puritatem
ſed etiam confert puritatem ſupernaturalem
Quod indicare voluit Dauid, cùm dixit: La
puritate naturali, *& ſuper niuem dealbabor,*
ſupernaturali Gratiæ: veluti ſi daretur aqua
tutis & efficaciæ, quæ vas ſamium non ſolùm
garet à fæcibus, ſed etiam inauraret.

3. Hic Sanguis, eſto per ſe ſolitariè conſidera
fuerit meritorius; nihilominùs vt liberè accep
latus, & ad Redemptionem ordinatus à Chri
uiuente, potuit eſſe, & de facto fuit meritor
noſtræ. Hoc ſenſu loquuntur SS. Patres.
Auguſtinus loquens de Sanguine, qui è late
*Tri. 15. &* profluxit, dicit eum *effuſum fuiſſe in remiſſionem*
*120.* *torum.* Sanctus Leo vocat illum *Sanguinem*
*Epiſt. 2. c.* *nis.* S. Ambroſius ait: exiuit aqua & ſangu
*26.* Chriſti: *illa, quæ diluat, iſte, qui redimat.* Ab
denique ille Sanguis & aqua vocantur *pretia*
*demptionis.* Itaque adorabis pretioſiſſimum ſa
qui ex latere Chriſti profluxit, adorabis autem
cum deuotione & ſpe, vt remiſſionem noſtro
catorum, vt noſtræ ſalutis pretium, vt comple
& vltimam perfectionem noſtræ iuſtitiæ:
Deus ordinauit, vt illo compleatur opus reden
humanæ. Quamobrem appoſitè dixit
*lib. 1. de* Cyprianus: *Sanguis ille emanauit ad com*
*paup. &* *plementum perfectionemque*
*Reſur.* *iuſtitiæ.*
*Chriſti.* FINIS PRIMI LIBRI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# FASCICVLVS MYRRHÆ,

ſiuè

Conſiderationes Variæ

ſuper

# CHRISTVM VULNERATVM.

## Liber Secundus.

### Consideratio I.

### CHRISTVS VULNERATVS.

*Conuerſio Animæ.*

VT Dominus Deus iuuenem aliquam inter populos barbaros commorantem ab amore carnali & mundano conuerteret ad ſanctum ac Diuinum, comparuit eidem quaſi recenter paſſus, plagiſque recentibus crucifixus, & dixit. *Me diligas, qui ſum*

*Thom. Cantipr. lib 2. Apũ c. 17. p. 24.*

*ſum formoſus, bonus, dulcis & generoſus.* Hi[...]
paruit Dominus; mulier plena iubilo & exu[...]
mnem tentationem excuſſit.

2. Et tu quoque, O anima deuota, ſuper Chr[...]
nerato has quatuor lege & meditare perfection[...]
*SVS*, ecce Saluatorem & bonum: *NAZARE*[...]
ecce floridum & formoſum: *REX*, ecce gen[...]
*IVDAEORVM*, ecce dulcem etiam inter acer[...]
perfidiæ Iudaicæ.

3. Allabora, vt hæc viſio totalem in corde [...]
ciat mutationem: conſidera, Chriſtum cruci[...]
ſpectu pulcherrimum inter filios hominum: bo[...]
inquirenti, & ſpem ſuam in eo reponenti: dul[...]
cui omnia Mundana videntur amara: genero[...]
eo, qui erga ipſum ſe demonſtrat liberalem. O [...]
tiſſime Agne, omnipotenti tuo Sanguine ind[...]
inſcribe cordi meo, & duro huic adamanti in[...]
neta hæc verba: *Formoſus ſum, bonus, dulcis &* [...]
*ſus*: vt turpis & ſordida mihi appareat quæuis a[...]
chritudo & formoſitas; mala, quæuis alia [...]
amara quæuis alia dulcedo: & vilis, qu[...]
gloria.

### Consideratio II.

*Ieſus Dom. Saluator. Domini Salus.*

# JESUS VULNERAT[...]

### *Pellicanus Amoris.*

1. Aſſumit Chriſtus per os Prophetæ Dauid[...] (*Pſal. 121.*)
& ſimilitudinem Pellicani: *Similis factus ſum Pel-*
*licano ſolitudinis.* Quemadmodum hæc volu[...]
prio roſtro ſibi pectus adaperit, vt ſuo ſangu[...]
cet, & reſuſcitet pullos mortuos: ita Chriſtus [...]
uit quinque in ſuo corpore canales, vt Sangu[...]
profluente nos, qui peccato mortui eramus, vi[...]
ret. Amantiſſime Pellicane, ferite, vt nos [...]
cipe mortem, vt nos vita dones.

2. Pellicanus pullos ſuos non tantùm ſuo ſanguine mortuos reuocat; ſed etiam roſtro ſuo exanimat & interficit. Idem, ſecundùm D. Auguſtinum, nobiſcum facit Chriſtus. *Ego occidam, & ego viuificabo.* Occidit peccato, viuificat ad gratiam. *Occidit Paulum perſecutorem, & excitauit prædicatorem.* Hæc eſt vera vulnerum Chriſti operatio: *occidere & viuificare.* Chriſtus vulneratus occidit id, quod pertinet ad ſenſus & peccata; ea autem viuificat, quæ ſpectant ad ſpiritum & Gratiam.

3. Et, ſecundùm eundem S. Doctorem, *Pellicanus ſolitudinis Chriſtus, quia in ſolitudine natus, quia ſolus ſic natus, ſcilicet de Virgine. In ſolitudine paſſus, quia ſolus paſſus.* Hæc ſolitudo dependet ab alia ſolitudine, quæ eſt Amoris: ſepoſito enim quouis alio proprio emolumento noſtram ſpectauit ſalutem. Sic itaque Chriſtus eſt tibi verus ſolitudinis Pellicanus, imitare eius ſtudium, & te illi oſtende pellicanum, tuo ſanguine delendo, quidquid illum offendit, & promouendo eius gloriam. Sis quoque verus erga proximum pellicanus, eximendo eum à ſtatu peccati, & viuificando in ſtatu Gratiæ & Gloriæ.

## Consideratio III.

# SALVATOR VULNERATVS.

### *Fons æternæ Gloriæ.*

1. Vita & gloria æterna in tribus conſiſtit actibus: *Viſione, Fruitione & Tentione.* Viſionem conſequimur merito vulneris Lateris. *Per apertionem Lateris meruit Sanctus viſionem apertam*, ait S. Bonauentura. A vulneribus ſanctiſſimarum Manuum prouenit fruitio: *Delectationes in dextra tua vſque in finem.* Stim. p. 1. c. 11 fol. 12. Pſal. 15.

*nem.* Vulnera denique Pedum merentur æter[...]
tationem & permanentiam in Viſione & fruitio[...]
*Cant.* 3. *Tenue eum, nec dimittam.*

2. Ab iiſdem pendet gloria corporis. Lu[...]
nerum corpora noſtra efficiet lucidiſſima inſtar [...]
*Matth.* 13. non Mundi, ſed Paradiſi. *Tunc iuſti fulgebunt [...]*
*in Regno Patris eorum*; ſed clariores & lucidiores [...]
dore Solis, ſubtiliores eius radiis, agiliores eius [...]
& impaſſibiliores illius ſubſtantiâ. Ac proin[...]
vulnerum illuſtrabit corpora noſtra claritate, [...]
agilitate, & impaſſibilitatis virtute.

3 Ab iiſdem quoque dependent Aureola [...]
rum, Virginum, & Doctorum. Vulnera [...]
uatoris ſunt exemplaria fortitudinis, fontes [...]
puritatis, Scholæ & ora Sapientiæ.

## Consideratio IV.

# JESUS VULNERAT[...]

### *Amor triumphans.*

1. Ecce Amorem cœleſtem, qui nonniſi in C[...]
eſcere poteſt, propriâ etiam pelle nudum [...]
ſubleuatum alis deſiderii ferendi etiam qua[...]
diſſitos, rubicundo Sanguinis velo contectum [...]
ctum pharetrâ ſagittis amoriferis grauidâ. [...]
*Aug. in Pſ. 119.* *minus ſagittare ad Amorem*, Sagittis, inquam, [...]
doloroſam mortem, ſed vitalem conferunt [...]
*Rich. de S. Vict. de 4. grad. Char.* Quatuor ſunt gradus perfecti Amoris: *vulnera[...]*
*re, afferre languorem, & defectum inducere.* [...]
*Anima ſauciatur in affectione* (*vulnerata charitate [...]*
*ſum*). Secundò, *ligatur in cogitatione*, dum [...]
re amata cogitare poteſt, *& trahitur in* [...]
*tatis.* Tertiò, *languet in operatione*, quia [...]
tenta Creatorem, occupare ſe nequit circa Cr[...]
*Pſal. 118.* Quartò, *deficit per deſiderium diſſoluendi, & eſſe [cum]*
*Chriſto. Deficit in ſalutare tuum anima mea.*
Atque hi omnes ſunt effectus ſagittarum, qua[...]

ſibi Amor eiaculatur; feriunt, ligant ſeu configunt, eneruant, occidunt. Primò feriunt, & feriendo dant ſalutem, & ſanant; vndè ait D. Auguſtinus: *Vulnerentur* S. *Aug. in*
*malè ſani, vt ſanentur benè vulnerati.* Secundò ligant, *Pſal.* 143.
imò conclauant: *Chriſto confixus ſum Cruci.* Tertiò eneruant & animam reddunt languidam ad res terrenas: *De cætero nemo mihi moleſtus ſit*, inquit D. Paulus, *Gal.* 6.
tractando negotia terrena: *quia ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.* Quartò, mortificant hominem veterem, & nouum viuificant. Id in ſe expertus fuit Apo- *Aug. in Pſ.*
ſtolus, *quando cecidit Saulus, vt eſſet Paulus.* 144.

2. Neceſſe eſt, cor noſtrum ſit receptaculum Amoris, aut Mundi, aut Carnis, aut Dæmonis, aut Dei. Mundus, Caro, Dæmon feriunt, & lethalem inferunt plagam æternæ mortis! Amor Diuinus ferit, & vitali conficit plagâ æternæ vitæ. Da igitur te ſemel Amori Diuino. Ecce, *tetendit arcum ſuum.* Tu iam pone *Thren.* 2.
cor tuum, *quaſi ſignum ad ſagittam*, vt ille *mittat filias* & 3.
*pharetræ ſuæ*, ſagittas in fornace charitatis temperatas, & ad quoduis cor rebelle & obſtinatum expugnandum acutas: *Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent in corda* *Pſal.* 44.
*inimicorum Regis.* *Acutæ* adiungit Græcus *potentiſſima.* Sagittæ vulnerum tuorum potentiſſimæ Amoris virtute penetrabunt corda, & omnes gentes vobis ſubiicientur, & coram vobis humiliabuntur.

3. Dixit Jonathas ad Dauid: *Si dixero, ſagittæ intra* 2. *Reg.* 2.
*te ſunt*, erit bonum ſignum: *pax tibi eſt, & nihil eſt mali*; at *ſi dixero: ſagittæ vltra te ſunt*, erit malum ſignum, non habebis pacem cum Saule. Si ſagittæ vulnerum Christi intra te ſunt, fixæ & firmiter radicatæ in corde tuo; bonum ſignum, *pax tibi eſt*, & pax Dei tecum eſt; at *ſi vltra te ſunt*, & extra te; malum ſignum eſt, pax Domini non erit tecum. O vulnera chariſſima, ferite, ligate, eneruate, occidite. Vulnus, quod infert dolorem, accerſit cogitatum, & cauſat languorem, vis autem continui doloris debilitat & mortem deſiderat. Et hæc ſunt ſigna, quibus dignoſces, an in te operentur vulnera Chriſti. Beata illa anima, quæ ſe ſubiicit, & vt victam ſe tradit Chriſto Crucifixo! Beatum cor illud, de quo victrices Plagæ Chriſti *canunt victoriam*;

## Consideratio V.

# VERBVM VULNE-
# RATVM.

### *Liber ſcriptus.*

1. COnſidera Chriſtum crucifixum, ceu libr-
beis vulnerum characteribus ſcriptum, in
Ezech. 2. leguntur *lamentationes, & carmen, & væ: Lam-*
*tiones*, propter contritionem peccatorum tuorum
*men*, propter ſpem præmii: *Væ*, propter timorem
l. cit. 2. Et eſt hic *liber ſcriptus intùs & foris*: intus
Amoris; foris vulnere furoris. *Vulneratur lance-*
*ris. qui prius vulneratus fuit lanceâ amoris.*
S. Bern. to. 3. In hoc libro, anima mea, continuè ſtudebis
2. de Paſſ. c. ges ſanctiſſimos characteres tantâ cum auiditate
2. gendi doctrinam huius libri, vt dici poſſis eius
Ezech. 12. Tunc, *fiet in ore tuo tanquàm mel dulce*: tunc
*complebuntur volumine iſto*: tunc *loqueris ad*
doctrinam huius libri; *Lamentationes* ad pœn-
*Carmen* ad Juſtos; *Væ* ad rebelles & obſtinatos.

## Consideratio VI.

# CHRISTVS VULNE-
# RATVS.

### *Speculum admirabile.*

1. IN comparabile fuit beneficium infinitæ benig-
Dei altiſſimi, quod animæ noſtræ, ceu Diuino
lo, impreſſerit ſuam imaginem, quando dixit:
*mus hominem ad imaginem & ſimilitudinem*
(anima hominis ſit pariter trina & vna) aſt gratia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

excellentior fuit, quod eandem per peccatum factam deformem reformauerit.

2. Modum hunc reformandi exhibet repræſentando vulnera in admirabili illo ſpeculo ſine macula, Saluatoris inquam; in quo, dum anima ſpeculatur ſuam deformitatem & turpitudinem, acquirit Diuinam pulchritudinem; non enim prætererire poteſt, quin odio proſequatur mala ſua, & amet Charitatem, quæ ea in ſe ſuſcepit. Sanctus Latro ſciuit, *quod illa in Corpore Chriſti vulnera, non eſſent Chriſti vulnera, ſed Latronis: & ideò illum amare cœpit, poſtquàm in Corpore eius ſua vulnera recognouit.* Sap. 7. S. Ambroſ. ſerm. 44.

3. Hoc fuit abſconditum illud myſterium Diuinæ Sapientiæ inquit Apoſtolus. Voluit Deus *conformes nos fieri imagini Filii ſui.* Reformauit imaginem Dei, faciendo nos ſimiles imagini Chriſti Crucifixi. Et quo magis nos conformabimus Chriſto vulnerato in hac vita, eò magis erimus reformati, & transformati in Deum in futura vita. Undè benè Apoſtolus: *Nos omnes reuelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquàm à Domini ſpiritu. Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* O Speculum ſtupendum & admirabile, quod viſum & inſpectum non transformatur, ſed transformat & reformat. Audi Deuotum Bernardum ad hanc transformationem aſpirantem: *Nolo, Domine, viuere ſine vulnere, quùm te video vulneratum.* Non ſufficit mihi, Domine, quod te vulneratum conſpiciam propter amorem meum; volo, vt tu quoque me videas vulneratum propter amorem tuum. Non poſſum tui eſſe ſpectator, quin etiam ſim imitator. Rom. 8. 2. Cor. 3. Rom. 8.

CONSIDERATIO VII.

# JESUS VULNERATUS.

*Aquila volans.*

1. Hærebat, opinione Ambroſii, Chriſtus in Cruce *in modù volantis*, inſtar auis, in quã, quæ expandẽdo alas, volatum S. Ambr. de Virg. lib. 3.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

latum pertentat; quia, duarum inſtar alarum
*habebat extenſas, & fixas in Cruce.* Contemp
Deut. 30. in Cruce, vbi veluti *Aquila grandis magnarum*
*rum, prouocat ad volandum pullos ſuos; et*
*ſuas aſſumit eos, & portat in humeris ſuis.*
Iſa. 60. Tales fuêre ſancti Apoſtoli: *volabant, vt*
Luc. 10. Chriſto confixi erant cruci! *vt agni inter lupos.*
Monica ſancti Auguſtini Mater, poſt memoriam
norum Vulnerum in Communione celebratum,
Gerſon 2. p. ecſtaſin, & vi ſancti Amoris quaſi alata facta,
ſerm. SS. exclamabat: *Volemus in cœlum fratres, volemus*
*lum.*

3. Exemplo Chriſti diſce Amori addere alas,
dere manus & eas Cruci affigere; diſce volare,
S. Ambroſ. pati: *& ſi corpus geritur, volitet in nobis*
loc. cit. Dulces catenæ, quæ ligant corpus, & ſpiritum
auolare concedunt! Caro ſubiacet pœnis;
amore confortata volat in gaudium Domini
anima ſancta, partus generoſus illius Diuinæ
erigamus nos ſemel è terra, aquilinum tenorem
rum, volemus inter nubes, à luto nos abſtrahamus,
*lemus in cœlum.*

## Consideratio VIII.

# CHRISTVS VULNERAT

### *Deſiderium Animæ.*

1. NVnquàm ceruus ſitibundus deſiderat
aquarum, vt æquum & iuſtum eſt animam
aſpirare & anhelare ad fontes dulciſſimos
Iſa. 26. Chriſti. *Domine, memoriale tuum in deſiderio*
Omne deſiderium animæ conſiſtit in memoria
rum vulnerum. Dicuntur *memoriale*, quia
ea in ſuo benedicto corpore ideò conſeruat, vt
am noſtri gerat memoriam.

2. Non ſic concupiſces intueri Chriſtum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tam gloriâ in throno Maieſtatis ſuæ, vt in throno igno-
miniæ & Crucis vulneratum, & dices cum Propheta: *Iſa.c.53.*
*Deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum,*
*virum dolorum.* *Nouiſſimus virorum*, hoc eſt, abiectiſ-
ſimus & viliſſimus, alii legunt, *Ceſſatio virorum*: nam
eius commercium & conuerſationem fugiebant. *Qui*
*videbant me foris, fugerunt à me.* Et *deſitio virorum*: *Pſal.30,*
quia erat *vltimum quod ſit*, in quo poteſt homo vilis *ex Hebr.*
fieri, & ſi vlterius progrederetur, *deſineret eſſe homo.*
Virum dolorum, aut vt alii legunt, *Homo in plaga exi-* *Septuag.*
*ſtens*: Multitudo namque aliorum vulnerum, quæ Cor-
pus Chriſti operiebant vnum credebatur vulnus.

3. Iuſti animam decet ſolo vulnerum Chriſti deſide-
rio teneri. Illinc enim vnicum & ſolum inuenit reme-
dium ſuarum ærumnarum, in illis ſola gloriæ ſpes. *Du-*
*plici titulo* (aſſerebat S. Bernardus) Chriſto debetur Glo-
ria *& titulo hæreditario, & titulo meritorio*, idque me-
rito plagarum: *altero contentus, alterum nobis donauit.*

## CONSIDERATIO IX.

# VERBVM VULNE-RATVM.

## *Liber Vitæ.*

1. Liber vitæ, in quem prædeſtinati ad gloriam inſcri-
pti ſunt, eſt Christus crucifixus: & quiſquis in hoc
libro repertus non fuerit, non introibit in Regnum bea-
torum. *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut* *Apoc.21.*
*abominationem faciens & mendacium, niſi qui ſcripti*
*ſunt in libro vitæ Agni* Hic liber fuit impreſſus in mon-
te Caluariæ ſub prælo Crucis, typis ſeu tormentis ſcele-
ratorum Iudæorum, cum licentia & permiſſu Superio-
rum. Errata corrige, ſubſtituendo tuos pedes, tuas
manus, & amorem tuum in locum pedum, manuum &
amoris Chriſti, vnico verbo: corrige te imitando Chri-
ſtum.

2. In-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2. Inſcribuntur in hunc librum illi, quos Deus
uidet obtenturos infallibiliter gloriam, propter
mitatem & participationem meritorum vulner
ſti. Et quamuis character huius libri ſit delebi
1.p.q.24. *dum præſentem iuſtitiam:* etenim gratia, quæ
quiſita eſt, perdi poteſt; nihilominùs conſider
cundùm Dei præſentiam eſt indelebilis: Cognit
que, quâ præuidet Deus, quod homo ille ſaluab
fallibilis eſt, & non poteſt non adimpleri.

Hexa. c. 4. 3. Præter librum vitæ, iudicio D. Baſilij, alius
Ierem. 17. datur liber mortis pro iis; qui nomina ſua terræ
munt; *Recedentes à te in terra ſcribentur.* Quare
ſi cognoſcere cupis, vtri librorum horum nomen
illatum ſit, inſpice, vbi cor tuum demoretur; ſi
tione & affectu Christi vulnera inhabitat, iam tu
men exaratum eſt in libro vitæ; at ſi terram ſi
bro mrotis.

## CONSIDERATIO X.

# CHRISTVS VULNE-RATVS.

### *Fundamentum meritorum.*

EXpende valorem Gratiæ. Cunctæ vitæ pr
ærumnæ, labores omnes abſque Gratia nihil
tur, nihil adiumenti afferunt *ad vitam æternam.*
1. Cor. 11. *ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram*
Rom. 7. *am, quæ reuelabitur in nobis.* Et adiungit S. Bern
*Non ſunt condignæ ad præſentem culpam, quæ*
*ad præſentem conſolationem Gratiæ, quæ immitt*
*futuram Gloriam, quæ promittitur.* Ex oppoſito q
2. Cor. 4. que minima gratiæ vnita actio meretur vitam æ
*Momentaneum hoc & leue tribulationis noſtræ*
*Gloriæ pondus operatur in nobis.*

2. Hanc gratiam nobis per vulnera ſua Chriſtus
Apoc. 5. meruit. *Dignus es, Domine, aperire librum,*

*tere ſignacula eius, quoniam occiſus es.* Vulnera & mors fuerunt, vt dignus eſſes, qui aperires librum gratiæ, & ſolueres vincula, quibus tenebatur: quia vulneratus & occiſus es. Duobus modis à vulneribus Chriſti meritum capiunt opera noſtra. Primùm merendo & applicando nobis gratiam. Secundò, communicando nobis immediatè ſua merita infinita. Quibus ſi noſtra vniantur, non ſolùm merentur de iuſtitia, ſed de omni rigore iuſtitiæ. Et Pater æternus, cùm nobis præmium perſoluit, non ſolùm reſpicit noſtra merita, ſed etiam merita Filii, & hæc vt illis vnita. Amor quoque Dei Patris in hos tendit, non vt filios adoptiuos duntaxat, ſed etiam vt fratres Chriſti Filii ſui naturalis, cum quo, vt membrum cum Capite, idem corpus conficimus. Gratiæ igitur vobis, ô ſanctiſſima vulnera, ſiquidem per vos, vobiſcū, & in vobis ſunt omnes meæ diuitiæ, omnia mea gratiæ & gloriæ merita. Dicamꝰ inſuper cum Apoſtolo: Rom. 11.
*Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſæcula.* Omnia gratiæ bona ſunt in Chriſto tripliciter. Primò, *ex ipſo* per vulnera, quæ nobis gratiā merentur. Secundò *per ipſum* per gratiā, quam nobis meruit. Tertiò, *in ipſo*, per eius merita communicata & vnita noſtris. *Ipſi gloria in ſæcula*: in omnibus enim ſoli Chriſto laus gloria & honor debetur.

3. Procuranda igitur ſunt tibi merita propria. Omnis tamen fiducia locanda eſt in meritis vulnerum Chriſti. *Merita mea, vulnera tua, Domine.* Tua merita mea ſunt, in illis ſpero, in illis confido, in illis ego (ex me aliàs pauperrimus) ditiſſimus ſum. *Quidquid ex me mihi deeſt*, dicebat S. Auguſtinus, *vſurpo mihi ex Viſceribus Domini* S. Aug.
*mei: quoniam miſericordiâ affluunt, nec deſunt foramina,* Manual. c.
*per quæ effluant. Copioſa redemptio data eſt nobis in Vulne-* 21.
*ribus Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri, magna multitudo dulcedinis: plenitudo gratiæ, & perfectio virtutum.*

CN·

## Consideratio XI.

# VERBVM VULNE- RATVM.

### *Memoriale ſiue Chirographum Amoris.*

1. EXpende magnitudinem Amoris Chriſti,
tui aſſiduè meminiſſet, deſcripſit te
ſuis, non alio atramento quàm Sanguine ſuo;
Hebr. 9. *ſanguinem hircorum, ſed per proprium Sanguinem*
alio calamo, niſi clauis; non aliis characteribus
gis; & non alibi, niſi in charta propriæ carnis;
non in pelle pecorina, ſed in pelle & Carne
culati Agni deſcripti ſumus. Ita per os Pro-
Iſa. 49 prædixerat: *In manibus meis deſcripſi te,*
vulnerum meorum characteribus in memoriam
tuum & ſempiternum.

Soliloq. c. 2. 2. In hac ſcriptura ſpem ſalutis ſuæ locabat
ſtinus. Vndè hunc in modum Dominum
*Vulnera manuum tuarum, precor, vt aſpicias,*
*manibus tuis, Domine Deus, deſcripſiſti me:*
*ſcripturam, & ſalua me.* Lege, Domine,
ptum eſt in Diuina hac pergamena charta
Carnis, inſpice ſolùm, & hoc ſufficit, primos
& ſubitò ſummam conficies, quanto pretio
quantoque pretio animas noſtras redemeris
permitte, Domine, vt res ſic à te appretiata
ô Salus Mundi, animam meam.

3. Si Chriſtus animam tuam in corde ſuo, &
nibus ſculpſit, æquiſſimum eſt, vt & tu in corde
preſſa geras ſacra vulnera per amorem, & in corpore
condolentiam & ſufferentiam
dolorum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSIDERATIO XII.

# JESUS VULNERATUS.

## *Turris Fortitudinis.*

1. Duo ſunt communia aduerſus tentationes omnes media & remedia; eaque, vt notat S. Thomas, ſunt; *Oratio & Exercitium*. Primò eſt *Oratio*: quia, vt docent Theologi, graues tentationes ſuperari & euinci nequeunt abſque Gratia Dei, & Gratia Dei non obtinetur abſque oratione: ergò abſque oratione neutiquàm ſuperamur tentationes. Hac de cauſa Adamus dicitur ſuâ victus tentatione: quia ad Deum non confugit orationis inſtructus armis. Secundùm medium neceſſarium eſt *exercitium*, quo eliciendi ſunt actus tentationi oppoſiti, veluti humilitatis contra ſuperbiam, ſpei aduerſus differentiam &c. Utrumque medium complexus eſt Chriſtus documento illo, quod dedit Apoſtolis ſuis: *Vigilate & orate: ne intretis in tentationem. Vigilate* exercitio actuum, virtutis vitio oppoſitæ, & orate. *Pſalm. 60.*

2. Hæc oratio, iuxta D. Auguſtinum, conſiſtit in rememoratione vulnerum Chriſti: *Cùm tentaris, fuge, & intra in turrim*, hoc eſt, Chriſtum crucifixum, per vulnera, ceù portas. *Ipſe eſt turris fortitudinis à facie inimici.* Ibi non modò non taugemur à ſagittis, nec lædemur à iaculis; ſed creabimur in ſagittarios & iaculatores à Vulneribus, ceu iaculis inimicos noſtros ferientibus. *Quò cùm fugero, non ſolùm vitabo tela inimici, ſed etiam in illum tela iaculabor.* Hoc facere, eſt cum Apoſtolo *facere cum tentatione prouentum*, aut, vt in Græco legitur, *progreſſum*. Enimuerò non duntaxat non defendimus, ſed etiam vincimus, & de inimico reportamus ſpolia: ſic quoque non ſolùm non perdimus, non patimur detrimentum; ſed etiam lucramur faciendo progreſſum in Gratia & virtutibus per actum virtutum tentationibus ſuperandis oppoſitos. *Chriſto*

*S. Aug. in Pſal. 60.*

*loc. cit.*

*1 Cor. 10.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1. Petr. 4. *igitur paſſo in carne, & vos eâdem cogita-*
*mamini.*

Cant. 4. 3. *Turris Dauid ædificata cum propugnacu-*
Philo Corp. *clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.*
rim Dauid intelligitur Chriſtus. Et quis, ...
ſtirpe Dauid eo fuit eminentior, quis fortior ...
tudo vndequaque aſſecurata, cunctis armis, ...
fenſiuis, quàm offenſiuis, optimè munita, ...
tùm pro ſe, ſed etiam pro nobis. Tentaris ...
Reſpice Mundi Regem pelle ſpoliatum. ...
ſtimulis mentem tuam concitari & eleca...
Contemplare Maieſtatem illam humiliatam ...
trum vſque ignominiarum. Impuris affligeris ...
tionibus? obtutum tuum fige in ſanctiſſima ...
ra, in puriſſimis illis viſceribus te contempla...
culare. *Omnis, omnis armatura.* Turris ...
nis in Eccleſia militante, vt de quiete certiores ...
mur in triumphante. *Quia factus es, ſpes mea, ...*
Pſal. 60. *titudinis à facie inimici: inhabitabo in tabernaculo ...*
*ſæcula.*

## Consideratio XIII.

# CHRISTVS VULNE-RATVS.

## *Exemplar Virtutum.*

1 FIdei, Spei, & Charitatis exemplum eſt in ...
& in Vulneribus Chriſti. *Eſt fundamentum*
S. Bona. 1. p. docet S. Bonauentura) *fidei, erectio ſpei, ...*
Stim. Cant. *Charitatis.* Eſt fundamentum fidei, quia in ...
3. ſtus ſe demonſtrat verum Deum, & verum hominem ...
doloroſis verum hominem; vt glorioſis verum ...
Eſt & excitamentum ſpei ob pretium Sanguinis ...
niq; incendium amoris propter ſummum dolorem ...
2. Eadē Paſſio eſt exemplar quatuor virtutum cardinalium ...
Prudentiæ, Temperantiæ, Fortitudinis, Iu...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Prudentiæ, dùm aſcendit in arborem Crucis, vt ligno vitæ deſtrueret lignum mortis. Temperantiæ non refigendo manus, ſed clauis affixa tolerando. Juſtitiæ, ſatisfaciendo pro libertate manuum Adami ſuâ conclauatione. Fortitudinis, inceptum opus Redemptionis non interrumpendo, non deſerendo Crucem vſque ad mortem.

3. In iiſdem ſanctiſſimis vulneribus deprehenduntur, & quidem in gradu excellentiſſimo, virtutes humilitatis, obedientiæ, patientiæ. Quæ maior humilitas, quàm pendere ceu principem in medio latronum? Quæ maior obedientia, quàm pro obedientia mori? Quæ maior patientia, quàm bonum pro malo reddere, & orare pro iis, qui eum de facto in Crucem agebant, & ſubſannabant.

## Conſideratio XIV.

# JESUS NAZARENUS VVLNERATVS.

### *Myrrha & Aromata.*

1. INcluſa anima in Chriſti Vulneribus cum Sponſa dicere poteſt: *Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis.* Id eſt, *myrrham Paſſionis cum aromatibus gaudiorum.* Triſtatur ob Chriſti mortem; attamen triſtitiam & dolorem concludit gaudio Reſurrectionis. *O beata vulnera, myrrhea & aromatica vulnera!* quomodò commutatis amarorem in dulcorem? quomodò à magnitudine conſolationis & gaudii dolor omnis opponitur & extinguitur? *Cant. 5.*

2. Dicamus cum Propheta: *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo,* vel, vt alii legunt, *Saluatore meo, ſalute meâ, factore redemptionis meæ.* Exultabo in Deo, in quantum eſt meus Jeſus, Saluator. Quaſi dicat; quamuis hoc nomen ſalutis, quodque in effectu ſit Jeſus, Saluator, multis *Haba. 3. Septuag. Pagn. Vatab. & alii. Chald.*

 com-

comparuerit plagis & tormentis etiam poſt
imò vix natus; nihilominùs dùm conſ
deratione dolorum & vulnerum Saluatoris
leo, in quantum fuit doloroſus, exulto etiam,
*S. Ambr.* tum eſt glorioſus. *Exultatio noſtra* (inquit
*ſerm.* 80. ſius) *eſt extra ſaltatio*: quod ſignificat
*nam lætitiam, quæ intùs non clauditur, ſed fo*
2. *Reg.* 6. veluti legitur de David, *qui ſaltabat coram*
*ſaltationem à nobis requirit Dominus; non*
*cundùm corporis volubilitatem; ſed ſpiritu*
*dum fidei ſanctitatem.* Et quemadmodùm
corpore non ſubſiſtit in eodem loco, *ſed*
*colluſtrat*, ſeque librat rurſùm, deorſùm,
dextrorſùm; ita hunc affectum iubili exult
pudii nos, qui in Vulnera Chriſti iutrogr
exciperedecet, ſaltando de vulnere in Vu
erigendo nos in altum, oculos contempla
gendo in Paradiſum lanceâ ſeu claue reſera
deſiliendo in abyſſum Inferni clauis obſera
proſiliendo, quaſi triumphando de inimic
poteſtate tenebrarum virtute Sanguinis deb
*S. Bona.* denique cum Bonauentura: *Omnia perluſtr*
*videam ſuo ſanguine cruentata.* Gaudeat c
umphet terra: quia virtus & Gloria Chriſti
gnat, vbique triumphat, *in æternum, & vltra.*

3. Hic affectus exultationis eſt donum Spir
& à Deo poſtulandus: quia iuuat ad dilatand
amplexandam maiori amplitudine & affect
nem Vulnerum Chriſti. Dices cum Sponſa:
*Cant.* 6. *lo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & flu*
*ta illius.* Fugiat, & abſcedat ſpiritus malign
Diuinus, viſitet cœleſtibus inſpirationibus
animæ meæ, & fluent aromata Diui-
narum conſolationum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSIDERATIO XV.

# CHRISTVS VULNERATVS.

*Scopus Chriſtianorum.*

1. CUm aliquando S. Lidvvina tota ſacræ meditationi Paſſionis & ſanctiſſimorũ vulnerum Redemptoris immerſa eſſet, vidit introeuntem in ſuum conclaue magnam Angelorum caterųam ritu ſupplicum procedentium ordinatam, manibusque Paſſionis inſtrumenta ferentem. Ponè ſequebatur ſanctiſſima Mater circumdata Sanctorum choro; nouiſſimum agmen claudebat Chriſtus, totus cruentus & ſaucius; *Totus rubicundus, & ſanguinolentus, coronatus ſpineâ coronâ, & colore effectus, quo ſolent mortui.* Ad aſpectum tàm inuiſitatum obſtupuit Virgo Seraphica, interque lætitiæ, triſtitiæ viciſſitudines, & inſolita mentis lumina & amoris flammas, accepit à Domino cicatricum ſigna. *Quinque vulnerum ſuorum ſigna luculenter impreſſit, impreſſaque reliquit* Dominus. Ortum ex tanto prodigio concurſum & applauſum verens caſtiſſima Virgo petiit, & impetrauit à Domino, vt tantus Theſaurus ab humanis oculis ſubmoueretur. Mira res, confeſtim cutis texit vulnera illa; ſed dolor atque liuor perpetuò remanſit, liuidum, nempè, ſignum. *Surius 14. April.*

Ex hoc conſidera, quod finis, ſcopus & perfectio hominis Chriſtiani eſt, omnimodè transmutari & transformari in Chriſtum Crucifixum. Quapropter maxima gratiarum in hac vita, quæ etiam præfatæ S. Virgini communicata fuit, eſt, iiſdem cum Chriſto clauis fixum in Cruce pendere.

2. Quod ſi te Dominus aliquâ tribulatione viſitauerit, *conſunge re Domino, & ſuſtine:* & hanc maximam in gratiis numera, quod ſis dignus, qui Deo aſſimulari poſſis, eum in vulneribus & Cruce imitando.

3. Uniendo te cum hac perfecta regula,
affectus amoris & odii, doloris & gaudii,
Iſa. 53. ris. *Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras,*
*propter ſcelera noſtra.* Totus igitur Amor tuus
dus eſt in Deo, propter ſalutem tuam mortuo:
odium in peccato, vtpotè, cauſâ Mortis Chriſti
teria veri doloris nonniſi Vulnera Chriſti
gaudii effectus eorum. *Nihil prætereà timend*
timor erit, ſi te ſeparaueris: & vera ſpes, ſi
xeris cum Chriſto in Cruce vulnerato.

## Consideratio XVI.

# VERBVM VULNE-RATVM.

### *Magiſter Sapientiæ.*

1. MAgiſter æternæ Sapientiæ, Chriſtus
quàm Diſcipulos ſuos per orbem,
diſſeminandi cauſa, diſpergeret, oſtendit eis
vulnera. *Oſtendit eis manus & pedes & latus.*
Ioan. 20. *Sicut miſit me viuens Pater, ego mitto vos.*
voluit, in qua Schola, & in quo ſtudii genere
da ſit optima ratio prædicandi: ingrediendo
licet per mediationem & contemplationem
nera.

2. Oſtendit eis vulnera: quia vt illa fuerunt
ſufficientiſſimum pro redemptione homin
iiſdem prouenire debet efficacia prædication
decet hæc vulnera eſſe & obiectum & ſubiectum
1. Cor. 1. cationis. *Prædicamus Chriſtum Crucifixum*
eiusdem: & ab illis vulneribus eruenda eſt
Prædicatori omnis medulla & vis ſuæ dictionis

Serm. de O- 3. Vera ſapientia, iuxta Bernardum,
bed pat. *tentione, charitas in affectione, & humilitas*
Sap. *ne.* In ſchola vulnerum Chriſti diſcitur
tentionis, puritas dilectionis, & vilis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cione cogitatio. Quæ intentio, quæ charitas, & quæ humilitas perfectior, quàm ob gloriam Dei aliorumque ſalutemque ſeipſum obliuioni prorſus tradere?

CONSIDERATIO XVII.

# CHRISTVS VULNERATVS.

*Fauus mellis.*

1. Guſtatur fauus cum melle in vulneribus Chriſti, fauus Humanitatis cum melle Diuinitatis, vt expendit S. Thomas. *Fauus*, inquit Origenes, *eſt cera virginea, cellulis diſtincta, melle repleta.* Humanitas Chriſti eſt caro virginalis è Matre Virgine elaborata, & adornata cellulis vulnerum, redundans melle dulciſſimo Diuinitatis. *Cant. 5.* *Opuſc. 24.*

2. Conſidera, quâ ratione Deus in ſeipſo ſit origo & fons primus dulcedinis. Verba illa Sapientiæ; *Subſtantia enim tua dulcedinē tuam, quam in filios habes, oſtendebat*, legit Nazianzen.: *ſubſtantia mea dulcedo mea eſt.* Natura mea, inquit Deus, eſt ipſa dulcedo per eſſentiam, infinita, abſque termino & menſura. Hæc ſuauitas infinita Dei, & dulcedo *in abſtracto* tota communicatur, & fit intrinſeca vulneribus Chriſti, penetratque carnem & ſanguinem illum, vt mel fauo immiſſum, & amplius *Fauus eſt receptaculum mellis*, inquit Hugo, *& eſt dulcis propter mel.* Chriſti quoque vulnera ſunt receptaculum, & vaſa repleta Diuinitate, cuius ſuauitate & dulcedine ſuauiſſima ſunt & dulciſſima. *Sap. c. 16, Nazianz. Oratione 49.*

3. Ad ſactos hos mellis fauos (ad melliflua vulnera Saluatoris) inuitaris, anima Chriſtiana; ingredere ſacras illas cellas, in quibus tuam te occupationem docebit ſanctus Auguſtinus: *Suge, ô apicula, ſuge. ſuge, & bibe dulcoris ſui enarrabilem ſuauitatem. Immergere, & replere, & ſume, & fruere.* Infige os tuum ſacratiſſimis vulneribus, immerge te mellifluis illis liquoribus: ſuge, bibe, & Diuinâ illâ fruere dulcedine. *Bloſ.* *S Aug. de ſubſtant. dilect. tom. 4.*

Doceat te apicula, quæ intra ſuam cellulam ſe[...]
dit, & totam ſe immergit ſuauiſſimo melli:[...]
Idem in Pſ. ſacris vulneribus, & ibi Paradiſi guſta dulcedine[...]
XI. ge, dicam cum Auguſtino, *quod per te factum eſt[...]*
*ſces ad id, quod eſt.*

Consideratio XVIII.

# SALVATOR VULN[E]RATVS.

*Ciuitas refugii.*

Num. 35. 1. VUlnera SS. Chriſti Crucifixi ſunt ciuitat[...]
Deut. 4. quia ſicut in illam *ſi quis fugiet, viuet;* ita [...]
Ioſ. 10. ait S. Auguſtinus, ſecuriſſimum nobis eſt ad[...]
S. Aug. ſtros inimicos refugium. *Tutum refugium* [...]
Man. c. 21. *ſtes, Vulnera Saluatoris.* Et quemadmodum q[...]
diebatur ex Vrbe refugii, vitæ periculo ſe prop[...]
*impunè poterat occidi;* ita quicunque extra [...]
vulnera repertus fuerit, incurrit periculum, q[...]
tur & ſuperetur ab hoſte infernali.

2. Modus ſuffugiendi eſt ingredi in has my[...]
uitates & turres refugii, quod nos docuit S. A[...]
In. Pſal. 60 nus his verbis: *Ante te eſt turris, recordare Chri[...]*
*intra in turrim; recordare cogitando, cùm ali[...]*
*ris: quia prior plùs, & purè propter te paſſus [...]*
*quo fine? vt reſurgeret: & tu talem finem ſpera, [...]*
*conſenties Inimico, & intraſti in turrim.* Qu[...]
ſidione cingeris ab hoſte, & præ oculis habes C[...]
Crucifixum, locum refugii, reminiſcere eius, [...]
ante te, & plùs quàm tu, ac purè propter te paſſ[...]
rit. Ipſe, vt reſurgeret, paſſus fuit, eundem [...]
tu ſpera cum Chriſto: & ſic ſpes tua in vulneribu[...]
ſti erit apertura, per quam in locum hunc refugi[...]
Pſal. 90. cum ſecuriſſimum intrabis. *Altiſſimum poſuiſti refugi[...]*
*um tuum, non accedet ad te malum.*
Ioſ. 20. 3. Mora in ciuitatibus refugii erat *ad tempus, [...]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

que per mortem ſummi Sacerdotis corda inimicorum placarentur: at quia nulla adeſt ſpes, Aduerſarios noſtros vnquàm fore placandos, ideò noſtra mora in Chriſti vulneribus debet eſſe perpetua, quouſque tempus adueniat ex hoc loco refugii migrandi ad refrigerium æternum.

## Consideratio XIX.

# CHRISTVS VULNERATVS.

*Norma Prudentiæ.*

1. INter alios effectus Prudentiæ obſeruat & notat quoque D. Auguſtinus vnum alium Prudentiæ ſerpentinæ non poſtremo loco ponendum: ſerpens namq; vt nouâ veſte & pelle ſe veſtiat, veterem detrahit, transmiſſo per arctū foramen corpore: Ad eundem modum, docet D. Auguſtinus: *vt pellem vitiorum deponamus*, virtutis verò veſte induamus, *per foramen* anguſtum *Stigmatum Chriſti tranſeamus.* Quod fit conſideratione, contemplando infinitum Amorem, quem Dominus in illis vulneribus demonſtrauit. Eſt enim in Amore vis transformandi & conuertendi aliud in ſuam naturam. Ubi itaque anima conſiderauerit vulnera tàm amabilia & amore infinito & Diuino repleta, induet ſe veſte nuptiali amoris, & peccati veſtem abiiciet. *Serm. 4. Ad Frat. de Prud.*

2. Non priùs veterem pellem exuit ſerpens, quàm noua ſuccreuerit, ab hâc pellitur illa, pellis pellem pellit; ſic amor amandat amorem: excita in te priùs amorem Diuinum, hic à ſuo pectore fugabit omnem amorem proprium & mundanum.

3. Neque abſque dolore poteſt ſe ſpoliare ſuo vellere ſerpens: deponit tamen, *ſciens quia pelle depoſitâ pulchrior apparebit.* Nec eſt abſque dolore amor; ſolatur tamen nos fructus amoris, & quia anima ante oculos Dei pulchrior apparebit; *Per foramen Stigmatum Chriſti tranſeamus, & tunc pulchriores apparebimus.*

## Consideratio XX.

# VERBVM VULNE-RATVM.

### *Anchora Spei.*

Hebr. 6. 1. SPes in Chriſto vocatur ab Apoſtolo
*Quam ſicut anchoram habemus animæ*
*firmam.* Nam vt anchora nauim inter proc
mam tenet absque periculo naufragii: ita
ſtabilit & corroborat animam, nè in tentatio
ius vitæ periculis deficiat. Hoc verò diſcrim
cedit inter hanc & illam anchoram: illa pro
profundum mare, hæc figitur in cœlo: illa
næ, hæc omnipotenti Dei bonitati.

2. Hæc in Chriſtum ſpes, iuxta D. Auguſt
duobus, puta, in vulneribus Chriſti, & in
Ioan. 17. ta eſt. *Pater volo, vt vbi ſum ego, & ipſi ſint*
S. Aug. *Non credis? crede, crede. Plùs fecit, quàm pro*
*plùs eſt, quod mortuus ſit æternus; quàm qu*
*viuat in æternum.* Plùs fecit nobis, inquit D
ſtinus, quàm promiſit. Nam plùs eſt Deum
mori, quàm hominem mortalem viuere in
Itaque ſi credimus illud adimpletum, cred
ſperemus etiam hoc poſterius fore adimp
*Erigat ſe ergò humana fragilitas,* ait idem,
*non dicat, ibi non ero.*

In duabus aliis rebus, ait Apoſtolus,
Deum ſpes conſiſtit. *Vt per duas res*
*fortiſſimum ſolatium habeamus,* nimirum
ſione & iuramento Dei, quod ſeipſum in Glo
donaturus ſit. Et dicuntur immobiles, quia
bile eſt, Deum non præſtare id, quod promiſit
mento. Ex hac conſideratione fortiſſimum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vel vt alii legunt validam conſolationem, vel validam exhortationem habemus: quia, cùm reſpicimus certas & æternas Dei promiſſiones, cum patientia, magnaque animi promptitudine ſupportamus cunctas vitæ huius tribulationes, veluti fecêre Sancti omnes.

3. Sanctam Catharinam Senenſem vice quadam ad deſperationem Dæmon deducere ſatagebat, increpando eam de vita peſſimè actâ. Cui illa liberè reſpondit: vera ſunt, quæ dicis, & ego me peccatricem fateor: Verùm *Domini Vulnerum ego recordor*, in quibus omnem ſpem meam repoſui. *In Domini vulneribus abſcondar, & eius pretioſo ſanguine abluam animam meam, & omnia peccata mea delebo.* Undè inimicus confuſus, & à vulneribus Saluatoris conuictus abiit & euanuit. *Bloſ. in Mon.*

CONSIDERATIO XXI.

# CHRISTUS VULNERATUS.

## *Probatica piſcina.*

1. PRoſpexit Deus Legi ſcriptæ procurando ei piſcinā, nuncupatam, admirabilem, propter admirabiles, quos cauſabat, effectus. *Quinq; porticus habens.* Ad quā accurrebant infirmi, & miraculosè curabantur ab infirmitatibus ſuis, ac priſtinam recipiebant ſalutem. Verum in Lege Gratiæ aliam piſcinam longè ſtupendiorem nobis accommodat infinita Dei Bonitas, Humanitatem ſanctiſſimam Chriſti, videlicet, quinque habentem porticus ſanctiſſimorum vulnerum, in vniuerſalem hominum ſalutem. *Ioan. 5.*

2. Sed conſiderandum eſt, quantùm figuratum excedat figuram, quantumq; piſcina ſecunda ſuperet primam: in hac enim virtus ſanandi non erat continua, ſed ad tempus, quando deſcendebat Angelus, & mouebat aquas. Neque etiam curabat omnes infirmos, ſed

vnum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vnum, & primum quidem, ſe immergentem p...
tum aquarum. Neque totum infirmum, ſed ...
corpus curabat. Sacra verò Humanitas Sal...
vnècum ſalutiferis vulneribus continuam habe...
tem curandi omnes infirmos, cuctosque prop...
morbos tùm corporis, tum animæ.

3. Curre, curre, anima mea, ad hanc ſacra...
nam. Non eſt, quod præſtoleris Angelum, ...
ueat; ſed ſemper in motu eſt, imò feruen...
Sanguis per aquas illas figuratus, igne Amo...
ſus. Accurre, vola, intra, immerge te iſti Sa...
4. Reg. 2. *Lauare, & mundaberis. Lauare* totali quáda...
tione omnium potentiarum, affectuum, & pa...
animæ, *vt nullam habeat maculam* peccati ...
Epheſ. 4. *aut rugam* peccati venialis voluntarii, *aut ali...*
*iusmodi* affectus & deſiderii creati. *Et munda...*
puritati naturali duntaxat; ſed etiam ſupern...
puta, ornamento cœleſti Virtutum & Gratia...
*ſancta & immaculata.*

## Consideratio XXII.

# JESUS VULNERATU...

*Memoria SS. Sacramenti Euchariſ...*

1. INſtitutum fuit Venerabile & ſanctiſſimum E...
riſtiæ Sacramentum ob memoriam Vulner...
uatoris. *Hoc facite in meam commemoration...*
eſt, in memoriam Vulnerum & Paſſionis, ...
Seſſ 13. c. 2. Concilium Tridentinum, & paſſim à Patribus ...
ctoribus creditur. Hanc tamen memoriam ...
imitatiuam: *Hoc facite in meam commemoration...*
S. Cypr. plicat S. Cyprianus, *id eſt, in meam imitationem ...*
*in mortem offerendo, ſicut videt ſe Chriſtum offer...*
*hac eſt ſola retributio, cùm Sanguis ſanguine ...*
*ſatur.*

2. In eodem etiam Sacramento altaris repræſen...
effectus vulnerum Chriſti, qui eſt mors. Ideo ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chriſtus, vt *ex vi conſecrationis* conſecraretur ſeorſim Sanguis à corpore, idque eum in finem, vt mors eius apprehenderetur non ſecundùm fidem duntaxat; ſed etiam certo quodam modo manifeſtè ſecundùm ſenſum, dùm videntur oculis & tanguntur manibus hinc ſpecies panis, ſub quibus Chriſti Corpus; & illinc ſpecies vini, ſub quibus eiusdem Sanguis continetur.

3. Fructus vulnerum, qui eſt Gloria & Beatitudo æterna repræſentatur quoque in ſanctiſſimo Sacramento, quod eſt pignus æternæ Gloriæ nobis per vulnera promeritæ. O Vulnera amorifera, quæ primùm fuiſtis doloroſa, nunc eſtis glorioſa, quando, quando vos vnietis cordi meo in ſanctiſſimo Sacramento, vulnera inordinatorum affectuum commutate in vulnera ſancti Amoris, vt ego Saluatoris ſequar veſtigia, & ſanguinolentam proſequendo viam dolorum eius tandem attingam beatum portum & terminum eiusdem Gloriæ.

## CONSIDERATIO XXIII.

# CHRISTUS VULNERATUS.

*Exemplar Hominis Chriſtiani.* Exod. 25.

1. CHriſtus per Paſſionem ſuam & vulnera non Martyr duntaxat, ſed & Martyrum corona & forma Martyrii extitit. *Chriſtus Martyr, Martyrum corona, Martyrii forma.* Hæc ſancta vulnera acceptauit ille *libentiſſimè reſpectu proximi, ſeueriſſimè reſpectu ſui, obedientiſſimè reſpectu Dei.* S. Bernard. ſerm. 47. in Cant.

2. Hoc exemplar inſpicientes ſancti Martyres nulla formidabant tormenta: corpus eorum dilacerabatur, & anima iubilabat: ferrum penetrabat viſcera, & anima penetrabat Chriſti vulnera, tripudiabat, triumphabat. *Vult videri, vult benignus Dux deuoti militis, vultum & oculos in ſua ſuſtolli Vulnera: vt illius ex hoc animum erigat, & exemplo ſui reddat ad tollerandum fortiorem. Enimverò non ſentiet ſua, dum illius vulnera intuebitur.* Idem ſerm. 61. in Cant.

Tote

*Toto licet lacero corpore ſtat Martyr tripudians* [...] *phans. Vbi tunc anima Martyris? in Viſceribus* [...] *neribus patentibus ad introeundum.*

Exod. 40. 3. *Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi* [...] *te monſtratum eſt.* Conitce oculos in hoc exemp[...] cura, vt illud imiteris in patiendo, habeasque [...] Judicis erga teipſum, erga proximum cor beni[...] tris, cor filii obedientis erga Deum: *ſeueriſſim*[...] *ſimè, obedientiſſimè* Recordare, haud ſatis eſſe, [...] culos in altum ſuſtollas; ſed qui Chriſto vulner[...] aſſimilari, manus quoque extendat, neceſſe eſt. [...] nera Regis poſtulant *militis vultum & tolerantia*[...] gò *Inſpice & fac.*

## Consideratio XXIV.

# CHRISTVS AGNV[S] VVLNERATVS.

*Lucerna Eccleſiæ.*

Apoc. c. 21. 1. Humanitas Chriſti in Apocalypſi vocatur [...] *Lucerna eius eſt Agnus.* Quia ſicut lucern[a] [...] uerſas aperturas, & diuerſo lumine illuminat [...] ſima Humanitas Chriſti diuerſis viis, hoc eſt, p[er] ſacratiſſima vulnera illuminat Ciuitatem Dei, [tri]umphantem, quàm militantem. Quantùm [...] lumen iſtud, ex eo colligitur, quia eſt lucerna, [...] men à Sole Diuinitatis accipit. Ac propterea [...] tato adiungit Spiritus ſanctus: *Et ciuitas non* [...] *neq; Luna, vt luceant in ea: nàm claritas Dei* [...] *nabit eam, & lucerna eius eſt Agnus.* Quaſi dice[...] uitatem Dei hinc Diuinitas inſtar Solis illumina[...] linc Humanitas per vulnera, ſicut Luna, aut [lu]cerna, quæ lumen à Sole accipit.

2. Hoc lumen, quod à SS. Vulneribus prom[...]
S. Franc. Rom. lib. 3. c. 19. uerſimodè iuxta ſingulorum capacitatem diu[...] primùm, vti S. Franciſcæ Romanæ in viſione [...] tum fuit, diffunditur ad Gloriam [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Trinitatis, B. Virginis, & omnium Sanctorum. Deindè deſcenditad homines in terra degentes, quorum alii vnius ſolùm vulneris fulgore tangebantur, alii duorum, trium, quatuorue; pauciſſimi ab omnibus quinque ſi-mul illuſtrabantur. Illud porrò lumen, quod obſtinatis in malo deſtinatum erat, diſtribuebatur inter bonos. Vidit inſuper, quomodò lux illa, quæ ex ſacro latere prodibat, tranſcendebat ſuo fulgore reliquum lumen, quod à manibus & pedibus promicabat. Similiter lumen manuum ſuperius erat lumine pedum. Adhæc catena quædam ex flammis puriſſimis, ardentiſſimi amoris Chriſti indicibus, immenſa per vulnera totum corpus SS. Humanitatis ambiebat, in teſtimonium, quod lumen illud non ſolùm reſplendet, ſed etiam accendit & inflammat. Nam verè illa quinque vulnera ſunt quinque Soles, & quinque fornaces Diuini Amoris. *Fontes lucis & faces.* Talia expertus fuit glorioſus Apoſtolus Sanctus Thomas, quando ad vnum contactum non ſolùm fuit illuminatus ad cognitionem, ſed etiam inflammatus ad amorem Diuinitatis. *Bona foramina*, inquit D. Bernar-

dus, *quæ fidem aſtruunt reſurrectionis & Chriſti Diuini-* *in Cant.*

*tatem.* Loquitur autem de fide viua in Charitate, quæ *ſerm.* 61.

ab ipſo nuncupatur *Oculus amoroſus.*

3. Suffragio luminis horum vulnerum, iuxta S. Bona- *S. Bona. de*

uenturam, peruenitur ad perfectam notitiam rerum, ad 7. *itiner.*

quam non peruenitur oculo corporis, aut intellectus na- *ater.*

turalis. Hoc lumine cognoſcitur *Deus admirabilis, Spiritus intelligibilis, Mundus ſenſibilis, Paradiſus deſiderabilis, Infernus horribilis, Virtus laudabilis, reatus culpabilis.* O felices, quantas lux glorioſa horum ſacrorum Vulnerum aperiat veritates iis, qui mentis & intellectus oculos eiuſdem contemplationi deditos habent? nunquàm profectò abſq; duce huius cœleſtis lucis ambulare vellent. Hoc lumine cognoſcitur, quanta ſit Juſtitia Dei ad Chriſtum, quanta ad nos miſericordia, quanta animæ dignitas, & quanta Mundi vanitas, cœcitas & malitia. Hoc lumen ducit nos in cognitionem & notitiam Inferni, Cœli, peccati & virtutis. Hoc lumine illuſtratus obſecra Dominum: *Illumina, Domine, oculos meos, nè vnquàm* *Pſal.* 12.

*obdormiam in morte.* *Et in lumine tuo*, ſanctiſſimorum, *Pſal.* 35.

nempè, tuorū vulnerū, *videbim*[illegible] *lumen* æternæ Gloriæ.

CON-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSIDERATIO XXV.

# CHRISTVS AGNV[S] VVLNERATVS.

## *Conuiuium Diuinum.*

1. LAutum ac ſumptuoſum conuiuium, a[...]
apparat Dominus in ſuis Diuinis Vulne[...]
in quolibet eorum quinque tibi genera cibo[...]
tioſiſſimorum apponit. Primò Cibum ſuæ ca[...]
potu Sanguinis: deindè Animam, Perſonam &[...]
tatem. Intuere carnem pro te laceratam, Sa[...]
pro te effuſum, Animam tui cauſa conturbat[...]
nam Diuinam pro te incarnatam, Diuini[...]
omnibus theſauris Gratiæ & Gloriæ pro te & [...]
municatam.

2. Fruere cibis tàm ſalutaribus, & obſecr[...]
Christi te purificet, Sanguis inebriet, Anim[...]
cet, Perſona annihilet, Diuinitas deific[...]
do: *Caro Chriſti purifica me, Sanguis Ch[...]*
*bria me, Anima Chriſti ſanctifica me, Perſona C[...]*
*nihila me, Diuinitas Chriſti deifica me.*

3. Conſidera perſonas, quæ hoc conuiui[...]
rant, teque ad illud inuitant; ſunt enim tr[...]
Perſonæ: Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. [...]
ra item huius menſæ miniſtros, & hi ſunt Ang[...]
Luc. 17. *vbicunq; fuerit corpus, ibi congregabuntur & Aq[...]*
ſonæ inuitatæ ſunt tribulati & afflicti, q[...]
*Stigmata Domini Ieſu in corpore*
*ſuo portant.*

CONSIDERATIO XXVI.

# CHRISTVS AGNUS VVLNERATVS.

## *Holocauſtum pro Hominibus.*

1. QUamuis tota Chriſti vita fuerit continuum ſacrificium & holocauſtum, iuxta dictum S. Auguſtini: *Omne opus bonum ad Deum relatum dici poteſt ſacrificium.* Nihilominùs, in rigore loquendo, ſolùm in altari Crucis obtulit proprium ſacrificium ſuiipſius. Chriſtus ipſemet dixit: *Pro eis ego ſanctifico meipſum,* id eſt, ſacrifico, vt SS. Patres & Doctores explicant; quia in Cruce *accepit vulnera lethalia, ad ipſius mortem proximè ordinata,* quod neceſſarium eſt ad verum & proprium ſacrificium; maximè, quod habet rationem holocauſti. *L. 10. c. 6.* *Ioan. 17.* *Suarez 3. p. q. 48. a. 3.*

2. Ad hoc ſacrificium concurrit non ſolùm *per modum acceptionis,* acceptando voluntariè mortem, vt etiam Martyres ad ſua concurrunt Martyria; verùm etiam *per modum oblationis:* cùm enim in Cruce penderet, poterat vel amoliri carnifices, vel inſtrumentis mortis vim occidendi adimere, vel ſe in vita conſeruare; quod Martyribus non fuit conceſſum, atque ob id ipſorum martyrium non erat propriè & in rigore Sacrificium. Adde, quod ipſorum mors non erat ad ſalutem Mundi à Deo ordinata, vt illa Chriſti fuit. *Suar. diſp. 46. ſect. 1.*

3. Conſidera, quomodo Chriſtus vulnerum interuentu ſeipſum obtulerit in ſacrificium, & pro nobis, *in quantum erat ſatisfactorium pro peccatis;* & pro ſe, *in quantum erat ſatisfactorium pro collatis beneficiis:* & pro ſuâ Humanitate, *in quantum erat latriacum:* Deo namque debitum offerebat cultum.

## Consideratio XXVII.

# CHRISTVS AGN[illegible] VVLNERATVS.

### *Hoſtia pacifica.*

*Bloſius in Mon. ſpec. c. 1.*

1. CUm deuota quædam anima Deum pro[illegible]
ſe id, quod homini ſummè foret vtile [illegible]
rer; reſponſum accepit: *Vtiliſſimum fore,* [illegible]
*& in memoria ſemper habere, quod ego, Virgini[illegible]*
*ſalute eorum adſto ante Deum Patrem: & cum*
*na fragilitate delinquunt corde, offero pro ei[illegible]*
*immaculatum, & transuerberatum: & cum*
*opere, exhibeo manus meas perforatas, & ſ[illegible]*
*tiâ meâ placo Patrem.*

2. Diſce à Chriſto eaſdem pro peccatis tuis [illegible]
lationes Patri æterno. In locum cordis tui om[illegible]
tate refertiſſimi offer cor Chriſti infinitâ [illegible]
nitate. Pro manibus omni operum prauit[illegible]
contaminatis præſenta vulneratas illas Chr[illegible]
maximorum operum operatrices in gloriam [illegible]
cti Patris.

3. Obſecra Jeſum Chriſtum, vt ſanct[illegible]
cor tuum, illius inſtar Longini, lanceâ illâ, q[illegible]
transfixum fuit, lanceâ, inquam, prodigioſ[illegible]
curet manus tuas illis clauis, qui penetra[illegible]
ipſius: quatenus ſemper *ſancta cogites, ſancta* [illegible]

*Stim. c. 4.* Recurre etiam ad Beatiſſimam Virginem, [illegible]
S. Bonauentura: *Curre, Domina, curre, & vulne[illegible]*
*tuos Vulneribus ſacris: ne vulnerentur ab[illegible]*
*vulneribus mortis.* Ut ſic tu quoque offera[illegible]

*Rom. 12.* ipſum *Hoſtiam viuentem, ſanctam De[illegible]*
*placentem.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSIDERATIO XXVIII.

# CHRISTVS AGNVS VVLNERATVS.

## *Sacrificium Iuſtitiæ.*

1. SAcrificium Vulnerum Chriſti meritò appellatur ſacrificium Juſtitiæ: illo namque ſatis fit non adæquatè duntaxat; ſed etiam ſupereffluenter Juſtitiæ Patris æterni. Etenim culpa fuit ſolummodò infinita ex parte Deitatis offenſæ: ſatisfactio verò eſt infinita propter Perſonam, quæ eam acceptat, & eſt Pater æternus; & propter Perſonam, quæ ſatisfacit, & eſt Chriſtus.

2. Aſt, iuxta D. Auguſtinum, ſacrificium Vulnerum in cœlo erit perfectiſſimæ iuſtitiæ. *Cùm ædificabuntur muri Ieruſalem, tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ: modò autem ſacrificium pro iniquitate, ſpiritum contribulatum, tunc ſacrificium iuſtitiæ laudis ſolius.* Psal. 50. *Beati enim qui habitant in domo tua, Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te, hoc eſt, ſacrificium iuſtitiæ.* Psal. 43. Obſerua, quodnam ſit perfectum ſacrificium iuſtitiæ: *Sacrificium laudis ſolius. Sacrificium laudis honorificabit me.* Psal. 46. Hoc Deo redditur perfectè in cœlo, vbi adoratur perfecto cultu latriæ, tanquàm primum principium, & vltimus finis omnium rerum.

3. Idem Sacrificium, vt alii docent, eſt in cœlo ſacrificium ſatisfactorium; non iam ob culpam aut pœnam; ſed ob debitum reuerentiæ, cultus, & amoris, qui Deo debetur. In cœlo enim Deus modo perfectiſſimo adoratur, amatur, laudatur.

CONSIDERATIO XXIX.

# CHRISTUS AGNU[S] VVLNERATVS.

*Sacrificium verax.*

1. VErum & proprium ſacrificium, quo D[…]
tur, eſt ſacrificium vulnerum, & ſacrifi[…]
diuerſorum animalium ex eo ſolùm Deo g[…]
quia ſignificabant & repræſentabant hoc [...]
Ita Chriſtus ipſe dixit Patri ſuo, per os Prophe[…]
Pſal. 49. ex Hebr. *ficium & oblationem noluiſti : Corpus autem* [...]
*mihi*. Reſpuiſti ſacrificia animalium, & [...]
meum Corpus vulneribus perforatum.

2. Hoc ſacrificium eſt ſimul holocauſtum, [...]
cifica, & ſacrificium pro peccato: quia illo [...]
Deum, Deo pro beneficiis gratias agimus, [...]
catis ſatisfacimus: Cæteris holocauſtis com[...]
huius *non delectatur. Quid retribuam Domino* [...]
*bus beneficiis eius? Vulnera Saluatoris.* [...]
*buam Domino pro omnibus peccatis meis? Vulnera* [...]
*ptoris*.

3. Præceperat Deus in lege veteri, vt ſ[…]
cium offerretur Agnus occiſus & combu[…]
Agnus eſt Chriſtus, vulneribus mortem ſuam [...]
tans, & totus ardens igne Charitatis, Et eſt [...]
perpetuum, quia per totam æternitatem ſta[...]
trem dando ei honorem & gloriam *in odorem* [...]
*tis*.

CONSIDERATIO XXX.

# CHRISTUS VUL[NE]RATVS.

Pſalm. 109 *Sacerdos æternus.*

1. TRibus modis conſiderari poteſt Sac[…]
Chriſti: in Cruce, in Cœnâ, in Cœlo. [...]
obtulit ſacrificium cruentum, quod cum mor[…]

tranſibit. In Cœna perfecit & fuit ſacrificium incruentum, & durabit ad Mundi finem vſque, atque cum Mundi tranſitu tranſibit. In Cœlo eſt ſacrificium conſummatum, quantùm ad effectum Gloriæ, & durabit in æternum. 3.p.q.22.

2. Conſidera, quod Chriſtus ſedens ad dexteram Patris *ſempiternum habet ſacerdotium, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.* Duobus autem modis intercedit pro nobis. Primò *repræſentando Patri naturam humanam, cicatricibus ſignatam, & ita ſua merita allegantem; & ſanctiſſima anima ſua deſiderium exprimentem.* Exercet officium veri Sacerdotis, Mediator inter Deum & populum, duobus modis: primò repræſentando ſanctiſſima vulnera; ſecundò, orando Patrem pro nobis, vti quondam in terris orabat; cum hac tamen differentia, quod oratio Chriſti in terris & impetrabat, & merebatur; in cœlis impetrat, non meretur: impetrat autem in virtute meritorum in terris acquiſitorum. Heb.7. Ioan 12. S. Thomas.

Neque ſolùm *orat* Chriſtus D.N. *pro nobis*; ſed etiam vt docet S. Auguſtinus, *orat in nobis, & oratur à nobis. Orat pro nobis, vt Sacerdos: Orat in nobis, vt Caput noſtrum; & oratur à nobis, vt Deus. Oremus ad illum, per illum, in illo.* Oremus & rogemus illum, vt creaturæ eius: per illum, vt eius oues: in illo, vt eius membra.

3. Omnis noſtra fiducia collocetur in oratione noſtri Sacerdotis & Aduocati. *Ipſe ſit vox noſtra, per quam loquamur ad Patrem.* Offeramus orationes Chriſti, proponamus Deo Chriſti vulnera. *Ipſe ſemper agit cauſam noſtram apud Patrem, & eius poſtulatio contemni non poteſt, qui in dextera Dei ſedet. Exauditur pro ſua reuerentia*, quæ eius Perſonæ debetur: *& pro iuſtitia*, quæ debetur eius vulneribus: *& pro præmio & mercede*, quæ eis debetur obedientiæ. S. Ambroſ. lib. de ſpir. & Anima c.8 Rom.8.

Finis ſecundi libri.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# FASCICVLVS MYRRHÆ,

*ſiuè*

## Conſiderationes Variæ

*ſuper*

# CHRISTO VUL-NERATO.

## Liber Tertius.

*Varia ſubiecta ad Vulnera Chr[iſti] ſpectantia.*

### Consideratio I.

*De deſiderio patiendi, quod Chriſtu[s] dit in recipiendis Vulneribus.*

Psal. 115. ex Aug. & aliis.

A Primo inſtanti concept[ionis] Chriſtus ſe obtulit ad mortem [...] tem Crucis per vulnera manuum [...] & lateris perficiendam. *Vota[...] vulnera mea) Domino reddam.* [...]

turam, *quia voto oblata fuerunt*. Conſidera itaque, *Suarez. 3. p. to. 2.* quòd anima Chriſti ſanctiſſima mox atque per creationem ingreſſa eſt in theatrum huius Mundi, ex deſiderio faciendi rem Patri æterno gratiſſimam, in procuranda noſtra ſalute, ſe obtulit ad mortem Crucis, & ad vulnera: atque vt deſiderii ſui in hoc opere magnitudinem oſtenderet, voto illud confirmauit.

Duæ fuerunt Cruces Chriſti: vna ſpiritualis, quæ cœpit à primo inſtanti Conceptionis ſuæ: corporalis altera, cui principium datum in præſepio. Spiritualis Crux conſiſtebat in triſtitia interna, quam cauſabat viua futurorum vulnerum & mortis apprehenſio. O ſanctiſſima Chriſti Anima, gratias ago, teque in æternum benedico, propterea quod ab ipſo Conceptionis tuæ exordio intra virgineum vterum adhuc concluſa ſuſcepiſti in te dolorem vulnerum: ac priùs ab amore, quàm ab odio crucifigi voluiſti.

Diſce, anima mea deſideria tua conformare Chriſti deſideriis. *Diſce à Chriſto, quomodo diligas Chriſtum.* *S. Bernard.* Deſideria Chriſti ſunt deſideria Paſſionis & mortis, Vulnerum & Crucis, & de his à Patre præceptum accepit: hæc ipſa voto confirmat. Chriſti charitas ardens, inſuperabilis & inæſtimabilis! Tua quoque deſideria pro ſcopo habeant ruborem vulnerum, & paſſionis & mortis pro Chriſto, & in Chriſto.

2. Quamuis vulnera Chriſto fuerint ſummo dolori, non tamen pertigêre ad magnitudinem deſiderii patiendi. Ferrum terebrauit & transfixit manus, pedes, & latus: at deſiderium totum corpus perforauit. Odium Iudæorum adaperuit vulnera in Cruce & Paſſione eius; deſiderium verò per totam vitam inchoando ab vtero virginali. Hùc tendebat querela Chriſti ad Patrem æternum. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* *Matth. 27.* Non petit, ſubiungit D. Bernardus, *propter tormenta, quæ patitur? ſed propter tormenta, quæ non patitur.* Vitam petit, non propter vitam; ſed vt pateretur amplius, & pœna cum morte fieret productior.

Hoc deſiderium in cauſa fuit, cur vulnera poſt Reſurrectionem conſeruare voluerit; vt, quia Gloria impedimento erat paſſionem & dolorem, memoriâ ſaltem



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vulnerum frueretur, ſubſtitueretque deeg
loquar) originali Crucis imaginem, quam
primebant: *Baptiſmo habeo baptizari*, diceb
Luc. 14. cùm de morte ſuâ loqueretur, *& quomodo co*
*dum perficiatur illud.* Suſcipere debeo baptiſ
Paſſionis, & ſentio pœnam dilationis.

S. Gertrud. Bloſ. Mon. Spirit. 3. Sanctam Gertrudem docuit Dominus, qu
ni faciendum ſit, cùm imaginem Crucifix
Imaginabitur, inquiebat, ſe has à Crucifixo
pere: *En vides, quomodo pro te ſum vulneratu*
*Si ſaluti tuæ expediret, vellem pro te ſolo tolera*
*quæ toleraui pro toto Mundo.* Tantus eſt am
S. Brigitt. proſequor, tantùm tuæ in me ſalutis deſiderum
ctæ Brigittæ hæc dixit: *Si fieri poſſet, vt toti*
*quot ſunt animæ in Inferno: ego promptiſſimâ*
*perfectiſſimâ charitate corpus meum traderem*
*paſſionem & mortem pro qualibet anima ſuſtin*
*ſuſtinui pro omnibus.* Idem ſuum deſiderium
Apud Bloſ. l. c. Chriſtus Dominus S. Carpo vindictam de
quodam poſtulanti. Cui apparens cum vulne
dixit: *Paratus ſum, Carpe, iterùm pro ſalu*
*nibus pati*; ac ſi dixiſſet: Tu Carpe, mortem
ri illi optas & poſtulas: ſcito tamen, me tam
quàm pro quocunque hominum paratum eſ
pati & mori.

## Conſideratio II.

### *De Memoria Vulnerum Chriſti.*

1. NEceſſe eſt frequens memoria vulnerum
quia abſque memoria non poteſt ſubſeq
tio, & hac deficiente non fit applicatio mer
Gratiam.

Thren. 3. Ad hanc memoriam ipſe nos Chriſtus inuit
*dare paupertatis & transgreſſionis, id eſt, exceſſu*
& doloris, quem ſentio in meis vulneribus. R
anima fidelis: *Memoria memor ero, & tabeſcet*
*ma mea.* Quaſi diceret: ab attenta & crebra

vulnerum mortificabitur in me, & quaſi extinguetur omnis affectus terrenæ concupiſcentiæ: deficiet affectus auaritiæ ad aſpectum paupertatis & nuditatis Chriſti, deficiet etiam ſpiritus ſuperbiæ ex conſideratione ignominiæ Chriſti crucifixi & vulnerati.

2. Praxis huius memoriæ ſic à Diuo Bernardo deſcribitur & docetur: *Depinge tibi quaſi ante oculos Dominum in Cruce pendentem; & nunc pro clauis, nunc pro lancea ſuſpirabis, & gratias ages:* nunc per manuum, nunc per pedum vulnera ueniam quæres & poſtulabis. Talis erat vita Stephani Abbatis dicentis: Die nocteq; nihil aliud aſpicio niſi Dominum meum Ieſum Chriſtum in Cruce pendentem. *S. Bern. Thom. 1. fol. 301.*

3. Gaudent in cœlis Sancti viſione beatâ ſacrorum vulnerum Chriſti. *Sancti in cœlo ſemper vulnera Chriſti cernunt, per quæ in laudum prolationis inſurgunt.* Semper ea contemplantur, benedicunt & laudant, ac receptis illis vulneribus, conſeruatis plagis continuas referunt gratias. *Et cantant canticum nouum, dicentes: Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire ſignacula eius: quoniam occiſus. & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.* *Abul. Parad. q. 93. 6.* *Apoc. 5.*

Animæ deuotæ in terris, æternarum mentiũ æmulæ, præſentia quoque, & nunquàm à memoria abſentia habebunt fidisſima tutamina, ſacra Chriſti vulnera: nec nõ canticis, benedictionibus, laudibus, gratiarum actione ſummâque reuerentiâ & honore eorundem celebrabunt memoriam.

Vt Dominus deuotam quandam animam ad tàm ſanctam excitaret memoriam, hæc ei dixit verba: *Quotiès recordaris, totiès iaculo Amoris mei ſalubriter vulneraris.* Recordare meorum vulnerum, & ab iisdem vulneribus anima tua recipiet ſalutifera Amoris mei vulnera. *S. Mechtild Reuelat. lib. 1. c. 29.*

## Consideratio III.

### *De occupatione interna in vulneribus Chriſti D.N.*

1. NEceſſè eſt, vt docet S. Bonauentura, anim[...]
teriori aliquo exercitiò diſtineri, quo [...]
1. Theſſ. 4. lat, & ſepoſitis aliis *negotium ſuum agat*, quod, [...]
Apoſtolus, eſt noſtræ ſalutis & perfectionis [...]
Porrò hæc interna occupatio conſiſtit in [...]
templatione & meditatione vulnerum Chriſti, [...]
do de vulnere in vulnus diuerſis conſiderationibus [...]
fectibus, quos Spiritus ſanctus ſuggeſſerit. [...]
ditando dolorem, aliàs amorem, valorem aliàs [...]
per in vulnere pedis ſiniſtri conſidera tua peccata [...]
rumque veniam per illud precare. In vulnere pedis [...]
tri conſidera pulchritudinem virtutum, humilitatis [...]
ritatis, obedientiæ, patientiæ, & perſeuerantiæ, [...]
dem à Deo interpoſito dicti vulneris pretio precare [...]
vulnere manus ſiniſtræ meditare pœnas Inferni [...]
do liberationem. In vulnere manus dexteræ con[...]
plare Gratiam Paradiſi, & illam poſtula. Ad extremum
in vulnere lateris meditabere & petes ſanctum [...]
Amorem *Ieſu, Mariæ*, & proximi.

2. Hanc occupationem iungamus quoque cum [...]
tinua deuotione ergà beatiſſimum Virginem: con[...]
rando eam *iuxta Crucem cum Filio* (*& quos Deus*
*iunxit homo non ſeparet* (& in eadem Cruce: Chriſtum
crucifixum in carne, Mariam in corde: Chriſtum [...]
plagis corporis, Mariam cum plagis animæ: Chriſtum
Martyrem fidei, quia pro veritate noſtræ fidei [...]
eſt, Mariam Martyrem Amoris, quia mortua [...]
S. Anſelm. deſiderio Filii. *Accurre anima* (conſulit S. Anſelmus)
*ad ſacra vulnera, & ſuauiſſimas illas guttas lambe.* [...]
S. Auguſt. *curre* (ait S. Auguſtinus) *ad ſacrum pectus Mariæ* [...]
*dulciſſimum ſuge*: & cum eodem dices: *Hinc p*[...]
*vulnere, hinc lactor ab vbere: poſitus in medio,* [...]
*vertam, neſcio.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chriſtus iamiam in Cruce moriturus voluit, vt iuxta Crucem ſibi quoque aſſiſteret Mater; idque non-hanc ob cauſam, vt, nimirùm, ſtupendam hanc conficeret vnionem Sanguinis Chriſti cum lacte Virginis, ſicque vtrumque concurreret ad noſtram redemptionem. Et quemadmodùm Sanguis Chriſti à lacte ſanctiſſimæ Virginis accepit eſſe & ſubſtantiam ſuam; ita quoque ſalutem noſtram eiuſdem interuentu & ſuffragio obtineri voluit. Quapropter dicebat S. Bonauentura: *Non ſolùm ſtudebo conuulnerari Vulneribus, ſed etiam vberibus ablactari: & miſcebo lac Matris cum Sanguine Filii, & mihi faciam vnam dulciſſimam potionem.*

Beatus quoque Hermannus Dominicanus mirum in modum vtrumque hoc deuotionis exercitium coniunxit, & vtriùſque ſtupendos experiebatur effectus. Frequenter ob deuotionem erga ſacratiſſima vulnera hanc recitabat orationem: *Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi, quia per ſanctam Crucem tuam redimiſti Mundum:* & dicto *Pater noſter*, addebat vnum *Aue Maria*, in honorem Beatæ Virginis, meditando eius virtutes, quas exercuit in Paſſione Filii. *B. Herman.*

3. Hæc occupatio in vulneribus Chriſti, & doloribus Virginis, in Paſſione Filii, & compaſſione Matris, neceſſe eſt, habeat ſuam reflexionem & Echonem in Gloria. *Secundùm menſuram dolorum lætificant conſolationes.* *Pſal. 73.* Poſt conſideratam igitur Crucis humilationem mentem pariter attolles ad conſiderationem Gloriæ, contemplando Crucem, quæ priùs fuit patibulum doloris, nunc in cœlis eſſe ipſimet Chriſto thronum Gloriæ. *Videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloriâ & honore coronatum.* *Hebr. 2.* *Et videmus Mariam* (ſecundùm interpretationem nominis) *crucifixam & exaltatam in Gloria ſuper choros Angelorum ad cœleſtia regna in dextera Filii.*

CON-

## Conſideratio IV.

### *Quâ ratione Vulnera Chriſti ſint quies cordis.*

1. QVemadmodum quies cordis noſtri in P
ſolus vltimus noſter finis, qui eſt Deus,
dem modum vera pax reperitur in Vulneribus C
ceû ſolis mediis ad Deum nos conducentibus. O
ſancta & benedicta vulnera, *inquietum eſt cor*
*nec perveniam ad vos,* ſauciate me, & quiet
contentum reddite.

S. Mechtild Reuel. lib. 1. c. 35. 2. Et meritò: quia in illis inuenitur omne
bonum. In vulnere Pedis ſiniſtri habet anima
*ſalutis.* In vulnere Pedis dextri *flammam pa*
vulnere Manus ſiniſtræ *fluenta gratiarum.* In
Manus dextræ *purgamenta animarum.* In v
teris *aquam viuificantem & vinum inebrians.*
quis fuerit peccatis contaminatus, recurrat ad
vulnera, & reperiet *lauacrum ſalutis.* Quisqu
rit cor inquinatum, intret in vulnera Chriſti, &
*pacis* obtinebit. Quisquis ad maiorem anhela
fectionem, recipiet eam à Vulneribus Chriſti,
*fluenta gratiarum.* Quisquis aſpirauerit ad amo
rum & perfectum, poſtulet illum à vulneribus
*purgamenta animarum.* Quisquis denique
pſum raptus, quaſi ſancto amore ebrius, in Deu
formari optauerit in ſacro aperto Chriſti la
tumbâ vitali ſe ſepeliat, *vbi eſt Aqua viuific*
tioſi Sanguinis *vinum inebrians.*

Pſal. 80. S. Thom. opuſc. de SS. Sacram. 3. Sanguis Chriſti in Scriptura ſacra ſub
figura mellis exprimitur. *De petra mellis ſatu*
(exponit S. Thomas, *id eſt, dulciſſimo Sanguine*
*rum Chriſti)* Quæ dulcedo mellis generat in
rum terrenarum contemptum, & deſiderium cœl
Idipſum expertus fuit ille Sanctus, qui aliquand
to Sanguine vulnerum Chriſti tàm ineffabilem
dulcedinem, vt omnium rerum creatarum guſtu
diderit, & ſola deinceps cœleſtia ei arriſerint.
pis rei, quæ non eſt Sanguis Chriſti, ſitim dele

ſtatem reperies : deſiſte ab inquirenda quiete, à Chriſti vulneribus remota & aliena, & vera frueris pace & quiete.

## Consideratio V.

### *Quomodo Vulnera Chriſti ſatient animam.*

IN vulneribus Chriſti reperit anima, quidquid in ſuum auxilium & confortationem deſiderare poteſt. Verè enim cum S. Ambroſio dicere poſſumus : *Omnia habemus cum Chriſto, & Chriſtus eſt nobis omnia*, puta, in vulneribus ſuis ; in quibus medicamen reperis procurandis plagis & vulneribus tuis, ſanctitatem pro tua iniquitate, virtutem & robur pro tua debilitate. *Si febribus æſtuas, fons eſt : ſi grauaris iniquitate, iuſtitia eſt : ſi indiges auxilio, virtus eſt : ſi mortem times, vita eſt : ſi tenebras fugis, lux eſt : ſi cibum quaris, alimentum eſt.* S. Ambr. lib. 3. de Virgin. — Idem lo. cit.

2. Cauſa & principium omnis noſtri boni eſt Diuinitas & ſpiritus viuificus & Deificus Chriſti : verùm hic Spiritus non influit niſi in proprium corpus & propria vulnera : *Anima non viuificat niſi proprium corpus* (ait D. Auguſtinus) *& corpus meum non viuit de ſpiritu tuo, nec corpus tuum de ſpiritu meo. Vis ergò & tu viuere de ſpiritu Chriſti : eſto in corpore Chriſti.* Habita tàm cogitatione, quàm affectu in ſanctiſſimis vulneribus, & particeps fies Diuinorum effectuum, *& Chriſtus in ſuis vulneribus erit tibi omnia.* In Ioan. tract. 46.

3. *Chriſtus eſt nobis Sapientia, Iuſtitia, Sanctificatio, Redemptio* per vulnera, inquit Apoſtolus : *& per modum meriti* ob gratiam capitis, *& per modum efficientis*, quia ſunt inſtrumentum coniunctum Verbo : *& per modum exempli*, cùm ſint noſtræ ideæ. *& per modum finis*, quia quod ſumus & facimus, ordinandum eſt ad honorem & gloriam ſanctiſſimorum vulnerum. 1. Cor. 8.

## Conſideratio VI.

### *Qualiter ſanctiſſima Mater medit… Vulnera Chriſti.*

*Carthuſ. de laud. B. V. c. 25.*
*S. Ambroſ.*

1. MUltorum opinio eſt, quod ſicut Chriſt… ſanctiſſima Paſſione *habuit ſimul ſumm… dium, & ſummū dolorem*; ita Beatiſſima Virg… dolendo patienti Filio ſenſerit ſimul *ſumma… nem, & ſummam congratulationem*. Comp… Paſſioni Filii, & de eius fructu lætabatur. … alludens ſanctus Ambroſius, dicebat: *Maria… Crucem, non vt Filii Paſſionem videret, ſed… redemptionem expectaret.*

2. Verùm alii Sancti ſunt in contraria opin… ſtimant etenim, Animam ſanctiſſimam Virg… modo fuiſſe immerſam vehementiæ doloris… dèm ad conſolationem fructuum Paſſionis a…

3. Imitaberis vtrumque Virginis ſtatum. … us dolor erit pura condolentia, modò ſoci… gaudium & congratulationem. Benedicta Vi… para reuelauit S. Brigittæ, totam vitam ſuam… mixtam doloribus & conſolationibus: dolo… pter vulnera Filii: conſolationibus, quo… eam eſſe voluntatem Dei, accedere in ſalut… num. *Quando conſiderabam loca clauorum i… quas ſecundum Prophetas crucifigendas audiui… li mei replebantur lachrymis, & cor meum … batur præ triſtitiâ. Sed conſolabar cum co… potentiam Deitatis eius, & quod ipſa ſic vo… ſic expediret; & ſic erat ſemper lætit… meæ mixta cum dolore.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO VII.

## De Gratitudine.

### *Quam Vulneribus Chriſti debemus.*

1 GRatitudo, ſecundùm ſanctum Thomam, conſiſtit in intellectu, linguâ, & opere: intellectu rimando & æſtimando magnitudinem beneficii, linguâ ſeu voce, laudando & agendo gratias benefactori: opere, retribuendo iuxta virium qualitatem. S. Thom.

Hos tres actus debemus Chriſto pro beneficio vulnerum: primò, æſtimando donum valoris & pretii infiniti. Secundò, reddendo infinitas laudes in refuſionem gratiarum. Tertiò, agendo & patiendo pro ipſo, & ſi fors contigerit, *Sanguinem ſanguine compenſando.* Nazianz. orat. 2. de Paſſ.

2. Cum aliquando Sancta Mechtildis à Domino exquireret, quid agere poſſet, vt ſe pro beneficio vulnerum gratam oſtenderet; apparuit ei Chriſtus, & dixit: Pro vulneribus Pedum offeres mihi omnes tuos affectus & deſideria; pro vulneribus manuum offeres actiones tuas & paſſiones: pro vulnere lateris perfectam cum voluntate mea conformitatem.

3. Cònſidera ſententiam D. Bernardi: *Gratiarum ceſſat decurſus, vbi recurſus non fuerit,* Gratiarum ceſſat influxus, vbi nullus gratitudinis datur refluxus. Ex fontibus ſacratiſſimorum vulnerum opulentiſſimum defluit flumen gratiarum pro te, & in te; at niſi illud ad ſuum feceris recurrere principium, exiccabitur. Neceſſe eſt, Gratitudo continuum curet refluxum laudum cum Gratiarum actione in immenſum illum Diuinæ Charitatis oceanum recurrentium; etenim fons Miſericordiæ, quem gratus animus ſcaturire facit è latere Chriſti, frequenter exiccatur per ingrati hominis culpam. S. Bernard. ſeptuag. ſer.

CON-

## CONSIDERATIO VIII.

## *De affectu Admirationis,*

### *Quem Vulnera Chriſti cauſant.*

*Habac. 3.* 1. CUm Prophetæ Habacuc reuelatum fuiſſe
Crium vulnerum Chriſti (*cornua in manib*
*eſt in cornibus Crucis confixæ ſunt Manus Chriſ*
mauit: *Timui* (timore reuerentiali) vel, vt al
*Expaui, extra me factus ſum* præ ſtupore & adm
*2.2. q.180. art.3.* Quod ſi admiratio *eſt actus voluntatis, con*
*prehenſionem obiecti excedentis noſtram* vi
quodcunque eſt in vulneribus Chriſti, noſtram
ſuperatque capacitatem: dignitas Perſonæ, ſu
plicii, acerbitas pœnæ, magnitudo amoris & in
finitudo.

2. Sit autem hæc admiratio affectiua & tr
tiua: *Admirari & Transformari. Omnes m*
*ſed non omnes conuertebantur.* Admirabant
Chriſti, ſed non ſequebantur exempla.
*S. Bernard.* mirabilium Chriſti *admirarentur ſi imitar*
entiam & Charitatem Chriſti. *Noli viuere*
*re, dum Chriſtum vides vulneratum.*

3. Hunc affectum admirationis exercebat
ma Virgo Maria, *quando ſtabat iuxta Crucem*
*Caiet. 3. p. q. 27. a. 1.* plando vulnera Filii. *Vacabat*, inquit Caiet
*templationi admiratiua, conferendo ſumma*
*cum infirmis.* Hærebat in exceſſu admiratio
rendo Gloriam Diuinitatis Chriſti cum pa
nitatis.

## CONSIDERATIO IX.

## *De cœleſti conuerſatione,*

### *Quæ in Chriſti vulneribus reperi*

1. TAnta eſt inter domicilium vulnerum &
um Cœli vnio, conformitas, & correſp
vt qui in vno eſt, etiam reperiatur in altero,
ter vulnerum arctat anguſtias, dilatat quoque
plis & delicioſis Cœli campeſtribus. Delic

ſtri Deo petiit intrare in Glorian Paradiſi, & Diui- *Exod. 33.*
nam videri faciem; at ei reſponſum fuit à Domino:
*Eſt locus apud me, ponam te in foramine petræ.* q d. Ut
me videas, capies domicilium meo proximum in petra
perforata, quæ Dominum vulneratum ſignificat. Ece-
nim ex humilitate vulnerum cognoſcitur Maieſtas Glo-
riæ: *& poſteriora non facies*; quia *per fidem, & non per
ſpeciem.* Itaque ſecuro paſſu ex vno diuerſorio tranſi-
tur in aliud: quique habitat in vulneribus, in cœlo pari-
ter habitat & conuerſatur.

2. Sed quid mirum eſt deuotum vulnerum ciuem
conuerſari in cœlo: cùm conuerſatio conformetur ſta-
tui? & virtus horum vulnerum deuoto eorum cultori
conferat ſtatum ſuperhumanum, imò Angelicum, imò
Diuinum: *Suum mediatorem alienat, & non ſolum facit
Angelicum, ſed Diuinum.* Viue itaque fœlix in vulne- *S. Bonav. Stim. c. 1.*
ribus ſtatus cœleſtis & propter ſtatum, & propter con-
uerſationem.

3. Legimus Simeonem ſtilitam immerſum in vulne-
ra Christi penè hominem exuiſſe, & mutaſſe ſubſtan-
tiam ſuam & ſtatum humanum: exceſſerat humanas vi-
res, quando *immoto corpore & animo* pedibus ſuis totos
dies, & noctes, & annos inter frigora & æſtus ſtetit. Et
conuerſatio correſpondebat ſtatui: nam vt in eius vita
legitur: *aſſiduè cœlum ſpectabat.*

## Conſideratio X.

### *Quod in Vulneribus Chriſti relucent Angelicæ Hierarchiæ.*

1. Relucent in vulneribus Christi Angelicæ Hierar-
chiæ omnes; Ac primò, Seraphinorum, Cheru- *S. Bonav. p. 1. Stim. c. 2.*
binorum, & Thronorum: quia in vulneribus elucet
*omnis Charitatis perfectio, omnis ſcientiæ plenitudo &
Throni veneratio.* In vulneribus Christi locauit Deus
Thronum ſuæ gloriæ, & in iiſdem iudicabit Mundum in
die Iudicii. *Apparebit Dominus Ieſus cum Vulneribus
ſuis, & clamabit dicens: Videte, qualem à vobis, & in vo-
bis, & pro vobis paſſus ſum, & tamen ingrati omnia con-
tempſiſtis, & pro nihilo pœnam, & ignominiam meam
duxiſtis; Ite ergò maledicti in ignem æternum.*

2. Iſthic reſplendet Hierarchia Domina
teſtatum & Virtutum: nam per illa Chriſtu
fuit Dominium ſuper omnes creaturas. Sup
ſtatem Luciferi, *& ibi fuit virtus cordium*
Ioan. 12. *& attractiua Cùm exaltatus fuero à terra,*
*ham ad meipſum.*

3 Iſthic quoque reſplendet Hierarchia Pri
Archangelorum, & Angelorum. Unde cert
Regnis, Urbibus & hominibus ſingulis ſpe
quàm à Vulneribus Saluatoris? Quis dub
tegendo vitam noſtram raras & auaras rep
illas, quæ in donando nobis vitam ſuam c
digæ?

## Consideratio XI.

### *Quod in Vulneribus Chriſti reſplen* *Attributa Diuina.*

1. ATtributa Diuina, Potentia, Sapient
in ſummo gradu reſplendent in Vulne
Diuina Potentia *in ſuperando, iuſtificand*
S. Bona. 1. Superauit in illis omnes inimicos: Mun
p. Stim. c. 17 nem, Carnem. Juſtificauit peccatores *Op*
*nis maioris eſt potentiæ, quàm opus creation*
uit ſemetipſum & alios; quod itidem Om
gnum eſt.

2. Manifeſtatur in Vulneribus Chriſti ſ
tia: quia mortem dederunt ei, qui habe
ſentiam: vndè reſpectu Patris fuerunt ſum
& ſummæ Miſericordiæ comparatione no
inuenerunt modũ diſſoluendi intricatũ nod
cũ Miſericordia ea remiſit absque Juſtitiæ
3. Manifeſtatur pariter in his vulneribus
nitas: quandoquidèm Chriſtus per eandem
bi per nos illatam eripuit nos à morte
men meriti fuiſſemus pro eadem illa mort
Rom. 5. nam mortem. Adeò, vt *vbi abundauit de*
dem Deicidium; *ſuperabundauit* Gratia, &
quæ etiam ipſam mortem conſtituit med
eandum hominem in Gloria.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Conſideratio XII.

### *Quâ ratione Vulnera Chriſti fuerint Deificata.*

Aſſumpſit Chriſtus & vniuit Perſonæ Diuinæ non ſolùm naturam humanam, verùm etiam eius *[...] abſque peccato Vt totum Mundum in ſe Deificaret, non ſolum quantum ad bona, ſed etiam quantùm ad mala.* Aſſumpſit ergò naturam humanam, & vulnera, & [...]am, quàm hæc in ſua Perſona Deificauit. S.Thom. Caiet 3.p. q.46.a 3.

2. Hæc eſt cauſa, cur mala, quæ ex natura ſua *ſunt fugienda, exoſa & triſtitia, fiant amabilia & deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum, cùm non habentur: dulcia ſuper mel & fauum, cùm habentur: quia cùm aſſumpta ſunt in Dei Perſonam, Deificata ſunt.* Ante aduentum Chriſti fugiebantur ignominiæ & pœnæ, vt [...] execrabile; aſt poſt Incarnationem Verbi, quia aſſumptæ ſunt & Deificatæ in perſona Diuina, factæ ſunt amabiles & deſiderabiles; atque ob id eas adamârunt viri Sancti, quare inter tormenta dicebant: *Has epulas [...] optauimus*: & conſtituti in igne, & ſuper prunas [...] clamabant; *videmur vobis ſuper roſeos flores incedere.* O ſancta & benedicta Domini mei vulnera, ex [...] comparuiſtis in Humanitate Chriſti Deificatæ, red[...] omnem paſſionem dulcem, in vobis ſuo modo Deificatam. Caiet. vbi ſup.

3. Sed *animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt,* [...] & ſenſus non capiunt tàm ſublimem doctrinam, [...] Diuina percipiunt myſteria: vnum intuentur dolo[...] corticem, non fructum: ſolas inſpiciunt pœnas, [...] cruciatum Regem & Dominum: attendunt ad falſum ſenſum Mundi, non ad verum iudicium Dei. [...] S. Franciſcus deuotiſſimus & reuerentiſſimus [...] Apoſtolos, quos, non vt homines, ſed vt Chriſtos, [...] Stigmata Chriſti, quæ portabant, reſpiciebat, & [...] oſculabatur vulnera ceu deificata in vulneribus Chriſti, & vt ipſius Chriſti vulnera.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CONSIDERATIO XIII.

### *Inuitatio ad oſculum Vulner[um] Chriſti.*

*S. Mechtild in Reuel. c. 34.*

1. CUm quædam ſancta anima vacaret
ſanctiſſimam Chriſti Matrem dilect
lium vulneratum & Sanguine conſperſum,
ce recenter depoſitus fuiſſet, ſicu ſuo geſta
tẽ Sanctam illam ad vulnerũ oſcula his ver
*oſculare ſalutifera vulnera dulciſſimi Fili*
*tuo ſuſcepit amore, in oſculo illi gratias agend*

Oſculaberis *cum gratiarum actione*
*pro effluxu illo, quo in te, & in omnes el*
*& effluet ſine fine.* Secundò oſculaberis
dextræ: *quia ipſa eſt adiutrix & cooperatrix*
*norum operum tuorum.* Tertiò, vulnus ma
quia in illa *tutum ſemper inuenies refugium.*
vulnus pedis dextri, *pro feruenti deſiderio,*
*diebus vitæ ſuæ pro te in ſiti cucurrit.* Qua
oſculaberis vulnus pedis ſiniſtri, eique gra
quia in iſto *ſemper inuenies remiſſionem*
*omnium.*]

*Origen. Hom. 10.*

2. O quantum ad hæc ſuauiſſima vulner
amore æſtuans Maria Magdalena! *Diſ*
*ſum amare, & in Ieſum ſperare, & quæren*
*ſtigare, nulla aduerſa formidare, nullam*
*extra Ieſum accipere, omnia propter Ieſum*
Conſidera, quomodo Magdalena in corde

*Orig. ibid.*

a ſacris vulneribus ſauciata *facta erat*
*ſenſibilis: ſentiens non ſentiebat, videns*
*diens non audiebat. Sed neq; ibi erat,*
*ta vbi Magiſter erat.* Ardens amore Chri
& inuenit Chriſtum cum totali omnium
rum contemptu; neque Angelus, neque
tura (ſolo excepto Chriſto) eam conſolan
de dicebat: *Quæro Creatorem, & ideò*
*videndum omnis creaturæ; non quæro Angel*
*cit me & Angelos: non quæro Angelos, ſed*
*lorum Dominum.*

3. Deprecare Beatiſſimam Virginem,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] ad oſculum ſanctiſſimorũ Vulnerum Diuini ſui [illegible] enim inuitatio eius efficax eſt, ac ſimul virtutem [illegible] illam ibi ſubminiſtrabit. Accipe exemplum [illegible] Magdalenæ, quæ cuiuis inuitationi Mundi [illegible] Carnis nuncium mittens nullum aliud agnoſcebat [illegible] quàm ipſa Vulnera Chriſti, & non niſi vitali illo [illegible] ſpiritu, quem ex ſacris vulneribus medius ſan[illegible] oſculis ſuauiter trahebat. Oſculare & tu amoriſe[illegible] vulnera, & ſuge illum Sanguinem, liquorem pre[illegible] cœleſtem, Diuinum.

## Consideratio XIV.

### *Inuitatio ad intrandum in Vulnera Chriſti.*

O *Cæcitas filiorum Adæ* (exclamat S. Bonauentu[ra]) *qui per hæc vulnera neſciunt intrare in Chri*[ſtum]. An ignoratis quod Chriſtus eſt gaudium Bea[torum]: cur ergò tardatis per ſui Corporis foramina in [eius] gaudium intr[o]ire?

*Ecce aperta eſt ianua Paradiſi: ecce lignum vitæ, [illegible], quàm in ſtipite perfoſſum. In quibus fora[minibus] [illegible] pedes, id eſt, affectus poſueris, non poteris cape[illegible].*

*Ecce apertus eſt Theſaurus Diuinæ Sapientiæ & Cha[ritatis] æternæ. Intra ergò per vulnerum aperturam, & [illegible] magnâ delicias obtinebis,* & intellectus lu[mine] cœleſti, & affectus conſolatione æternâ replebi[tur].

## Consideratio XV.

### *Modus intrandi in Vulnera Chriſti.*

NOn poſſumus corpore aut animâ intrare in vul[nera] Chriſti, vt notat S. Bonauentura; ſed puro [ſpiri]tu, qui eſt pars ſuperior animæ ſecundum intelle[ctum] & voluntatem. Hic ſpiritus, iuxta eundem S. [illegible], debet eſſe *in ſpiritu, & ſupra ſpiritum, & ſine ſpi[ritu]*; [illegible] elevatus ſupra corpus, ſupra animam; ita [illegible] deficiens ſiue à ſeipſo ſeparatus ſe transformet in Deum, & dicat cum Propheta: *Deficit in ſalutare tuum* [anima] mea. Ad hanc eleuationem & ſeparationem

*De tribus itin. ater. d. 3.*

*Pſal. 118.*

erigendi ſunt oculi amanti Crucifixum ... aſſiduam orationem & mortificationem, ...

Hebr. 4. eſt à Domino ex pleno affectu, *qui, vbi vi...* *tingens vſq; ad diuiſionem animæ & ſpiritus*

S. Bona. de perfec. vit. c. 7. 2. Anima hoc modo ſpiritualis effecta ... gredietur intrando, vt idem S. Bonauentura ... ſolùm *Intuendo* cum S. Thoma *in manibus ... clauorum, nec ſolùm mittendo manum ſuam ... ſed per latus ingrediendo ad cor eius, vbi clau... fixa, & lanceâ Charitatis transuerberata, ... ſideret, quàm in Cruce mori cum Chriſto, ... cum Paulo: Chriſto confixus ſum Cruci: Viuo ... ego, viuit verò in me Chriſtus.*

3. Ubi Anima ingreſſa fuerit in vulnera ... ſti, excæcatis eo ſanguine oculis, & ligata ... tatis, non exibit illinc in æternum. Id ſibi ... rat S. Bonauentura: *Oculis ſanguine repleti ... Charitatis vbiq; circumflexus reuerti nequ...* dera, *quantùm & ex quanto* paſſus ſit, & quo ... debiſque maius fuiſſe vulnus, quod ab amo... quàm quod à ferro, lanceâ, & clauis. Qu... eiusdem amoris iaculis configi.

## Consideratio XVI.

### *De corde, quod vulneribus Chri... ſauciatum eſt.*

S. Bona. Stim. c. 1. 1. Cor vulneribus Chriſti ſaucium eſt be... eſt ſignum prędeſtinationis *O vulnera ... vulnerantia, & mentes congelatas inflamm... ctora adamantina liquefacientia præ amore: ... do, ſpes noſtra!* O vulnera amorifera, quæ ... veſtro Sanguine corda & pectora etiam adam... rumpitis, ſauciate corda noſtra vitalibus plag... ribus, quæ ſemper iisdem per actus Fidei, Spei ... tatis impreſſa maneant, & ſic efficiemur ... *cedo.*

2. Imitatio Chriſti Crucifixi virtutum ... eius *actu* neceſſaria eſt; imitatio verò Paſſio... perum corporis *in præparatione animi*; quia, ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Thomas, filius adoptiuus aſſimilari debet quàm ma-
[gis] filio naturali, & membra Capiti conformanda
[sunt]: & Paſſio Chriſti, vtpotè cauſa vniuerſalis non at- 3. p. q. 5. a. 1.
[tin]git effectum ſuum abſque cooperatione hominis, vt q. 83. a. 2. n.
[cau]ſæ particularis. 8.

Quamobrem exhortatur nos S. Apoſtolus Petrus,
[dic]ens: *Chariſſimi, nolite peregrinari in feruore*; vel, vt 1. Petr. 4.
[alii] legunt, *nolite mirari in viſione*. q. d. Cùm in Schola
Chriſti neceſſaria ſit Paſſio, nolite mirari, quando mor-
tificatio, inſtar ignis, vos adurit. *Sed Chriſto in carne*
*paſſo eadem cogitatione*, (aut, vt alii legunt, *eadem conuer-*
*ſatione, & imitatione*) *armamini*. Arca, in qua con-
ſeruatur Gratia, duabus diuerſis clauibus cuſtoditur, ne-
que vna abſque altera aperiri poteſt. Hæ ſunt Crux
noſtra, & Chriſti; vulnera Chriſti, & noſtra. Clauis
Paſſionis Chriſti ſemper parata eſt, ſed neceſsè eſt ei
noſtram iungi, quod eſt cooperari & compati.

3. Secundùm S. Bonauenturam conſiderari debent Stim p. 3. c.
vulnera Chriſti *ad imitandum & compatiendum*. Et 7.
hæc debet eſſe noſtra conſolatio, ſubiungit idem ſanctus
Doctor, progreſſus in hac imitatione, ex qua naſcitur
condolentia, ſentiendo dolores & pœnas perſonæ
amatæ, & per imitationem expreſſæ, tanquàm pro-
prias.

Meditanda ſunt *ad admirandum & exultandum*.
Admirando immenſam Charitatem Dei; ſimulque ex-
ultando de fructibus vulnerum, de redemptione generis
humani, de reſtauratione Naturæ Angelicæ, & Gloriæ
Dei. Idque cauſabitur ab imitatione.

Conſideranda ſunt *ad reſoluendum & quieſcendum*;
ſe in Chriſtum transformando, & quieſcendo in eius
ſanctiſſimis & dulciſſimis vulneribus ſepoſitâ omni aliâ
ſollicitudine; & hoc ipſum pariter ex imitatione naſce-
tur. Undè poterimus dicere: *Venerunt*
*nobis omnia bona pariter* Sap. 7.
*cum illa*.

## Consideratio XVII.

### *De Amore, Dolore & Valore ſeu pre[...] Vulnerum Chriſti.*

Iſa. 53. 1. V*Vlneratus eſt propter iniquitates noſtra[s].*
Cauſa vulnerum Chriſti non fuêre cla[...]
cea, ſed tua peccata. Vulneratus eſt Chriſtu[s]
Amore ad ſolam vtilitatem tuam, vt te liberar[et]
catis & morte, nec non gratiam & veram co[...]
tam. Idque totum pręſtitit absque intuitu [...]
prii commodi. Porrò hanc amoris puritat[em]
imitaberis, quærendo in omnibus rebus, no[n]
Philip. 2. *ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti.*

2. Dolor Chriſti iuxta immenſitatem [...]
immenſus: & maior extitit dolor, quo [...]
peccata tua, tuamque damnationem condol[...]
fuerit de propria crucifixione & morte. H[...]
rem & dolorem aſſiduè ruminabis immerſus [...]
Chriſti, rogabisque Dominum, dicendo c[um]
guſtino: *Scribe, Domine, vulnera tua in cord[e]*
*tioſo tuo ſanguine, vt legam in eis amorem tuum [...]*
*mnendum pro te omnem amorem; dolorem tu[um]*
*ſtinendum pro te omnem dolorem.*

Sancta quædam anima, quæ ſimilem ad D[...]
debat orationem, exaudita fuit à Deo. F[...]
hunc in modum orare ſolebat: Scribe, miſeri[...]
mine, vulnera tua in corde meo pretioſo tuo [...]
vt in eis dolorem pariter & amorem tuum le[...]
ſim; & præſta, vt hæc vulnerum tuorum me[...]
duè cordi meo impreſſa maneat. Elapſo al[...]
poris ſpatio obtinuit fructum orationis: qua [...]
gnum illum theſaurum ſacrorum ſuorum Vul[...]
timo cordis eius ſcrinio impreſſit; & tanto q[...]
dolore, ac ſi carni ipſius viuaciter ſacra illa [...]
fuiſſent. Et quando ſic ſauciata fuit, anima [...]
ſus curata manſit, ſimulque, vt ipſamet att[...]
alia plura dona, quæ petierat, obtinuit.

Intenſiſſimus omninò fuit dolor, quem C[...]
D. N. in quinque vulneribus ſenſit. Primò, pr[...]
cum, in quo ea paſſus eſt; manus namque & pe[...]

ſunt partes maximè neruoſè & ſenſitiuæ. In his carnes claui dilacererunt, terebrarunt venas, perruperunt neruos & arterias cum incredibili ſpaſmo Domini.

Maximus quoque extitit idem dolor ob vehementem & violentam corporis diſtenſionem, quam cauſarunt carnifices, vt & manus pedesque deſignatis foraminibus applicarent: fuitque hæc diſtractio ſimilis pœnæ equulei, & maior. tanta namque fuit, vt pectoris totiusque corporis oſſa omnia ſigillatim dinumerari potuerint. Ut præterea benè cũ Propheta, qui eadẽ iamdudum dinumerata præviderat, potuerit dicere: *Dinumerauerunt omnia oſſa mea*: omnes namque illa ſigillatim dinumerare poterant. *Pſal. 21.*

Præterea, ſicut ob pondus corporis in equuleo poſiti ſemper creſcit dolor, & tandèm fit intolerabilis: ita & Chriſto in Cruce pendenti aggrauabantur dolores, & creſcebant accedente nouâ & carnis & neruorum laceratione, neruorumque & arteriarum attritu. Adiungebatur continua oſſium diuulſio & luxatio, quibus omnibus ita creuerunt Chriſti dolores, vt intenſiores eſſe nequiuerint. Eos vt nobis patefaceret & declararet, clamauit ad Patrem? *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* *Matth. 27.*

Inter tot tantosque dolores nullus maior, aut acutior Chriſtum pupugit quàm tua ingratitudo. Quare S. Bernardus in perſona Chriſti exclamat, dicendo: *O homo, vide, quæ pro te patior: non eſt dolor, ſicut quo crucior: ad te clamo, qui pro te morior: vide pœnas, quibus afficior: vide clauos, quibus confodior: cum ſit dolor tantus exterior, interior eſt planctus grauior, cùm te tàm ingratum experior.*

1. Valor horum ſanctiſſimorum vulnerum cauſatus eſt ab vnione eorum cum infinita Perſona Verbi: & non ſolum in ſeipſis Deifica ſunt, ſed in illis nos transformamur in quoddam eſſe ſupra humanum & Diuinum. Ita clamat S. Bonauentura: O *Paſſio amabilis & admirabilis, quæ ſuum mediatorem alienat, & non ſolùm reddit Angelicum, ſed Diuinum.* *S. Bonav. Stim. p. 3. c. 1.*

## CONSIDERATIO XVIII.

### *De Clauis, quibus Vulnera reſerata.*

1. REpertos à Sancta Helena clauos, vulneru[m]
cauſas, accepit Conſtantinus filius, & vn[um]
dèm galeæ ſuæ innexuit, alterum fræno equ[i]
um in mare Adriaticum demiſit. Primus c[...]
*S. Ambroſ.* telam contra inimicos; ſecundus, vt equum
tercius vt mare placaret, & (quod præſtitit) [...]
redderet. Eosdem affectus in nobis efficie[t]
ria illorum clauorum & Paſſionis Chriſti. P[...]
bitur caput noſtrum, hoc eſt, ſuperiorem p[...]
lectus & voluntatis ab inſultibus inimicoru[m]
um. Secundò, conſtringet & refrenabit [...]
ſus. Tertiò, vigente hac memoriâ non m[...]
tempeſtatibus Mundi huius: quinmò inſtar [...]
ponti erunt ad transportandum nos & noſtr[...]
ſtem gloriam.

2. Non permiſit Chriſtus euelli clauos à m[...]
*S. Aug.* pedibus, niſi poſt mortem, vt nos doceret, [...]
*tempus in hac vita euellendi clauos de Cruce.* [...]
remus igitur in Cruce cum Chriſto, non de[...]
de Cruce, nequidem ſub prætextu conuert[...]
dum; ſed expectemus, donec alteriùs manib[...]
namur.

3. Claui naturâ ſuâ duri ſunt, at dulcedine [...]
Sanguinis Chriſti hebetati. *Claui ſunt, ſed* [...]
*Sanguine Chriſti.* Quapropter canit Eccleſ[ia]
*lignum, dulces clauos.* Dulcedinem induerunt [...]
quo aperuerunt vulnera, ſeque immerſerunt in [...]
nem Chriſti, qui eſt fons perennis omnis ſua[...]
dulcedinis.

## CONSIDERATIO XIX.

### *Vulnera Chriſti immutauere clauo[s] [...] clauos Paradiſi.*

*S. Bern. ſer. 61. in Cant.* 1. CLauis reſerans eſt clauus penetrans, ait S. B[...]
dus. Quilibet clauus Chriſti eſt reſeran[...]

[...]rans: & quilibet *reſerat, quia penetrat*: & vnus effectus non ſeparatur ab alio. Eſt clauis & clauus: eſt clauis, quia tibi aperit & reſerat cœlum: eſt clauus, quia tibi carnem transfigit. Vnde ſi fugis mortificationem claui, ſcito, nec te obtenturum conſolationem mediante hac claue reſerandam.

2 Sanctus Carolus pedem ſuum clauo transfigi paſſus eſt, dum comitaretur proceſſionem in eundem collis montis finem. Voluit cum hoc clauo ſupportare tormentum, veluti clauum, vt eodem gauderet tanquàm claue. Non aperit & reſerat hic clauus, in quantum ferrum; ſed in quantum Sanguine Chriſti deauratus eſt. *Sanguis Chriſti, Clauis eſt Paradiſi*. Ingredere igitur in oſtium tribulationis, at Sanguine Chriſti factum in[...]cearum vitæ. S. Hieron.

3 Quid hæres, quid cogitas? In Chriſto *non fuit clauus tantùm reſerans; ſed etiam penetrans* (*Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam*) ſperabis forsan te ab hac lege fore excipiendum, aut aliam pro te legem condendam, & clauem, quæ non ſit ſimul clauus, tibi fore ſubminiſtrandam? falleris profectò, & toto aberras cœlo. Hanc igitur veritatem, vt certiſſimam, & ſtabili nixam fundamento crede. Clauus tribulationis cum patientia ſupportatus eſt clauis Paradiſi: neque vlli poteſt eſſe clauis Paradiſi: ſi primò ei non fuerit clauus tribulationis. *Non eſt Clauis reſerans, niſi primò ſit Clauus penetrans.* Permitte igitur, vt te penetret, cum eum tibi loqui audias: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi: ſuſtine, & ſaluaberis: ſuſtine Clauum, & habebis Clauem*: cunctos ſuperando inimicos, qui tibi cœlum ingreſſuro obſtaculo eſſe poſſent. Luc. 24.

Sanctus Edmundus Epiſcopus Cantuarienſis Dœmonem in virtute Sanguinis Chriſti adegit ad ſignificandum ſibi, quo potiſſimùm modo ſuperari poſſet: *Adiuro te per aſperſionem Sanguinis Chriſti, in quo facilius te vincere poſſim.* Reſpondit Dæmon, Deo ſic ordinante: *Ipſo, quod nominaſti.* Illius Sanguinis iam nominati virtute facilè vincor.

## Consideratio XX

## *Cor Chriſti Vulneratum Thymiama ſuauiſſimum.*

1. IN templo antiquæ legis ante *Sancta ſanctorum*
Altare Thymiamatis: ſupra quod igne de cœ
ſcendente varia accendebantur aromata & incen
Propitiatorio Gloriæ Dei, quod erat ſupra Ar
Sanctuario, ſuauiſſimum exhiberent odorem.
miama ſummè odriferum eſt cor Chriſti vulnera
Templo Dei viuo, puta, in ſanctiſſima ſua Hum
te. Ex hoc, igne Diuini amoris accenſo, odorife
funditur fragrantia laudis & gloriæ æterni, ſui P

*Beda lib. de Templo Salom. c. 12*

2. Thymiamata pariter, ad exemplum cordis
ſti ſunt corda Juſtorum & Sanctorum. *Qu*
*vicinia oraculi ſunt poſiti: quia, deſertu infimis*
*tionibus, de ſolo Regni cœleſtis ingreſſu omnem cur*
*pendunt, & ſpiritualium orationum, & cœleſtium*
*riorum odoramenta, per ignem interni amoris, in*
*ſui Conditoris offerunt*

3. Verùm ignis Altaris Thymiamatis deſum
ex Altari Holocauſti. Si cupis accendi in amo
gloriam Dei, primò mortificationis igne ardea
sè eſt.

## Consideratio XXI.

## *De Lancea, quæ Chriſti latus adaperuit.*

1. USi ſunt lanceâ crudeles miniſtri aperienda
Chriſti, vt intelligerent, an obiiſſet; &
*S. Brigitt. l. 7. c. 15.* ſuperuiueret, vt eo vulnere deſineret ſpirare.
lancea lateri cum magno furore & rabie, ita
*S. Cyprian. de dupl. Mart.* *am partem corporis videretur lancea pertranſiſſe*
*uenit vſq; ad cordis ipſius transfixionem, vt*
*quid reſederat Sanguinis in corde.* Undè dedit
omnem Sanguinem, etiam modicam illam
*S Iſid. Pell. dif. nat.* quæ ad cor confugerat.

2. Miles vulnerans dicitur fuiſſe Longinus,
*Sanguinis Chriſti, cùm eſſet altero oculo priuatus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... eſt extrà, & intra *lumine fidei: & Epiſcopus fuit & Martyr.* O Lancea benedicta, Clauis cœli, quæ aperiendo Cor Chriſti, cœlum quoque nobis aperuiſti.

3. Tranſfixit lancea carnem & cor Chriſti; oſſium tamen nullum fregit & perrupit: *Os non comminuetis ex eo.* Os eſt ſymbolum Diuinitatis, quæ in Paſſione fuit impaſſibilis: ſignificabat inſuper Sanctos Martyres, exemplo Chriſti animatos, in perſecutione abſque confractione perſeueraturos. Demùm ſignificat ipſas Chriſti virtutes, quæ nunquàm in tantis doloribus defecere: non potentia, non charitas in proximum, & ſic de reliquis. Io.16.

## Consideratio XXII.

### *Quod per vulnus lateris intratur in Cor Chriſti*

1. Porta, per quam intratur in amantiſſimum Cor JESU, eſt latus lanceâ apertum. Nonnulli dicunt, vulnus fuiſſe inflictum ſiniſtro lateri, in quo cor reſidet: eodemque vulnere & latus & cor fuiſſe ſauciatum. Vulgatior tamen ſententia eſt, fuiſſe in dextro, idque ipſum indicat ſacra ſindon, & communis Crucifixi pictura: fuit nihilominùs tàm profundum hoc in dextro latere vulnus, vt ad cor in ſiniſtro latere exiſtens etiam pertingeret; quo te doceret, vbi intrare & quieſcere debeas. S. Bona. Rich.

2. Verùm hoc cordis Chriſti domicilium non petit domi incolam, quàm cor tuum. *Fili præbe mihi cor tuum*, vt illud in meo collocem. O fœlix vnio, iucunda poſſeſſio, fœliciſſima in corde Chriſti commoratio! Prov.23.
Verùm cor noſtrum ſemper famelicum & inquietum nullo alio ſaturari, in nullo alio, præterquàm in corde Chriſti, ceu centro ſuo, conquieſcere poteſt. Aſt inter vtrumque cor, veluti inter locum & locatum proportio ac ſimilitudo intercedat, neceſſè eſt.

Cor Chriſti, vt S. Bernardus aſſerit, fuit bis ſauciatum: primò Amore, deindè dolore: primò ſpiritualiter, deindè corporaliter: primò oculis ſponſæ, deindè ferro lanceæ. Quamobrèm bis replicat vocem, *Vulneraſti*, cum dicit: *Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum. Ac ſi apertè diceret: quia zelo Amoris* S. Bern. to. 2. de Paſſ. c.3.

tui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tui vulneraſti me, lanceá quoque militis vulnera* *Et vulneratur lanceâ furoris, qui prius vulnera* *lanceâ Amoris.*

Simili modo vt cor tuum ſit dignum cœ ſti, duplici vulnere hiet, amoris & doloris. Pri quàm recipias vulnus à ferro, fateare te vulnera ris iaculo, vt anima tua dicere valeat: *Vulnerata* *tate ego ſum.*

3. Hæc eſt ratio, inquit S Bernardus, ob qu cti Martyres erant in tormentis quaſi inſenſibile

De Paſſ. Dom. c. 3.

enim ampliùs viuebant, ſed erant amore mortu *rentur Martyres, rident; feriuntur, & gaudent* *tur, & ecce triumphant. Quare? Quia morti* *tu emortui, nec minas, nec mortem ſentire potuer* fœlix mors Amoris, quæ te inſenſibilem in torm in tyrannis inſuperabilem reddit. *O bona mors* quitur idem Bernardus, *vitam conferens: bona* *mortem contemnens.* Ad hanc mortem aſpi mea, petendo illam à Domino quàm efficaciſſi nimò, vt mortua, te ſepeli in nobili illo & ſacr chro cordis Chriſti. Priùs tamen laua te in Sang Aqua, quæ fluunt ex latere, & cum Sancto precare: *Laua me, Domine, ab iniquitate mea,* *cato meo munda me; vt purificatus per te, in C* *merear habitare. O quàm bonum! O quàm* *habitare in corde Ieſu! Bonus theſaurus, bona mar* *quam, foſſo agro Corporis Ieſu, inueniemus! O qu* liciter quis renunciaret Mauſeolis terrenis, vt ſe in corde Dei!

## CONSIDERATIO XXIII.

### *Vulnera Chriſti corporalia ſuperata à ſpiritualibus.*

Apud. D. Henric. de Theol Myſt

1. S. Bernardus loquens in perſona Chriſti ait: *dis afflictionem afflicto? Magis me* *vulnera peccati tui, quàm vulnera corpor* Plùs me affligunt vulnera ſpiritualia per peccata inflicta, quàm corporalia à clauis & lanceâ cauſa

2. Quodlibet peccatum mortale quinque vulnera Chriſto infligit. *Primum eſt, quod eſt prouocatiuum Diuinæ vindictæ. Secundum iniuriatiuum ſummæ Maieſtatis. Tertium, maculatiuum animæ. Quartum deſtructiuum tertius Regni Gratiæ & Gloriæ. Quintum, obligatiuum æternæ pœnæ.* Et propter ſummum Amorem, quo Chriſtus ferebatur in Gloriam Patris & ſalutem animarum, ſentiebat hos in corde affectus, ceù quinque vulnera acerbiſſimi doloris. *D. Hen. vbi ſup.*

3. Quapropter ait Apoſtolus de peccatoribus, quod *rurſum crucifigunt Filium Dei.* Tùm quia eandem crucifixionis cauſam, quæ fuit peccatum, renouant: tùm etiam, quia renouant eundem effectum, ſi non in vulneribus ſanguinis, ſaltèm in plagis & vulneribus doloris. *Hebr. 6.*

## CONSIDERATIO XXIV.

### *De conditionibus Sanguinis ex vulneribus Chriſti manantis.*

1. VIdit Ioannes fluuium, qui irrigabat & fœcundabat Ciuitatem Dei. *Oſtendit mihi fluuium aquæ vitæ,* quæ habebat tres conditiones: primò, erat aqua limpidiſſima & puriſſima, ceù cryſtallus. *Splendidum tanquam cryſtallum.* Secundò, exibat è ſede Dei & Agni. *Procedentem è ſede Dei & Agni.* Tertiò, ab vtraq; parte fluminis videbatur lignum vitæ. *Et ex vtraq; parte fluminis lignum vitæ.* Per hunc fluuium alii intelligunt Spiritum ſanctum, qui à Patre Filioque procedit: Alii ipſam gratiam Spiritus ſancti: alii Gloriam. Nos, aliis ſenſibus myſticis omiſſis, per aquas huius fluminis intelligamus Sanguinem è vulneribus Chriſti manantem, & vniuerſam Ciuitatem Dei fœcundantem. Ab hoc enim Sanguine originem ducit, quidquid eſt in Paradiſo pulchrum, vernans. In illo reperiuntur tres explicatæ conditiones: primò namque, eſt puriſſimus, quia & eſt compoſitus ex ſanguine puriſſimo Virginis, & eſt vnitus perſonæ Verbi, quæ eſt *Apoc. 22.*

ipſa

ipſa per eſſentiam puritas. Ipſa denique
Chriſti nec volentis, nec valentis contrahere
quid niſi huius Sanguinis puritatem docet?
hic Sanguis non eſt puri hominis, ſed hominis
*& Agni*) Tertiò, circumdatur ligno vitæ:
Sanguinis eſt Gloria & Vita æterna.

2. Conſidera, vbinam ſit vera huius vitæ
*Beati* (ſubdit idem Ioannes) *qui lauant ſtolas*
*guine Agni*. Beati, qui mundant & purific
ſuas in Sanguine Agni. Quod fit conſidera
ctus plenâ, nec non vulnerum & Sanguinis
ditatione. *Vt ſit poteſtas eorum in Ligno vitæ*
virtute illius Sanguinis fruentur ligno beatæ
vitæ. *Et per portas*, quæ ſunt ipſa vulnera
*Ciuitatem* beatæ Patriæ.

3. Apparuit in viſione cuidam adoleſcenti
ciuitas ſupra montem poſita, ſed vallata
magno flumine. Hinc alliciebat amœnitas
abſterrebat fluuius pertranſeundus. Dum
cit dubius, ecce videt quoſdam homines in
mine veſtimenta lauantes, quos quidam
habitu diſſimilis adiuuabat. Rogauit, quid
uè agerent; ad quem ille diſſimilis: Ciuitas
*Apoc. loc. c.* eſt: hi lauant *ſtolas ſuas in Sanguine Agni*; vt
per pœnitentiam mundi effecti digni ſint,
tem ſanctam admittantur: *Ego ſum Ieſus C*
*cuius auxilio nemo ſaluari poteſt: ſi vis ad*
*peruenire, hæc eſt vita*. His dictis euanuit
leſcens verò Monaſterium adiit, factusque
agnouit, præſentes Religioſos eos eſſe, quos
ùm in viſione viderat lauantes *ſtolas ſuas*
*Agni* mediâ mortificatione & pœnitentia.

## Consideratio XXV.

### *Vnguenta pro Vulneribus Chriſti*

1. Vulnera Chriſti vngere debemus ment
manu, ſignificatis per tres Marias (
*S. Bern. de Reſurr. ſer. 1. Mar. 16.* nardum) quæ poſt Chriſti mortem *emerunt*
*venientes vngerent Ieſum*. Vnguenta ment

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

(ſecundum expoſitionem Hugonis) ſunt *Contritio, Compaſſio, Deuo-* *Hugo ibid.*
tio; Linguæ: *Oratio, Confeſſio, Prædicatio*; Manus: ſe-
ptem opera Miſericordiæ.

2. Tria alia vnguenta docuit Chriſtus vnam ex dilectis ſponſis, quibus ſua inungeret vulnera: Suauitatem Diuinæ fruitionis: Dulcedinem cordis Virginis, Deuotionem ſuæ ardentiſſimæ charitatis: quia in ſanctiſſimis Vulneribus gaudemus tota Paradiſi dulcedine, in gaudio Diuinitatis, in ſuauitate Humanitatis Chriſti, & in dulcedine cordis Virginalis Mariæ.

3. Conſidera igitur in Vulneribus Chriſti Solem Diuinitatis, quomodò illuminet: ignem ardentem Charitatis Chriſti, quomodo inflammet: Sanguinem puriſſimum & dulciſſimum Virginis, quàm ſufficientem ſubminiſtret materiam vt ſit noſtræ redemptionis pretium.

## Conſideratio XXVI.

### *Cur Chriſtus elegerit mortem Crucis.*

1. Elegit Chriſtus D. N. mortem Crucis ignominioſiſſimam, & dolorum feraciſſimam, non ſolùm quia *S. Thom. 3.*
Iuſtitiæ & Miſericordiæ congruebat; ſic enim ſatisfa- *p. q. 46. a. 1.*
ctum Deo *de rigore iuſtitiæ* mediâ iuſtitiâ Chriſti, nobis verò ſumma charitate & miſericordiâ donati: ſed etiam vt exemplo Chriſti diſceremus non formidare mortem pro gloria Dei; & vt per quinque vulnera, veluti per totidem portas ingreſſum in cor amoriferum nobis pateſceret.

2. Tormentum Crucis pœnoſiſſimum erat, & in ſceleratos & mancipia exercebatur, immunes ab eo erant homines liberi. Morienti in cruce acclamabatur: *Sen. ep. 102*
*Hoc viuere eſt diu mori, vulnus ſuum premere, inter ſupplicia tabeſcere, perire membratim, per ſtillicidia quaſi animam emittere potiùs, quàm ſemel exhalare.* Hanc eandem moriendi rationem ſpectabat Paulus, cùm diceret: *Factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis.*

3. Ad hanc Crucem & crucifixionem, ſi non corporalē, ſaltem ſpiritualem inuitantur ſerui Chriſti; vt dicant cum Apoſtolo: *Chriſto confixus ſum Cruci*; vt conclauent cum Chriſto in eadem Cruce intellectum volunta-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tem, potentias, ſenſus. Quod ſi armoris ch[...]
tem cum re amata, amor Chriſti vniet a[...]
cum Chriſto in eadem Cruce.

*Cæſar. lib. 8 c. 18.* Refert Cæſarius, Chriſtum Crucifixum [...]
decim eiuſdem Religionis ſimiliter crucifi[...]
Religioſo apparuiſſe, dixiſſeque: *Hi ſoli ex c[...]*
*gatione mecum crucifixi ſunt, meæ Paſſioni [...]*
*conformantes*: Addit ibidem Cæſarius, hanc [...]
nem fieri per humilitatem, patientiam, ob[...]
clauo humilitatis affigi pedes, manum ſiniſ[...]
patientiæ, dexteram clauo obedientiæ: Ma[...]
claui iſti infiguntur, eſſe ſpem cœli, & timore[...]

## CONSIDERATIO XXVII.

### *De modo Crucifixionis Chri[...]*

*Hieron. Auguſt. in Pſal. 21. Meditat. Vita Chriſti c. 28.*

1. NOnnulli ſanctorum Patrum exiſtima[...]
D. N. fuiſſe affixum Cruci in terra pro[...]
verò, quorum princeps S. Bonauentura, ar[...]
minum noſtrum in aëre crucifixum, cùm [...]
eſſet. Modum huius crucifixionis præfatus S[...]
ſcribit his verbis: *Hinc modum Crucis dilige[...]*
*Ponuntur duæ ſcalæ, vna retrorſùm ad brach[...]*
*altera ad ſiniſtrum brachium, ſuper quas m[...]*
*dunt cum clauis & martellis. Ponitur etiam [...]*
*parte anteriori attingens vſque ad locum, [...]*
*pedes affigi, & cogitur Ieſus per illam aſcende[...]*
*ſuperiorem partem illius ſcalæ prauenit, ad C[...]*
*vertit, & manus in excelſum extendens, [...]*
*Crucifixoribus. Aſpicit in cœlum Patri dic[...]*
*ſum, Pater mi, vſque ad Crucem me humiliari [...]*
*amore & ſalute generis humani. Placet, acce[...]*
*me tibi offero, quos dediſti mihi. Qui autem r[...]*
*eſt, accipit manum eius dexteram, & eam f[...]*
*affigit: ſimiliter & alius accipit manum ſiniſ[...]*
*hendo quantum poteſt, crucifigit. Deſcend[...]*
*ſcalis remouentur omnes ſcalæ, & alius per p[...]*
*poteſt, trahit corpus, & corpore ſic extenſo, eius p[...]*
*clauo duriſſimo.*

2. Conſidera circumſtantias myſterii Cru[...]
Primò crucifixus eſt totus nudus, partim [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad confuſionem & erubeſcentiam, & vt ſuâ nuditate
nuditatem tegeret: partim vt nobis exemplar ſummæ pau-
pertatis exhiberet. Qualis in Paradiſo, ait Ambroſius, *lib. 10. in*
homo primus habitauerat, talis ad Paradiſum homo ſe- *Luc.*
cundus intrauit. Secundò, repoſita eſt ei corona ſpinea,
quæ fuerat, dum veſtis inconſutilis detraheretur, excide-
rat. Hæc corona ſita ſanctiſſima Mater D. Brigittæ reue- *lib. 1. c. 10.*
lauit, *quæ tam vehementer Caput Filii mei pupugit, vt ex San-*
*guine fluente repleientur oculi eius, obſtruerentur aures, &*
*barba tota decurrente Sanguine deturparetur.* Tertiò, di-
ſtentus fuit in Cruce, velut in equuleo. *Manus & pedes*
*eius quemadmodum cum fune trahebant ad loca clauorum, ita*
*vt omnes nerui & venæ extenderentur, & rumperentur.*
Quartò, vt maiorem ei inferrent dolorem, infixerunt
clauos per eas manuum pedumque partes, quæ neruo-
ſiores ſunt. *Ea ex parte perforabant manus & pedes,*
*qua ſolidius erat.* Quintò, pedes Cruci affixi ſunt duo-
bus clauis, vt præfatæ Sanctæ relatum fuit: *deindè dex-* *loc. cit.*
*trum pedum crucifixerunt, & ſuper hunc ſiniſtrum duobus*
*clauis.* Quamuis alii legant, & *inſuper ſiniſtrum duobus* *Lanſperg.*
*clauis*, ſuo clauo cuilibet pedi attributo. Sextò, ictus *de Paſſ.*
malleorum, ſecundùm aliquos, fuêre ſexaginta qua-
tuor, quorum plurimi ex rabie & furore in ipſas manus
& pedes immediatè decidebant. Septimò, conſidera cum
nonnullis Sanctis, quod ad firmandos per refractionem
clauos conuerſâ Cruce Chriſtum pronum in terram
Iudæi coniecerint, & tanto Crucis onere preſſerint.
Adde longe blaſphemias, ſitim, fel, trium horarum te-
mporis frigus, quod patiebatur ob defectum non veſti-
mentorum tantum, quibus ſpoliatus erat; ſed etiam carnis &
pellis, quæ vel dilacerata, vel abſtracta erat a plurimis
corporis partibus.

Aſpice, qualiter crucifixus ſit tuus Dominus: Flu-
unt vndique ſacratiſſimi Sanguinis riuuli ex vulneribus
manuum, pedum, capitis, & totius corporis, quæ à cla-
uis, ſpinis, flagellisque, ſicut & ab illa violenta veſtium
detractione aperta fuerant. Et quamuis totus à vertice
ad plantam pedis vſque ſit ſaucius ac plenus doloribus
grauiſſimis, non tamen quæritur. *Foſſis manibus & pedi-*
*bus non loquitur: de ſpinis ſuum caput pungentibus non*
*queritur.* Et quod ſtupori meritò eſſe poteſt, immemor

tanti ſui doloris, memor tuæ calamitatis, pro te
precatur. Benedictus ſit tantus Amor! Te
exiſtas, dona ei cor tuum inſignitum ſancti
vulnerum imagine.

## Consideratio XXVIII.

### *Vulnera Chriſti liberant à Purgat*

1. QVemadmodum virtus vulnerum Chri
nita in remittendis culpis; ita quoque
eſt in ſatisfaciendo pro pœna peccatis debi
mittendis debitis per peccata contractis ipſis
in Purgatorio exiſtentibus. Conſidera, quomo
illæ animæ ignis illius flammis, ceù catenis
ligatæ ab iiſdem nonniſi per potentes Saluato
at vulneratas, liberari poſſint.

2. Summa earum deuotio, quâ feruntur
vulnera, meretur, vt quantocyùs ab illis Purg
nis eripiantur, Quando Saluator poſt morte
ad Inferos, non liberauit, iuxta S. Thoma
quotquot ibidem exiſtebant, animas; ſed eas
quæ, cùm adhuc viuebant, ardentiorem hab
tionis ſpiritum erga ſacra eius vulnera & mo

lib. 5. c. 17. 3. Sancta Gertrudis pro animabus Purga
ſolebat quinque *Pater noſter*, & totidem *Au*
vulnera Chriſti, ſummo amoris affectu eade
do in ſalutem illarum animarum. Quâdam
hoc deuotionis exercitium pro aliqua pia a
geret, oſculatura vulnus lateris conſpexit ex
ſanguinem & aquam cum certo quodam vapo
pariter intellexit liberationem illius animæ.
tio plùs prodeſt, & maius confert emolume
crificio Miſſæ, quando iàm eleuatur Hoſtia,

Ex Chron. Min. veluti legitur de Beato Joanne de Aluerni
cram eleuaret Hoſtiam, ſimul Deum exora
morem ſanctiſſimorum Chriſti vulnerum
diam animabus Purgatorii exhibere digna
vice vidit è Purgatorii pœnis exeuntem m
marum cateruam, *vt multitudinem ſcintilla*
*gna & ardente fornace prodeuntium.*

## Conſideratio XXIX.

### *De Corona ſanctiſſimorum Vulnerum Chriſti.*

Continet hęc corona in ſe quinque decades, quarum quælibet diuiſa eſt in quinque *Pater noſter*, & quinque *Aue Maria*. In *Pater noſter* conſiderabis dolores Chriſti: in *Aue Maria* dolores Beatæ Virginis. Adhæc in quolibet vulnere noua gratia, nouumque beneficium petes; in vulnere pedis ſiniſtri remiſſio peccatorum, in vulnere dextri acquiſitio virtutum, maximè fortitudo aduerſus tentationes: in vulnere manus ſiniſtræ liberatio ab Inferno; in dextrâ adeptio Gloriæ; in vulnere lateris purus amor Jeſu & Mariæ. Et in fine cuiuslibet decadis dices:

*Sancta Mater. iſtud agas,*
*Crucifixi fige plagas*
*Cordi meo validè. Amen.*

Denique ad quinque vltima ſignacula recitabuntur quinque alia *Pater noſter*: tria in honorem trium clauorum, & duo in honorem lanceæ & Crucis.

## Conſideratio XXX.

### *Salutatio ſanctiſſimorum Vulnerum Chriſti.*

O *Salutifera Vulnera dulciſſimi mei Ieſu Chriſti, ſaluete, ſaluete, ſaluete in omnipotentia Patris, qui vos dedit, in ſapientia Filii, qui in vobis ſuſtinuit. in benignitate Spiritus ſancti, qui in vobis noſtræ redemptionis opus perfecit.* His verbis deuota quædam à Deo aſpirata ſalutabat vulnera ſanctiſſima Saluatoris. *S. Mechtild in eius vita.*

1. Saluete monumenta charitatis, teſtimonia Obedientiæ, ſigna Juſſionis paternæ, & pretia Redemptionis noſtræ. Saluete fortitudo Martyrum, patientia Confeſſorum, gaudium Apoſtolorum, gloria Sanctorū omniū.

3. Saluete, Saluete. Sanctificate animas noſtras in potentia Patris, in ſapientia Filii, in bonitate Spiritus ſancti. Saluate nos ab æterna damnatione, & ſanctificate nos in veſtra dilectione cum abundantia veſtrarum gra-

giarum in hac vita, & cum plenitudine glori
Amen.

## *De modo dicendi Coronam ſanctiſſi rum vulnerum per actus internos.*

COrona vulnerum etiam dici poteſt menta
variis actibus intellectus & voluntatis. In
vulnere elicies tres actus intellectus, conſ
amorem, dolorem, & valorem illius vulneri
actus voluntatis agendo gratias, de quibus
Corona vocali.

In quinque ſignaculis elicientur pariter ali
actus iuxta modum ſequentem.

1. In ſignaculis primæ decadis vulneris pedi
elicies quinque actus confuſionis tuiipſius. Pr
gnoſces te eum, qui es, nihil, infirmum, peccat
cundò, talem te æſtimabis. Tertiò, deſiderabis
quoque de te opinionem alii habeant. Quartò
des te coram omnibus creaturis, conſiderando
libet, quod à Deo habet; in te verò id, quod
Quintò, cum omni patientia ſupportabis qua
aduerſitatem, dicendo cum bono latrone: N
*iuſtè, nam digna factis recipimus*, imò *inferiora*
vt qui Infernum meruimus.

2. In ſignaculis ſecundæ decadis pedis d
quinque actus imitationis Chriſti elicies. Pri
imitaberis in zelo propriæ perfectionis. Se
zelo ſalutis & perfectionis proximi. Tertiò in
riæ Dei. Quartò, viues cum Chriſto
*Chriſto confixus ſum Cruci.* Quintò, deſiderab
pro Chriſto: *Amore amoris tui moriar, qui am
ris mei dignatus es mori.*

3. In ſignaculis tertiæ decadis vulneris manu
elicies hos quinque actus amoris Dei. Primò
bis in animo. Secundò, lætaberis. Tertiò,
omnem honorem extrinſecum creaturarum.
conformabis te ſanctiſſimæ ipſius voluntati.
deſiderabis ipſum videre, eoque frui, facie

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4. In ſignaculis quartæ decadis vulneris manus ſiniſtræ elicies quinque actus amoris proximi. Primò conſiderabis eũ, vt Filium Dei, vt Fratrem Chriſti, pretioſo eius Sanguine redemptum, vt templum Spiritus ſancti. Secundò, deſiderabis ei omne bonum. Tertiò, propones te eibenefacturum verbo & opere, conſideratis hiſce Chriſti verbis: *Quod vni ex minimis feciſtis, mihi feciſtis.* Quartò procurabis ſalutem animæ eius. Quintò, offeres pro ipſo vitam tuam.

5. In ſignaculis vltimæ decadis vulneris lateris Chriſti elicies quinque actus deſiderii vitæ alterius. Primò, contemptus vitæ præſentis, vt vilis & momentaneæ. Secundò, æſtimationis vitæ futuræ, vt infinitæ & æternæ. Tertiò, eã à Domino petes. Quartò, offeres in pretium quinque vulnera. Quintò, diriges omnes cogitationes, verba & opera *ad maiorem Dei gloriam & ad vitam æternam.*

Propoſitum, quod ex hac meditatione excerpetur, erit perfecta obſeruatio illarum trium vocum, *Inſpice, Abſtine, & Suſtine.* Inſpicies cogitatione vulnera Chriſti, & affectu eadem inhabitabis. Aſtinebis eorum amore ab omnibus huius vitæ conſolationibus. Et Suſtinebis hilariter mortificationes quaſcunque tibi contrarias in Sanguine Chriſti, & Gratia Mariæ.

LAUS DEO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX

*Faſciculi Myrrhæ, ſivè Conſiderationum ſuper plagas & vulnera Chriſti D. N.*

## Lib. I.

## Vulnera Chriſti.


| | |
|---|---|
| Porta templi. | Pag. 12 |
| Nubes fœcundæ. | 13 |
| Facunda linguæ. | 14 |
| Roſæ cœli floridæ. | ibid. |
| Fontes Vivi. | 15 |
| Rota Divini Amoris. | 17 |
| Magnes Cordium. | ibid. |
| Mamillæ Divinæ. | 18 |
| Syllogiſmi Amoris. | 19 |
| Divina Cælatura. | 20 |
| Sedes Eccleſiæ. | 21 |
| Hoſpitium Animæ. | 22 |
| Mortificatio Vitalis. | 23 |
| Theſauri Eccleſiæ. | 24 |
| Fundamenta cæleſtis Ieruſalem. | 25 |
| Fores æternæ Gloriæ. | 26 |
| Signacula ſeu Sigilla Cordis. | 27 |

*Arma Myſtica.*
Gaudium Hominis.
Prætioſæ monetæ.
Medicina cæleſtis.
Fornax charitatis.
Effugium in Iudicio.
Fodinæ Gratiæ.
Menſura veri Gaudii.
Cifræ myſticæ.
Nidus Divini Amoris.
Penſum ſolius Amoris.
Admiratio Creaturæ.
Victoria de noſtris inimicis.
Centrum Creaturæ.
Opus noſtræ Redemptionis.
Beatitudo Creaturæ.
Confortatio in Adverſis.
Mors peccati.
Media prædeſtinationis.
Scrinia pretioſa.
Teſtimonia perpetui Amoris.
Medium impetrativum.
Incentivum Charitatis.
Lux occulta & manifeſta.
Sors beatæ.
Amor Sanctiſsimæ Trinitatis.
Signa & Nuncia pacis.
Exedræ cæleſtes.
Zelus Animarum.
Idea Martyrum.
Incentivum Martyrii.
Fortitudo Martyrum.
Confortatio Martyrum.
Gaudium Martyrum.
Gloria Martyrum.

# INDEX.


... B. Virginis Mariæ. 61

... Univerſi. 62

... Arca Noe. 63

...gium peccatorum. 64

...a vitæ. 65

...tatorum Arcæ. ibid.

...re rubrum. 66

...arum cordis. 67.


## Lib. II.


Chriſtus Vulneratus.

...ſio Animæ. 69

Jeſus vulneratus.

...icanus Amoris. 70

Salvator vulneratus.

... æternæ Gloriæ 71

Jeſus vulneratus.

...mor triumphans. 72

Verbum vulneratum.

...ber ſcriptus. 74

Chriſtus vulneratus.

...culum admirabile. ibid.

Jeſus vulneratus.

...quila volans. 75

Chriſtus vulneratus.

...ſiderium Animæ. 76

Verbum vulneratum.

...ber vitæ. 77

Chriſtus vulneratus.

...plementum meritorum. 78

Verbum vulneratum.

...morale ſive Chirographum Amoris. 80

Jeſus vulneratus.

Turris fortitudinis. 81





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

18. De Claris, quibus vulnera reſerata.
19. Vulnera Chriſti immutavere clavos, in ... Paradiſi.
20. Cor Chriſti vulneratum Thymiama ſuav...

21. De lancea, quæ Chriſti latus adaperuit.
22. Quod per vulnus lateris intratur in cor Chri...
23. Vulnera Chriſti corporalia ſuperata à ... libus.
24. De conditionibus ſanguinis ex vulneribus ... manantis.
25. Vnguenta pro vulneribus Chriſti.
26. Cur Chriſtus elegerit mortem Crucis.
27. De modo Crucifixionis Chriſti.
28. Vulnera Chriſti liberant à purgatorio.
29. De corona ſanctiſſimorum vulnerum Chri...
30. Salutatio ſanctiſſimorum vulnerum ...

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# ITINERARIUM, Pro Futura Vita.

*Deprompturn*

*Ex ſpiritualibus exercitiis in congregatione Equitum ſub Titulo*

Nativitatis
B. MARIÆ VIRGINIS

*In domo profeſſa Societatis IESV, Neapoli datis*
Anno M. DC. XLIII.

Cum adjunctione alicujus epiſtolæ unius móribundi ad Mundanos.

*Et cujusdam libelli ſupplicis ab agonizante quodam*

JESU Redemptori exhibiti.

*AVTHORE*

*Reverendiſſimo Patre*
P. VINCENTIO CARAFFA,
*aliàs,*
Aloyſio Sidereo Societatis JESU
Præpoſito Generali.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AD

# ITINERARIUM

## Pro Futurâ Via & Vitâ.

### INTRODUCTIO.

QUod ſi homines mundani in exterâ aliquam, & longinquam migraturi regionem, pro fœliciori itineris progreſſu & ſucceſſu, quem avidè deſiderant, juſtâ de cauſâ ſibi conficiant aliquod itinerarium, ſeu diarium viæ, quam inituri ſunt; diſtribuendo eam in certos ac determinatos dies, difficultates etiam, quæ ſuboriri poſſunt, prævidendo, ut eò ſecuriùs deſideratum itineris & viæ attingant terminum: æquiori ratione Homo Chriſtianus, cui iter nimis oblongum & prolixum ſuſcipiendum, & ex hoc Mundo alio migrandum eſt, hanc curam & diligentiam adhibere debet, prævidendo & conſiderando dies, & viam, quam ingreſſurus eſt, ut abſque omni impedimento, fœlici omine, ſecundiſque eventibus optatum æternæ ſalutis portum attingere valeat. Quapropter in hac ſecunda parte, in quâ de proximâ diſpoſitione ad mortem tractatur, ſuffragante & auſpice ſanctiſ-

ſimâ Dei Matre conficietur aliquod veluti i
rarium ſeu diarium , quod pro regulâ & in
ctione eorum , quæ infirmo à principio in
tatis ſuæ ad ultimum uſque mortis punctum
agenda ſunt , inſerviet : & totum reduce
novem capita , quæ erunt veluti novem
Haba. 3. à Propheta nuncupata *Itinera æternitatis*: q
verus Chriſtianus debitâ cum diligentiâ p
cerit , ad fœliciſſimum æternæ gloriæ peri
terminum. Enimverò, ut bene moriaris,
ſatis eſt, te benè vixiſſe ſanum ; ſed bonam v
in infirmitate quoque continues, & bonitat
ad mortem uſque ſanus pariter & infirmus D
glorifices, neceſſe eſt. Primum igitur iti
itinerarij erit de eo, quod fieri debet in p
& progreſſu infirmitatis. Secundum de
mento , quandò & quomodò condend
Tertium de inſinuatione mortis , quo
danda & recipienda ſit. Quartum de ſan
mis Sacramentis Confeſſionis , Viatici, &
tremæ Unctionis. Quintum de tentati
& remediis. Sextum de quibusdam pr
tionibus. Septimum de nonnullis dev
exercitiis tempore morti proximo perag
Octavum de judicio particulari. Non
ultimum de fine & termino mortis, puta, d
quod poſt mortem eveniet.

*De iis, quæ in principio & progreſſu infirmitatis fieri debent.*

# Iter Primum.

## TITUL. I.

IN principio infirmitatis eodem modo, quo Chriſtus D. N. ſub Paſſionis ſuæ initium ſe geſſit, nos quoque gerere debemus, recurrendo ad ſanctam orationẽ, & reſignationem, orando & reſignando nos Divinæ Voluntati, eademque verba, quæ Chriſtus dixit, proferenda ſunt: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, veruntamen non mea, ſed tua voluntas fiat*; in omnibus & per omnia Divinæ tuæ Voluntati me reſigno. Volo hoc idem, quod tu, volo hanc infirmitatem veluti à te immiſſam & ab æterno ordinatam in bonum & ſalutem animæ meæ: accepto tam non patienti & prompto duntaxat: ſed etiam læto animo & ſecundùm rectæ rationis dictamen, conſiderando, quod *Infirmitas non eſt ad odium, ſed ad amorem*: eâ namque mediante, noſtra expurgas peccata & culpas, remittis pœnas, paſſiones mortificas, adauges gratiam, addisque coronæ gloriæ complementum. Denique, ut vocat optimè S. Gregorius: *Meliùs eſt ardere flammâ ſiorum; quàm igne vitiorum.*

*Oratio & Reſignatio.* *Matth.27.* *Vide exemplū 2 & 3.* *D. Aug.* *Vide exemplū 4 & 5.* *lib. 3 Mor. c. 7.*

Hoc idem documentum nobis tradit Spiritus ſancti, dicens: *Ora Deum, & ipſe te curabit, averte à delicto, & dirige manus.* In quibus verbis tria continentur documenta ab infirmo infirmitatis tempore obſervanda: primum, *Ora Deum, & ipſe te curabit.*

*Eccleſ. 38.* *Tria documenta pro infirmo.* *Oratio.*

Priùs oratione & reſignatione ad Deum, quàm ad me-
dicos recurre, & major erit ejus gloria, majus
animæ tuæ bonum, *te curabit*, tibique ſalutem
*Contritio.* Secundum documentum, *averte à delicto*, elic
veros contritionis actus, & ſubitò confitendo,
tanges radicem, remediumque adhibebis cauſ
*S. Baſil.* jus mali, quia, ut docet S. Baſilius: *Morbi*,
*reg. 5.* *ſunt peccatorum.* Tertium documentum:
*Propoſitū.* *manus*, firmum deinceps emendationis faciend
poſitum. Et cum hac diſpoſitione ac præpar
orationis & reſignationis, contritionis & confeſſ
lecto nos committemus propter amorem Ch
quemadmodùm Chriſtus Cruci ſe commen
propter amorem noſtrum, & ſicut Cruci
Chriſti præſens aſtitit Mater ejus; ita in prin
infirmitatis noſtræ procuremus præſentiam
ſimæ Virginis, offerendo & conſecrando ei
tias infirmitatis, ut unà cum Paſſione Filij eam
æterno Patri in ſatisfactionem peccatorum noſ
ad majorem ejus honorem & gloriam. Et hæc
quæ in principio infirmitatis fieri debent, dix
ciant: modò, quidnam in illius progreſſu faciend
ſubiiciemus.

*Vſus Sacra-* Increſcente morbo duplici armaturâ potentiſſ
*men. Exer-* communire debemus, nimirùm, uſu ſanctiſſimor
*cit. virtut.* cramentorum, & exercitio virtutum.

Quod attinet ad uſum Sacramentorum, præ
*Confeſſio* mologeſin ſub morbi initium inſtitutam, de
*generalis.* majori cum diligentiâ generalem etiam
*Frequentio* neceſſe eſt (ſi tamen eam non præmiſiſſe
*particula-* ante morbum, eâque ſibi ſatisfactum cre
*ris Confeſſ.* præterea durante morbo ſæpè confiteatur,
eſto nova ei haud occurrat materia; quia
Sacramenti nova gratia, novaque pœnar
Purgatorio expiandarum acquiritur remiſſio
ultra confeſſionem expedit quoque nonnunq
devotione ſanctiſſimam ſuſcipere communionem,
*Communio* ſertim in ſolemnioribus feſtivitatibus Chriſti D
*frequens ex* ejusque ſanctiſſimæ Matris, quod ſi domino
*devot.* commoditas & licentia hanc recipiendi, eam pro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

per Parochum, quia cùm ſanctiſſimum Sacramentum ſit verus cibus animæ, quam in Divinâ conſervat gratia, & à peccatis præſervat, tanto bono, perſeverante morbo, in quo & ejus moleſtia affligimur, & eò vehementiùs ab inimici ſuggeſtionibus impugnamur, nequaquàm nos privare debemus.

*Vide exemplum 6. uſque ad ul.*

Quod virtutum concernit exercitium, ſeptem virtutes inter alias infirmis admodùm neceſſariæ ſunt.

*Septem virtutes infirmis neceſſaria.*

Prima eſt præſentia Dei: & quandò infirmus ob magnam capitis debilitatem meditari & contemplari non poſſet res Deum concernentes ſimplex earum memoria, veluti S. Dorotheus diſcipulo ſuo Doſitheo ſuadebat, ei ſufficiet, recordando Deum ibidem eſſe præſentem, qui nos & noſtra inſpiciat. Ultra præſentiam Dei præſens quoque ſibi imaginabitur ſanctiſſimum Sacramentum, reficiendo ſeſe frequenter ſpirituali communione, Chriſtum Crucifixum, ſanctiſſimam Matrem, Angelum ſanctum Cuſtodem ſuum.

*Prima præſentia Dei.*

Secunda virtus erit ſancta reſignatio, reſignando te prorsùs in manus Dei, & inſtar ceræ mollis diſponendo te ad quamcunque recipiendam figuram & formam, aut vitæ, aut mortis, è manibus Dei. Et tam excellens & dignus eſt actus iſte, inquit Bloſius, *ut qui ita eſt reſignatus, nec Inferni, nec Purgatorij ſubibit pœnam*; cujus rationem ſtatim ſubdit: *Quia ſicut nihil Inferni, vel Purgatorij pœnæ cadere poteſt in Deum; ſic nec in hominum ſic per amorem in Deum unitum.*

*Secunda, Reſignatio.*

*Bloſ. ex vit. PP. cap. 22. liberat à pœnis Inferni & Purgat.*

Tertia virtus eſt contritio, qualis eſt dolor de peccatis, in quantum ſunt offenſæ Dei, quem ſuper omnia amare debeo, & cum propoſito nunquam ipſum ampliùs offendendi. Hujuſmodi actus frequenter repetendi ſunt: etenim ſemper nobis diſplicere debet, nos offendiſſe Deum, tametſi per revelationem nobis innotuiſſet, cuncta nobis peccata eſſe remiſſa; Quamobrem Beati quoque in cœlo habent contritionem, quia diſciplicet eis, quod in

*Tertia. Contritio.*

*S. Tho. 3 p. q. 48. ar. 3.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hac vitâ peccando Deum offenderint, eſto hanc diſ… centiam habeant ſine dolore, cujus ſunt incapaces … pter ſtatum glorioſum, in quo conſtituti ſunt.

*D. Auguſt. Quandò cōtritio ſit vera.*

D. Auguſtinus hoc ſuppeditat ſignum, qu… gnoſcere poſſimus, quando contritio ſit vera, vid… ſi Deus tibi diceret: quotieſcunque impoſterum … caveris, non te caſtigabo, nec ullam tibi pœnam … gam, at idipſum me ægerrimè laturum ſcito, & … hoc ſolum motivum non offendendi Deum abſ… nihilominùs à peccato, & te peccaſſe doleres, h… verus actus contritionis, *quoniam times non dam… ſed ne diſpliceas oculu Dei*, non enim pœnam tam… diſplicentiam Dei times.

*Quarta, Patientia.*

Quarta virtus erit patientia, ſemper ob ocul… ſtatuendo exemplum Chriſti, *qui propoſito gaudi… nuit Crucem*: ita Chriſtianus cum patientia ſuffer… bet malum temporale pro bono æterno, quod ſi… ponit, & ſperat.

*Quinta, Actio gratiarum.*

Quinta eſt gratiarum actio, toto corde grati… do Deo de omnibus iis, quæ diſponit & ordin… propriam tuam perſonam, quia totum id eſt e… amoroſæ & paternæ ejus Providentiæ. Neque … beneficium, quo quis mediante infirmitate ad b… ſanctamque ſe diſponat mortem, omnibus … ceſſum eſt; plurimi namque ſubitaneæ ac … tinæ morti ſuccumbunt. Gratias igitur Divin… feres Bonitati, quod te hujusmodi inviſen… mitate, ſimiliter de omnibus doloribus, trib… nibus, & adverſitatibus, quas in eâ ſu… gratias ages, diceſque, veluti Seraphicus ſanctus … Franciſcus in ſuis infirmitatibus dicere ſolebat: G… *ago tibi, Domine, de omnibus doloribus meis, … ut centuplum, ſi tibi placuerit, addas: … mihi ſit ſumma conſolatio tua voluntatis … pletio.*

*In vita S. Franciſ.*

*Petitio plurium paſſionum.*

*Sexta virtus, cultus Divinus. Fides. Spes. Charitas.*

Sexta erit cultus & adoratio Dei mediis virtu… Theologicis, Fide, Spe, & Charitate, crede… ſperando & amando æterna & cœleſtia bona, … Chriſtus pretioſiſſimo ſuo Sanguine nobis prom… & quidem mediante Charitate in nobis excita…

perfectiſſimum quendam illius actum, nimirùm, magnum deſiderium videndi Deum, dicendo cum Apoſtolo: *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.* Et cum S. Bernardo: *Deſidero te millies, mi IESV, quando venies, me lætum quando facies, me de te quandò ſaties.*

*Deſideriū videndi Deum*

*S. Bern.*

Septima & ultima virtus eſt perſeverantia, poſtulando eam frequenter à Domino per merita ſanctiſſimæ Paſſionis ſuæ, & per Beatiſſimæ Virginis Matris ejus intercesſionem, quia *ſola coronat*, ſubjungendo inſuper orationem S. Franciſci: *Concede mihi, dulciſſime IESV, ut in nullâ tribulatione, anguſtiâ & dolore à te recedam,* & nullâ infirmitatis doloriſque occaſione te offendam: tribue, quæſo, ut hoc corpus meum ob infirmitatem, non me impediat aut retardet à tuo ſancto ſervitio; imò hanc mihi digneris exhibere gratiam, quam exhibuiſti illi Sancto, qui dicebat: *Hæc caro nec juvat ſana, nec impedit infirma.* Tantam is habebat libertatem & dominium in corpus ſuum, ut nec à corpore ſano emolumentum vel auxilium, nec à corpore infirmo perciperet impedimentum,

*Hiſtor. S. Franciſ.*

*Conſtantia in dolorib.*

*In vitis SS. Patrum.*

Et hoc pro primo itinere ſufficiat, in quo infirmus recurret ad primum Angelorum chorum, ut præcelsam Matrem & Reginam pro perfectâ eorum, quæ in eo præſcribuntur obſervantiâ deprecari digneris. Deinde eandem exorabis Virginem, quatenus à Filio ſuo per merita pretioſiſſimi Sanguinis ejus præfatam impetret gratiam: unde hoc primum iter dedicabitur potentiſſimæ Matri Dei, tanquàm Angelorum Reginæ, Secundum tanquàm Reginæ Archangelorum, Tertium veluti Reginæ Principatuum, & ſic conſequenter uſque ad nonum chorum. Unde novenarius itinerum numerus correſpondebit novem Angelorum choris ſub dominio & imperio præcelſæ Dei Matris, cunctorum Angelorum Reginæ, ut anima tua in tranſitu ad futuram vitam præfatos choros ſibi adſciſcat comites.

*Recurſus ad novem Angelor. Choros.*

*Et ad Deiparā Virg. eorum Reginam.*

## *Confirmatur Exemplis.*

# TITULUS II.

*Infirmitas donũ Dei.* INfirmitas eſt donum Dei , & nonnunquàm ...
ipſa ſanitate.
1. *Epiſ. Aqu. in vitâ S. Petri.* Sanctus Petrus nunquàm Petronillam priſtinæ ...
reſtituere ſanitati , dicens , quod *ſic expediebat* ...
ejus.
Et Sanctus Paulus propter eandem rationem ...
curare Timotheum ſuum Diſcipulum.
2. *S. Chryſoſt. Hõ. ad pop. Antioch.* Legitur in vita SS. Patrum , quod unum coro...
gulis annis inviſere ſolebat Dominus gravi ...
infirmitate. Subſecutus fuit annus, quo Deo ...
cuit ſolito eundem affligere morbo ; qua de cauſa ...
3. *In vitis SS. PP.* correptus timore Deum ſibi indignatum , ac ...
in pœnam occulti cujusdam delicti ſolitum ...
denegari favorem exiſtimabat : unde ſummâ ...
potuit , inſtantia gratiam illam à Deo repetiit, ...
tinuit.
Infirmus quidam acceſſit Religioſum alium ...
4. *In vitis SS. PP.* ctæque vitæ , ut dignaretur exorare Deum pro ...
randa priſtina ſalute. Reſpondit ei Sanctus : ...
*mori paratior es, infirmus, aut ſanus?* & cùm ille ...
deret : infirmus ; ſubjunxit vir ſanctus , & ego ...
Deum , ut ſemper in ſolita tua te conſerve...
mitate.
5. *S. Ant. p. 2. tit. 6. c. 20.* Sanctæ Marthæ uno anno anticipato Deus ...
lavit diem mortis ſuæ , *in quo toto laboravit,* ...
infirmitatem illam eo meliùs ſe diſponeret ad ...
tem.
6. *Hiſtor. S. Franc.* S. Franciſcus de Aſſiſio invicta claruit patien...
perfectiſſima reſignatione in Deum tempore ...
tatis ſuæ , & in præmium tantæ virtutis De...
miſit ei de cœlo Angelum , qui ei morbum ...
nonniſi Paradiſi inveſtituram eſſe aſſeruit , ...
xit : *Et nunc te inveſtigio* : præterea unicum ...
medium ad lucrandum inæſtimabilem ac ineffa...

quæ gloriæ theſaurum longè excedentem cunctos
Mudi theſauros, tota licet terra converteretur in
aurum, lapides in gemmas, totaque oceani aqua in
balſamum.

Religioſus alius in quadam ſua infirmitate, quæ 7.
tribus continuis duravit annis, quibus ſummos ſuſti- S. Brig. l. 6.
nuit dolores, non dicebat aliud, quàm JESU digniſ- c. 3.
ſime Deus, miſerere mei, conſervando hoc ſanctiſſi-
mum nomen ſemper in ore & corde ſuo.

Sanctus Fulgentius Epiſcopus in extremis conſtitu- 8.
tus doloribus, ſemper incredibili cum patientia hæc Surius 1.
repetebat verba: *Domine, modò patientiam, poſteà in-* Ian.
*dulgentiam.*

Sanctus Bernardinus ſenenſis per quatuor menſes 9.
continuis fuit agitatus febribus, doloribusque acer- S Anton. 1.
biſſimis, in quibus ſæcularem adhuc agens vitam nul p tit 24. c.
lum prorſus tædij impatientiæque oſtendit ſignum; ſed
in omnibus *gratias agebat Domino* IESV CHRISTO,
*animadvertens, quod virtus in infirmitate perficitur.*
Et advertit ſanctus Antoninus, Deus immiſit ei hanc
infirmitatem, corporiſque afflictionem *ad cumulum*
*meritorum ſuorum.*

## *Quandò & Quomodò condendum ſit teſtamentum.*

## Iter Secundum.

### TITUL. I.

Quoad tempus, quo condendum eſt teſtamentum, S. Aug. de
conſulit D. Auguſtinus, id faciendum eſſe eo curâ anim.
tempore, quo optima adhuc gaudes valetudine: *Fac Teſtamen-*
*teſtamentum, dum ſanus es, dùm ſapiens es, dùm tuus es, tū quando*
*quis in infirmitate blanditiis & minis duceris, quò tu condendū*
*non vis.*

Hoc idem conſilium approbatur à Juriſperitis: *Te-* Navar.
*ſtari valens ſanus, vel in principio morbi id faciat.* Manua.
Verum, c. 26.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Condendũ in ſtatu gratia.* Verùm, ut ſciatur in quonam ſtatu id faciendum
advertendum & curandum eſt, ut condatur in ſtatu
gratiæ; quia teſtatori in peccato exiſtenti opera,
quæ ex teſtamento fieri præcipit, non eſſent ad
*vitam æternam*, quia non eſſent meritoria gloriæ
pro pœnâ ſatisfactoria. Quod ſi verò contigerit
mentum conditum fuiſſe in ſtatu peccati, teſtator
redit ad ſtatum gratiæ, ratificare debet teſtamentum
& offerre Deo omnia legata & opera pia, quæ
fieri ordinavit, ſic enim merebuntur augmentum
riæ in cœlis, & pœnæ relaxationem in Purgatorio.
Præterea teſtator omnia diſponere debet *ſecundum*
*voluntatem, & ad majorem Dei gloriam*, ut non
pia duntaxat, ſed etiam alia indifferentia ejus
animæ.

*Modus condendi Teſtamentum.* Quò ad modum, quo condendum eſt teſtamentum,
hunc accipe: quia teſtamentum *eſt teſtificatio*
declaratio *juſtitiæ*, qua cuilibet redditur, quod
eſt, Anima DEO, cor Virgini, corpus terræ:
*D. Auguſt. apud S. Anton. de Vita Clerico. p. 3. tit 10. c. 1.* *cipe terra, quod tuum eſt, accipiat* DEUS
*ſuum eſt*, Inimicis pax, creditoribus debita
fateatur, nec ea, uti debebat, ſolverit
ubi poterat) hæredibus ſubſtantia ſeu bona,
peribus eleemoſynæ, animabus in Purgatorio
*Debita ſolvi debent in vitâ.* gentibus ſuffragia, animæ ſuæ Miſſæ
aliaque pia opera: in quo meritò obſervandum
ſancti Auguſtini conſilium: *Moriens ſic faciat,*
*ſæpè hortatus ſum, unum filium habet, putet*
*S. Aug. l. c.* *ſtum alterum, duos habet, putet Chriſtum*
*decem habet, Chriſtum undecimum faciat:*
non adjudicet totam ſubſtantiam Filiis. Neque
quod animæ ſuæ concernit ſalutem, curam
tat hæredibus conſanguineis. Hujuſmodi
mines, opinione Seraphici Patris ſancti Francisci
*S. Franciſ. Opuſc. Ep. 2. c. 13.* à Deo ſunt maledicti: *Maledictus homo,*
*ſpem ſuam in homine.* Et hæc eſt via ſecurior
*S. Greg.* S. Gregorius, *agere per ſe, quàm poſt mortem*
*agi per alios.*

In hoc ſecundo itinere teſtamenti conſiderandum
eſt, quàm exigua ſit habenda ratio &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bonorum temporalium, quanti verò pretij æſtimatio-que ſint bona ſpiritualia, quæ uſque ad Thronum Dei deferuntur, ut ibidem infinitum æternæ gloriæ recipiant præmium.

Quamdiu igitur in præſenti vita ſani & incolumes vivimus, horum & non illorum bonorum theſauros nobis comparare ſatagamus. Et hæc de ſecundo itinere, quod correſpondebit choro ſecundo Angelorum ſub protectione Reginæ eorum, veluti dictum fuit in fine primi itineris.

## *EXEMPLA.*

## TIT. II.

Christus Dominus noſter ſuum in ultimâ cœnâ 1.
condidit teſtamentum, hæreditatem proprij cor- *Suarez.*
poris & ſanguis aſſignando Eccleſiæ; & in Cruce de- *tom.2.3.p.*
inde aliud compoſuit per modum codicilli, alia con- *diſp.37.*
ſignando legata, Matrem Joanni, & Joannem Matri, *ſect.4.*
Bono Latroni Paradiſum; præterea remiſit inju- *Exempla*
rias, & ſanctiſſimam ſuam animam commendavit *quibus in-*
Patri æterno. *ſtruimur*

De ſanctiſſima ejus Matre ſimiliter legitur, morti *ad ritè te-*
proximam feciſſe teſtamentum ſuum, & dixiſſe: *ſtandum.*
*Non ſolùm animam, ſed etiam corpus meum DEO tra-* 2.
*di, non terræ.* Et per ſanctum Joannem duas exilis *Metaphra.*
proprias veſtes, quas habebat, tradi curavit duabus *de dormit.*
Virginibus pauperculis: & ultimò *ſuſtollendo manus,* *B. V.*
*ut erat conſentaneum, benedixit Apoſtolis, qui erant* *Damaſc.*
*congregati.* *orat. de dor*

Sanctus Fulgentius Epiſcopus hæreditatem ſuam *mit. B. V.*
pauperibus reliquit, veluti ſuis hæredibus. 3.
Sanctus Satirus frater S Ambroſij interrogatus, qua- *Sur. 1. Ian.*
le in morte componeret teſtamentum, nullum facere 4.
voluit dicens: *Deus diſpenſatores nos, non hæredes reli-* *Sur. 17. Sep.*
*quit, & hæreditas ſucceſſoribus quæritur, diſpenſatio*
*pauperum obligatur.*

Sanctus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Sanctus Joannes Eleemoſynarius condendo
5. *In ejus vi-* mentum morte inſtante dixit : *Tertia pars*
*tâ.* ex omnibus bonis mihi ſupereſt ; hanc quo
beo dari pauperibus , qui ſunt mihi fr
Chriſto.

Sanctus Ludovicus Rex Franciæ teſtamento
6. ſanctum Filio reliquit monitum : *Fili mi , an*
*Sur. 21.* *eam rem diligenter incumbe , ut diligas Deum ;*
*Aug.* *cave , ne unquàm peccatum aliquod mortiſe*
*mittas.*

Sanctus Antonius Magnus teſtamento reliqu
7. *Sur. 17. Ia.* bus ſuis hoc piiſſimum monitum memoratu d
*Ieſum ſuſpirate , & hoc ſanctiſſimum nomen*
*mentibus.*

## *De inſinuatione & admonitione m qua ratione danda & recipienda ſit.*

# Iter ſeu dies III.

## TIT. I.

Multùm intereſt , ut quis ritè rectèque in admonitione mortis, tàm is qui mone qui monetur ; quare de utroque breviter mus.

*Mors inſi-* Quò ad primum , tria tractanda ſunt : p
*nuãda in-* quod infirmus omni ratione de morte
*firmo in-* monendus ſit , quotieſcunque Judice Medico
*ſtante vita* bile adeſt vitæ periculum. Multi concurren
*periculo.* ditionem parentum ſuorum & amicorum ,
in parte torpidi ſunt & negligentes , ſub p
apparentis cuiusdam pietatis , eſtò vera ſi
dicunt etenim , hujuſmodi intimatione turba
mum, eique mortem acciri & accelerari ;
ſi id verum eſſet , conſultius eſſe , ſalutique a

magis utilius, quod paulò citius moriatur, & ſalvetur, quàm quod tardiùs moriatur, & damnetur: & duobus ſimul concurrentibus periculis & mortis temporalis corporis, & mortis æternæ animæ, neceſſe eſt, potiùs huic, quàm iſti ſuccurratur, adhibeaturque remedium.

*Et quandò adhuc eſt ſana mentis.*

Secundùm, quod adverti debet, eſt, præfatam admonitionem dandam eſſe debito tempore, quandò infirmus ſanæ mentis viriumque compos eſt, ut ad fœlicem ex hoc mundo abitum ritè ſe diſponere poſſit: quare non expectandum eſt tempus illud, quo jam in deſperationem actus, rectoque rationis uſu & viribus orbatus eſt; ſed ſufficit, ſi judicio & opinione Medici probabili vitæ periculo laboret.

*Periculum mortis, nulla ſpes vitæ proponenda eſt.*

Tertium eſt, hujusmodi admonitionem reſolutè faciendam eſſe, proponendo infirmo duntaxat proximum mortis periculum, nec ullius ſpei vitæ mentionem faciendo; experientiâ namque comprobatum eſt, quod, cum infirmo proponitur ſpes ſalutis corporis, totum ſe tradat conſiderationi & cooperationi illius, & vix cogitetur ſalutis animæ. Non abſimilis huic eſt caſus eorum, qui moriuntur per manum Juſtitiæ, qui, quamdiu adhuc ſubodorant aliquam ſpem gratiæ, ſuſpenſi, & ab illa expectatione abſorpti, vero reſolutoque animo non ſe diſponunt ad confeſſionem & converſionem ad Deum. Ut igitur infirmus in negotio adeò neceſſario ſecurus reddatur, à ſeipſo hoc conſilium & reſolutionem capere, non ab aliis expectare deberet, ſupponendo, ut benè edvertit S. Antoninus, quod ipſamet infirmitas, ipſaque febris quandò continua eſt, *nuntius mortis eſt*: & pro majori insuper ſecuritate, ne à paſſione & amore proprio ſeducatur, judicando malum, quo opprimitur, eſſe rem magni momenti; omni, quo poteſt, animi fervore ſalutem animæ ſuæ, utpotè rem ſummæ conſiderationis, commendare debet Confeſſario ſuo, vel alicui amico fideli ac timenti Deum, qui occurrente caſu, in quo eſt timor & periculum probabile mortis, eundem moneat, neque humanum aut temporalem habeat reſpectum.

*S. Ant. p. 1. tit. 1. c. 1.*

*Infirmo adeſſe debet Amicus fidelis, qui eum de periculoſo ſtatu moneat.*

Quan-

*Infirmus de morte certior factus recurrat ad Deum.*

Quantùm ad ſecundum , nempè quò ad mod[um]
quo recipienda eſt mortis intimatio ; primum
infirmus facere debet , eſt, ut ſubitò recurrat ad
& ad ſanctiſſimam Virginem , exorando Deum
concedat vires , quibus tanquàm verus &
ſervus Dei infirmitatis moleſtias patienter ſuſt[ine-]
ſit , dicendo eadem verba , quæ Chriſtus D[ominus]
ad mortem iturus dixit : *Pater , venit hora,*
*fica filium tuum , ut filius tuus clarificet te.* O
æternæ , jam appropinquavit hora illa per te ob
determinata , qua præſentem vitam deſerere,
futuram inchoare debeo. *Venit hora* , finis t
ris , æternitatis principium , ſuccurre mihi ſa
gratia , dando mihi tui ſancti luminis cla
ut juxta debitum meum in præſenti occaſione
ſanctum tuum honorare ac glorificare valeam

*Recipiat mortis nũcium hilari corde.*

cundò ea animi promptitudine hanc admon
ſeu inſinuationem mortis acceptare debet , ac
acciperet ex ore Dei , qui ita diſponit pro
placito in noſtrum bonum & emolumentum
ei faſtidium ingerere debet , quod non
diſpoſitus veluti optaret , quia , juxta S. Au[g.]
doctrinam , ſolus ille actus , quo mortem
Deum acceptare contentus eſt , & quia ita
& jubet voluntas Dei ſanctiſſima , optimus
talis , ut ex ſe ſolo ſufficientiſſima ſit diſp[oſitio ad]
mortem. Unde dices cum David : *Para[tum cor]*
*meum Deus , paratum cor meum, cantabo, & p[ſal-]*
*dicam* , & bis cum eodem ſancto Propheta
petes : *Paratum cor meum* , declarando te &
& mori paratum eſſe : *paratum ad adverſa,*
*tum ad proſpera, paratum ad humilia, paratum*
*mia , paratum ad univerſa , quæcunque præc[e-]*
cum hoc actu , hacque diſpoſitione *cantabo*
in æternum.

*Pſal. 21.*

*S. Bernar. ſerm. 2. in Quadra.*

*Monitus de morte renũciet Mundi negotiis.*

Tertium , quod infirmus facere debet ,
ſubitò nuncium mittat cunctis mundi negoti[is,]
*clauſo oſtiò* cordis , & etiam ( ubi fieri poteſt
biculi , ſolum invigilet , attendatque negotiis
nullum deinceps dando locum viſitationibus ,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…tis, neque permittendo, ut ei adſint uxor, filij aliæque perſonæ, quæ eo tempore infirmum inquietum reddere, & ab unione cum Deo abſtrahere poſſunt. Denique optimum & rationi valdè conforme eſſet, ut tempore illo, excepto Confeſſario, Medico, & quodam Religioſo, qui infirmo aſſiſtunt, & orant pro eo, nullus alius conclave ſubintraret, tempusque adeò pretioſum, quantum vires permitterent, impenderetur eliciendis actibus contritionis, reſignationis, fidei, ſpei & charitatis, uti & deſiderij alterius vitæ, & nonnunquàm etiam legeretur aliquis liber ſpiritualis & devotus.

*Nullum præter Patres ſpirituales perà mittat intrare cubiculum ſuũ.*

Præterea infirmus hoc tempore tria conſiderare debet motiva principalia, quorum intuitu non ſolum non debet formidare mortem; ſed eam potius deſiderare: primum, quia per mortem tollitur omnis offenſa Dei cum peccato, quod, etiamſi veniale ſit, tàm grave & magnum malum eſt, ut, ne committatur illud, potius quodcunque aliud malum cum omnibus pœnis & tormentis Inferni perferendum ſit: quantò magis ergò propter eundem finem mortem ultrò acceptare debemus, cùm nullum aliud non peccandi adſit medium, quàm vitæ terminus. Quod ſi, ne peccetur, deſiderari poteſt & appeti non eſſe, & annihilari, quantò magis mori. Quamobrem mors à S. Ambroſio nuncupatur *Sepultura vitiorum*, quia cum morte imponitur peccatis finis & terminus. Poteſt etiam appellari *Sepultura paſſionum*, quia cum morte moriuntur quoque inordinatæ noſtræ paſſiones, quæ plurimum nos affligunt & conturbant: *Sepultura tentationum*, quia per mortem liber evadis ab omnibus tuis inimicis, à Mundo, Dæmone & Carne, eorumque tentationibus. Denique mors inſuper dici poteſt *Sepultura tribulationum*, quia cum morte ceſſant omnes miſeriæ & pœnæ peccatorum. Non deinceps affligeris ab infirmitate, non à doloribus, non à frigore, non à calore, fame, ſiti, non à quâcunque aliâ pœnâ vitæ hujus mortalis propriâ.

*Motiva deſiderandi mortem. Primum finis offenſæ Dei.*

*S. Ambroſ. de bono mor. c. 4.*

Secundum motivum deſiderandi appetendique mortem eſt ſpes videndi Deum, quia *amor tendit ad præſentiam*:

*Secundum Motivum ſpes vidẽdi Deum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſentiam :* Amor non eſt contentus, nec quieſcit, [...] gaudeat præſentiâ rei amatæ, & hic, juxta S. Bona[...]turam, eſt ultimus ac perfectiſſimus amoris [...] *Tanto affectu ad Deum æſtuare, quod ſine ipſo [...] non poſſit :* vitam præſentem æſtimare velut [...] tolerabilem propter abſentiam viſionis bea[...]. Quapropter S. Ambroſius vocat mortem non [...]tum *ſepulchrum vitiorum*, ſed etiam *ſuſcita[...] virtutum*, quia eo ipſo, quo anima per m[...] liberatur ab impedimento corporis, poteſt [...]lectus gaudere perfectâ rerum cognitione, & [...]luntas perfecto virtutum uſu, ac præter[...] tellectus ad viſionem, voluntas ad amore[...] gaudium DEI elevari poteſt: ex quo ſequ[...] mortem ex ſeipsâ non eſſe malam, & ſolum [...] effici propter peccatum, quod dicitur aculeus [...] qualem Chriſtus propria obtudit morte; qua[...] mors ante paſſionem Chriſti erat formidabil[...] Chriſtum, & poſt Chriſtum redditur amabili[...]derabilis.

*S. Bona. de proceſ. Relig. c. 6.*

*S. Ambroſ. loc. cit.*

Tertium motivum eſt voluntas Dei, & hoc [...]vum adeò efficax eſt, ſecundum S. Joannem Chry[...]ſtomum, ut ad eandem adimplendam voluntatem [...]ret unusquiſque *eâ facilitate carnem exuere, [...] veſtimentum : & proprium cruorem pro C[...] fundere, ſicut aquam in terram fundimus.* [...] de tertio itinere ſeu die correſpondente tertio [...] ſub protectione Reginæ Principatuum, modo [...] expoſito.

*Tertium motiv. adimpletio Divinæ volũtatis.*

*S. Chryſoſt. Hom 7. ad pop Antioch.*

## *EXEMPLA.*

### TIT. II.

1.

*Exempla ad promptè acceptandum mortis nuncium.*

CHriſtus Dominus noſter monitus ab Angelo [...] eſſe voluntatem æterni Patris, ut moreretur [...]ptiſſimum ſubitò ſe obtulit ad bibendum calicem [...] Paſſionis & mortis, & reprehendit Petrum, quod [...]

voluit impedire, dicens: *Calicem, quem dedit mihi* *Ioan.* 18.
*Pater, non bibam illum?*

Hoc idem fecit ſanctiſſima Mater ejus, quæ, ut ex 2.
Angelo mortem ſuam vicinam intellexit, *immensâ re-* *Niceph l.* 2.
*pleta fuit lætitiâ; quid enim dulcius ei, quàm cum Filio &* *Hiſt. Eccl.*
*Rege ſuo eſſe, contingeret?* *c.* 2.

S. Auguſtinus mortis recipiens nuncium, ſe quoque 3.
recepit, & ſummâ cum diligentiâ ſoli Deo, animæque *Sur.* 28.
ſaluti vacavit, cæteriſque omnibus, ſolum excipiens *Aug.*
Medicum, & eum, qui illius curam gerebat, cibum
potumque ſubminiſtrabat, aditum & ingreſſum in
conclave interdixit, ac totum tempus illud, quod fuit
decem dierum, ad mortem uſque impendit orationibus, actibus contritionis & doloris, ac lachrymis, quibus ſua deplorabat peccata: in quem finem etiam literis majuſculis ſeptem Pſalmos pœnitentiales deſcribi, & muro lecto oppoſito affigi curavit, ut hac ratione jacendo quoque eosdem poſſet legere & meditari: quod faciebat profusâ magnâ lachrymarum copia, magnoque cordis dolore.

Sanctus Cyprianus mortis ſuæ præſentiens ſententiam, magnâ cum pace vultusque ſerenitate reſpondit: 4.
*Gratias ago Deo omnipotenti, qui me à vinculis hujus cor-* *In vita S.*
*poris dignatur abſolvere.* *Cypr. ex*

Sanctus Malachias certior de morte redditus dixit: *Moral.*
*Hæc eſt illa tàm deſiderabilis dies.* Et ſanctus Balaäm 5.
eâdem occurrente occaſione dixit: *Hæc eſt ſumma de-* *In ejus vi-*
*ſideriorum meorum.* Cunctis meis deſideriis jam ſatis- *ta.*
factum eſt.

6.
De ſancto Laurentio Juſtiniano legitur; eum morti *Sur.* 8. *Ian.*
proximum hæc pronunciaſſe verba: *Pudeat nos (Chriſtianos) mortem timere, cùm Dominus noſter pro nobis mori voluerit.*

# De Sanctiſſimis Sacramen[tis]

## *Confeſſionis, Euchariſtiæ ſeu Viatici & Extremæ Vnctionis.*

## Iter ſeu Dies IV.

### TITUL. I.

RԐcepto mortis nuncio debet infirmus omni, quâ poteſt, diligentiâ ſuſcipere ſanctiſſima Sacramenta Confeſſionis, Euchariſtiæ ſeu Viatici, & Extremæ Unctionis.

*Qualis debeat eſſe Confeſſio.*

Et primò quod ad Confeſſionem attinet, teatur omni inſtructus præparatione & dilig[entia], quia fortaſſis omnium confeſſionum, quas [fecit], ultima erit; at eam peragat cunctis amoris [actibus], lis, qui majus bonum, nempè, actus fidei, [spei], charitatis impediunt.

*Nõ debet eſſe ſcrupuloſus infirmus.*

Quapropter, quia [ani]mo ſuperfluis intento ſcrupulis haud abeſſe ſolet D[æmonis] tentatio, debita convenienteque Confeſſioni diligentiâ infirmus credat, acquieſcatque Conf[eſſario], & ſpem ſuam non in propriâ induſtriâ ac dilig[entia], ſed in miſericordia Dei, in Sanguine Chriſti, [&] ſanctiſſimæ Virginis patrocinio reponat, ...

*Contritio procuranda eſt.*

Præterea non actus attritionis duntaxat; ſed veros actus contritionis eliciat, dolens de pecc[atis] tantùm, quia ſunt cauſa condemnans ad p[œnam] æternam, & privans beatâ gloriâ; ſed magis, quia ſunt Dei offenſa, injuria, diſp[licentia] & inobedientia; & laudabile eſt eandem freq[uen]ter repetere confeſſionem, eſto nova non adſi[nt peccata], ſed nonnulla præteritarum, propter nova gr[atiæ]

*Confeſſio frequenter repetenda.*

novæque pœnarum remiſſionis fructum, qui [ac]quiritur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Quomodò ſumendum Viaticum.*

Quò ad Viaticum, primò curemus, oportet, ut Christus in ſanctiſſimo Sacramento ſit noſtrum Viaticum, non in morte ſolùm, ſed etiam in Vitâ: etenim ſi Christus nobis cibus erit in vita, ſuſtentando nos, vitæque noſtræ vires addendo, cibus quoque erit in morte, nobis ſubminiſtrando vires ad tranſitum è præſenti vita ad æternam fœliciter peragendum. Secundò, de hoc Diviniſſimo Sacramento profeſſionem fidei facere debet, corde credendo, & ore etiam confitendo, qua ratione ſub ſacramentalibus ſpeciebus adſit Christus verus Deus, & verus Homo, Creator & Redemptor, Filius æterni Patris & Virginis Matris. Tertiò, recipi debet ſanctiſſimum Viaticum viva fide præſentiæ Chriſti ſub panis accidentibus, & cum certa ſpe, per ejusdem merita, æternam adipiſcendi ſalutem, & perfecta charitate, ardens in nobis excitando deſiderium videndi ipſum facie ad faciem. Quarto, debet inſuper ſuſcipere ſanctiſſimum Viaticum, veluti Regem & Ducem noſtrum, qui nobis ſuccurrit opem laturus contra Dæmones mortis præſertim tempore nos infeſtantes; ac recitari poteſt oratio illa, qua utitur Eccleſia: *O ſalutaris Hoſtia, quæ cœli pandis oſtium, bella premunt hoſtilia, da robur, fer auxilium.* Quintò, devotionem internam compenſari debet reverentia externa: & ſi infirmitas permitteret, deberet infirmus ſumere ſacrum viaticum flexis genibus, aut decenter in lecto ſedens. Denique infirmus jam jam communicaturus ſalutare & adorare poſſet ſanctiſſimum Sacramentum hisce verbis affectum S. Auguſtini ſapientibus: *Ave principium noſtræ creationis, Ave principium noſtræ reparationis, Ave ſacrificium noſtræ reconciliationis, Ave antidotum noſtræ curationis, Ave Viaticum noſtræ pergrinationis, Ave ſolatium noſtri laboris, Ave refugium noſtræ tribulationis, Ave præmium noſtræ expectationis.*

*D. Aug. Oratio dicenda in ſuſceptione SS. Viatici.*

*Quantùm interſit, receptio Extremæ Vnctionis.*

Quò ad ultimum Sacramentum Extremæ Unctionis, primò conſiderandum eſt quanta ſit illius utilitas: quoniam finis ejus eſt diſponere infirmum, ut benè

ſanctèque tranſitum è terra ad cœlum inſtituat, ...
*Tres illius effectus.* effectum tribus modis cauſat. Primò, *ex opere operato*
conferendo gratiam. Secundo, *ex opere ...*
etiam impetrando *divina auxilia*, quæ ...
nullæ bonæ & ſanctæ inſpirationes, quæ ...
firmio plures excitant virtutum actus, ...
tudinis, qua Dæmonis repellat evincatque ...
tiones: conformitatis voluntatis ſuæ cum Di...
perſeverantiæ in gratia ad mortem uſque: con...
nis ad mitigandas morbi moleſtias doloresque; ...
contra timorem mortis, & ſimilium. Tertiò, ...
Sacramentum pro fine quoque habet remittere, ...
dem modo, nimirùm, *ex opere operato*, *reliquias pec-*
*catorum*, quæ ſunt pœna & habitus pravi, ut ...
non prævaleant adverſus rationem. Et propter ...
effectus, quos in infirmo operatur extrema U...
*Trident.* nuncupatur hoc Sacramentum à Concilio Triden...
*ſeſſ. 14. c. 2.* *Sacramentum vitæ Chriſtianæ conſummativum*; ...
tum id conforme eſt Divinæ Providentiæ; ut, ...
Dæmon omni ſuo conatu nobis ſatagit nocere, ...
que mortis tempore expugnare ſtudet; ita Chri...
Dominus noſter eodem tempore ſpeciali Sacra...
extremæ Unctionis auxilio nos adjuvet & con...
*Tria obſervanda in ſuſceptione hujus Sacramenti.* ret: Unde in ſuſceptione hujus Sacramenti ...
vanda ſunt.

Primum, ut recipiat illud tempore debito, ...
infirmus adhuc mentis ſuæ compos eſt, & ...
quod facit, cognoſcit: etenim tùm majorem ...
confert gratiam, efficaciusque eandem diſpoſit...
titudinem: quare tempus ſuſcipiendi hoc Sa...
mentum non eſt, quandò infirmus agoni...
eſt, & rationis uſus & virium expers, ſed ...
adhuc ſibi præſens eſt, & moraliter adeſt pro...
vitæ periculum, & eò magis, quò, ubi Deo ...
cuerit, confert quoque ſalutem corporalem. ...
dum, ad hoc Sacramentum debet infirmus ſe diſ...
præviis attritionis & contritionis actibus, ...
mè huic inhærens exiſtimationi, illud eſſe p...
ſimum ſcutum, quo Dæmonem impugnet expugn...
infirmitatis ſuperet difficultates, & amaritudin...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[...]nis animæ à corpore. Tertium, optima eſt devotio, [...] ipſum pronunciet formam hujus Sacramenti, & [di]cendo: *per iſtam ſanctam unctionem*, non ſolùm in-[tel]ligat unctionem ſacramentalem, verùm etiam un-ctionem Sanguinis Chriſti, *& per ſuam piiſſimam mi-ſericordiam indulgeat mihi Dominus, quidquid per omnes ſenſus deliqui. Amen.*

# *EXEMPLA.*

## TITULUS II.

1.
Sanctus Auguſtinus dicere ſolebat, neminem, vitæ *Sur. 28.*
etiam ſceleriſque purum, ex hac vita migrare debere *Aug.*
abſque prævia confeſſione & communione; quia non *Marc.*
velle confiteri arrogantis animi eſt indicium, uti & in *Mar. c. 10.*
obedientis argumentum eſt nolle communicare. *lib. 5.*
Sancta Catharina ſanctæ Brigidæ filia circa finem 2.
vitæ & infirmitatis ſuæ frequenter de die confite-
batur.
Chriſtus D.N. in ultima cœna, priusquàm pro- 3.
cederet ad mortem, ſacra ſe refecit ſynaxi. Eadem di- *Gloſſ. ex*
gnata fuit gratia ſanctiſſima Deipara per manus ſui ſan- *cap 5. tit.*
ctiſſimi Filij, qui ei jam jam morituræ apparuit, & dixit: 13. *exem. 1.*
*Accipe, Mater mea, quod mox complebitur tibi in Regno*
*meo una cum Patre meo.* 4.
Sanctus Thomas ſanctiſſimo munitus viatico ſub *S. Anton.*
finem vitæ fecit profeſſionem fidei, dicens: *Credo* *to. 3. Hiſt.*
*hunc eſſe verum Deum, & hominem, æterni Patris* *tit. 23. c. 7.*
*& Virginis Matris Filium, Dominum noſtrum IESVM*
*Chriſtum.* 5.
Sanctus Lucianus Martyr carceri mancipatus, quia *Niceph. l. 8.*
propter tormenta & cruciatus perpeſſos ſtare non po- *Hiſtor.*
terat, ne tamen abſque Viatico abhinc migraret, *jacens*
*in terrâ ſupra proprium pectus ſacrificium peregit*, quo
ſumpto refecit & alios ſocios. 6.
Sanctus Hieronymus ex hac vita diſceſſurus petiit *Marc.*
ſumpſitque ſanctiſſimum viaticum ſumma devotione *Mar. li. 4.*
& reverentia, flexis genibus, ſacco indutus, & profuſa *c. 10.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

laçhrymarum copia pectus ſuum percutiendo ...
peccatorum exegit.

7. *lib. 6. de Sacerdotio.*

Refert S. Chryſoſtomus, animam vin... tici, quotieſcunque inſtante ejus à corpore ... tione illud expurgata conſcientia ſumpſerit, ... rum comitatu recto tramite deduci ad cœlum; ... nonnulli Divina dignati revelatione experti ... viderunt.

8. *Ex litt. an. Braſili. Prov. 15 85.*

Adoleſcens quidam Indicus converſus ad ... mortique vicinus, ſumpto ſanctiſſimo Sacrament... mo cœli exarſit deſiderio in hæc verba prorup... *Poſtquàm Chriſtus ſuo corpore me famelicum pa... moror in terris? cur non vinculis expeditus cum ... feror in cœlum?* & hæc dicens animam reddidit ... tori ſuo.

9. *Greg. Naz.*

S. Gregorius Nazianzenus in oratione fun... Patre ſuo refert, quod is mortali quadam vice ... infirmitati, cùm ſacro illo ſeſe præmuniret viatic... tute hujus ſanctiſſimi Sacramenti *priſtinæ ſanit... ex integro reſtitutus.*

*Hier. Plat. de bono ſtat. Relig. l. 2. c. 21.*

S. Reginaldus in extremis monitus, ut ... Sacramentum extremæ Unctionis, reſpondit ... illud recipi manuum miniſterio ſanctiſſimæ ... nis, *in qua plurimum confido, & ad quam ... proficiſcor.*

## *De Tentationibus, earumque Re... mediis.*

## Iter ſeu Dies V.

### TIT. I.

INfirmus Sacramento extremæ unctionis præmu... pugnam orditur contra Dæmonis inſultus & ... tiones, quæ reducuntur ad tres principales, pu... fidem, ſpem, & Charitatem.

Primò ſuggerendo, fidem noſtram non eſſe veram, falſam, totumque, quod traditur & docetur in Eccleſia eſſe meram inventionem, illuſionem & imaginationem; quapropter concludit inimicus, ecce, inquit, quandoquidem extremam jam vitæ attigiſti metam, neceſſe eſt, in negotio tanti momenti ſecurè agas, ac Dominum Deum exores, ut te illuminet circa veræ fidei articulos, & eo ipſo, quo adverſarios circa eos tibi proponit dubia, in extremam ruinam & perditionem te pertrahere nititur: ſiquidem dubius in *fide*, dubio voluntario, *eſt hæreticus*.

*Dæmon aggreditur moribundũ triplici tẽtatione.*

Huic tentationi tres adſunt modi reſpondendi: primus eſt univerſalis, & valet contra omnes tentationes: ut, videlicet, recurras ad Deum, & ſanctiſſimam Virginem Deiparam, ab iis petendo auxilium, ſummaque humilitate ac fiducia dicendo! *Domine, vim patior, reſponde pro me: Domina, vim patior, reſponde pro me.* Secundus eſt, ut omnibus iis, quæ ſuggerit dæmon, aures occludas, & nihil ei reſpondendo animosè progrediaris in via ſalutis, varios virtutum exercendo actus, & canis illius latratus quoſcunque flocci pendas. Tertius modus reſpondendi eſt, ut non cum Dæmone diſputes, ſed ſimpliciter credas: *Diabolo dubia proponenti non eſt reſpondendum*: unde dices: ego credo, quod credit ſancta Eccleſia, & ſanctæ Eccleſia credit, quod credo ego.

*Tres modi reſpõdendi tentationibus contra fidem.*

*Vide exemplũ 2. & 3. Bloſ. dict. p.p. c. 22.*

Neque, ut dæmon ſuggerit, Deus exorandus eſt, ut te illuminet in vera fide, ſic enim ea ambigua redderetur & dubia, ac proindè perderetur (cùm debeat eſſe certiſſima & infallibilis) & in hæreſin incideretur; aſt benè quidem augmentum fidei petendum eſt, veluti illud poſtulabant Apoſtoli: *Domine adauge nobis fidem.*

*Luc. 17.*

Secunda tentatio, quæ fit media deſperatione, procedit contra ſpem, & iſta duobus modis contingere ſolet: primò, quandò dæmon te inducit ad credendum, quod non prædeſtinatorum, ſed præſcitorum ſeu reproborum ſit inſertus numero: ſecundò, quod propter peccatorum tuorum enormitatem & multitudinem non promerearis veniam & remiſſionem.

*Vide exemplũ 4. & 5.*

*Quomodò obviandū tentationibus contra ſpem.*

Primo tentationis modo reſpondendum eſt, ... rem mentiri; undè quod ſit pater mendaciorum ... ex eo optimè cognoſcitur: ſiquidem commun... ctorum ſententia eſt, nunquàm Deum revelare ... damnationem, veluti revelat ſalutem & præde... tionem ejus: etenim talis etiam in hac vita ... deſperare; & tamen de fide eſt, unumquemque, ... diu vivit, eſſe in via, in qua quilibet ſalvari ... ſalutem ſperare poteſt. Secundò reſpondere ... tametſi hoc verum eſſet, eò magis ſervitio & amori ... incumbendum eſſe.

Secundo tentationis modo reſpondebis cum ... Catharina: *Totum eſt verum*, animam meam ... enormibusque peccatis eſſe obnoxiam; *ſed ...* *bus Chriſti anima abluitur*. Reſpondebis cum S. ... nardo; duplici titulo Chriſto competere ... *debito unionis & meritis*, primo ipſe conten... alterum mihi donat; ſicque in potentiſſimis & ... ciſſimis Chriſti ſperans meritis non ab inferei ... ſed etiam à purgatorii pœnis confido me fore ...

*Vide exemplum 6.*

Optimus inſuper reſpondendi modus eſt, ... ſuggerit dæmon, opponas, & totum dicas ... ſi nimiùm exaggerat peccata tua in ordine ad ... Dei, tu è contra eadem diminue Divinæ ... ricordiæ.

*Modus reſpondendi tentationibus contra Charitatē. 1. Pet. 5.*

Tertia tentatio eſt contra charitatem Dei & ... quandò menti infirmi repræſentat cogitatum ... aut odij, aut pravi amoris, & infirmum ad conſen... complacentiam inducere ſatagit.

Huic reſpondetur juxta S. Petri Apoſtoli con... *Cui reſiſtite fortes in fide* rerum, videlicet, æter... viva fide credendo, Deum nobis eſſe præ... nos videre, & pœnam & præmium æternum ... tributurum.

Medium quoque facile eſt, ut reſiſtas & victor ... in hujuſmodi tentationibus, ſi propter pecca... terita elicias actus contritionis: cùm enim ... de præterito, ſignum eſt te non conſentire ... præſenti.

# EXEMPLA.

## TITUL. II.

Celebre exemplum eſt duorum illorum adoleſcentium, quorum unus, in morte de fide diſputans cum Dæmone, damnatus fuit; alter verò, quia non diſputavit, ſed ſimpliciter reſpondit: *Credo, quod credit Eccleſia, & Eccleſia, quod credo ego*, ſalutem obtinuit.

*Exempla eorum, qui reſtiterunt tentationibus contra fidem.*

2. Cuidam Religioſo comparuit Dæmon ſub ſpecie & forma Superioris ſui excitans illum ad dignam mortis diſpoſitionem, ad eliminandos è mente ſuos ſuis dubietatis ſcrupulos, ad preces ad Deum fundendas, quatenùs ipſum intellectum veræ fidei, in qua ei moriendum eſſet, dignaretur illuſtrare lumine, ſicque fictus ille Superior diſparuit. Paulò poſt acceſſit verus Superior infirmum viſitandi cauſa, & actum intelligens, ſubitò ei reſpondit, ſtatimque, ne ulla ratione fraudulentæ huic ſuggeſtioni adhiberet fidem, ni decipi vellet, fuiſſe namque meram Diaboli illuſionem, qua ipſum veræ fidei dono privare intendiſſet; unde infirmus conſolatus contentusque remanſit, ac debitas Deo gratias peregit.

3. Alteri cuidam Religioſo ſimiliter apparuit Dæmon ſub ſpecie Angeli lucis, eique ex parte Dei revelavit, numero reproborum eum eſſe inſcriptum, ac proptereà quævis pietatis opera, quæ deinceps moliretur, nihil ei profutura: reſpondit bonus Religioſus: *Benedictus Deus: nec tamen deſperabo; ſed pœnitentiam, quam agebam, duplicabo & triplicabo, donec gratiam & miſericordiam apud Deum inveniam.* Hacque firmatus reſolutione, opitulante gratia Dei, devenit in notitiam, præcedentem illam revelationem Dæmonis fuiſſe illuſionem.

*Ludolph. de vitâ Chriſti p. 2. cap. 50. in fine.*

*Exempla eorum qui reſtiterunt deſperationi.*

4. Magiſter Taulerus quadam vice interrogatus fuit: *Quid faceres, ſi te Deus damnare vellet?* reſpondit, utroque brachio charitatis, nimirùm & humilitatis ſtrictiſſimè eum amplexarer, *& cogerem eum mecū deſcendere in infernum, & ſic infernus mihi eſſet paradiſus.*

*In vita Tauleri.*

Refert

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

5. Refert Palladius de quodam Religioſo, qui
*Pallad. l.3.* lapſus in peccatum aliquod, à Dæmone redactus
*n.42. Sper.* ad deſperationem, cumque gravem adeò tentationem
*tit. deſp.* evadere niteretur, tentatori cœpit dicere: *Non pecca-*
*exem. 3.* *vi, & iterùm dico non peccavi*, peccato, victor
deſperationis: quod reſponſum Deus valdè approbavit,
veluti revelavit cuidam alteri Religioſo, qui ...
aſt ſi Dæmon mutaret verſum, teque in vitium vanæ
gloriæ inducere conaretur, reſpondendum eſt: *Peccavi,*
*& iterùm dico peccavi.*

6. Cùm quodam tempore ſancta Ludovina à de...
*Sur. tit.3.* alia muliere intelligeret, quod contenta eſſet, ...
*April. 14.* annis purgatorij detineretur ergaſtulo, quot ...
ſinapis comprehenderentur vaſe tùm ibidem ...
reſpondit ei Sancta dicens: *Quid eſt, quod ...*
*filia? tàm parùm fidis Divinæ Miſericordiæ, ...*
*tute Paſſionis Chriſti?* Elapſo aliquo tempore ...
migravit ex hac vita mulier illa, & ſanctæ illi poſtea
apparens dixit, ſe & modi iſtius loquendi, & ...
duciæ ergò in miſericordia Dei, & Paſſione Chriſti ...
bitæ intolerabiles purgatorij luere pœnas.

# Proteſtationes

## *Circa vitæ finem faciendæ,*

## Iter ſeu Dies VI.

### TITUL. I.

*Proteſtationes.* PRimo proteſtor, quod vivere ac mori cupiam ut
verus Chriſtianus, Catholicus, & contritus de pec-
catis meis.

*De tribus virtutibus Theologicis.* Secundò proteſtor, quod velim vivere & mori in vera
Fide, in vera Spe, in vera Charitate, credendo, ſperando,
amando & ſpirando cum invocatione ſanctiſſimorum
nominum *IESV & Mariæ.*

Te...

*De propriis peccatis.*

Tertiò proteſtor, innumera me commiſiſſe peccata, ut proptereà millenos promerear Inferni cruciatus: nihilominùs fateor etiam infinities majorem eſſe miſericordiam Dei, quàm ſit iniquitas mea, majora eſſe Chriſti merita meis demeritis, nec non Virginis Deiparæ pietatem majorem eſſe impietate & iniquitate mea.

*De Spe in Chriſto & Maria Virg.*

Quartò proteſtor, quod totam ſpem ſalutis meæ fundaverim in duobus: in Sanguine Chriſti efficaciſſimo ad concedendam mihi ſalutem, & in ſanctiſſimæ Mariæ Virginis gratia potentiſſima ad eandē mihi impetrandam; quapropter juxta S. Bernardi conſilium exuo me cunctis meritis propriis, & Solis Chriſti ſanctiſſimæque Matris ejus me inveſtio meritis.

*De non cōſentiendo unquàm Dæmonis ſuggeſtionibus.*

Quintò proteſtor, quod nunquàm conſentire cupiam Dæmonis tentationibus; *& ex nunc pro tunc nego, abrenuncio & deteſtor* cunctas ejus perſuaſiones & ſuggeſtiones, & de novo confirmo promiſſionem in Baptiſmo factam, dicendo: *Abrenuncio Mundo, Carni & Satanæ, & conjungor tibi Chriſte in tempore, & in æternitate.*

*De condendo teſtamēto ad gloriā Dei.*

Sextò proteſtor, quod, quidquid in teſtamento & codicillis meis diſpoſui & ordinavi, & ordinaturus ſum, quidquid de meis facultatibus erogavi, legavi & diſpenſavi conſanguineis meis aut pauperibus, qualecunque ſit legatum ſivè pium, ſivè indifferens, totum illud intendo diſponere & ordinare, ſitque diſpoſitum ſit ordinatum *ſecundùm Divinam voluntatem.* Simulque ſanctiſſimam Virginem, veluti unicam poſt Chriſtum Dominam & Advocatam meam intendo inſtituere hæredem univerſalem omnium mearum facultatum.

Septimò proteſtor, quod lubens acceptem Divinæ voluntatis diſpoſitionem tàm circa animam, quàm circa corpus meum. & quia ea voluntas Dei eſt, contentus ſum, & placet mihi, quod corpus meum mandetur ſepulturæ, & in ſepulchro remaneat ad extremum uſque judicij diem, reducaturque in pulverem & cinerem, idque totum cedat in gloriam Dei mei, ſanctiſſimæque Matris, & Sanctorum omnium.

Actus

# Actus Devotionis

*Tempore morti propinquo exercen[di]*

## Iter ſeu Dies VII.

### TIT. I.

*Renunciãdum omnibus negotiis ſæcularibus. Vide tit. 3. exem. 1.*

PRimum ac principale devotionis exercitium e[ſt]
dicare ſe Mundo ac quibuſvis ſæcularibus ac[...]
& totum ſe dare ſaluti animæ, cœleſtique beat[...]
obtinendæ, mentem, totumque affectum tuum [...]
ad cœlum, & exercendo te in variis virtutum[...]
quales ſubiicientur Titulo ſequenti.

*Secundum, ſæpè ſe ſigno ſanctæ Crucis ſignare. Vide, exem. 2. & 3.*

Secundum eſt, ut infirmus frequenter ſe ſign[...]
fero crucis ſigno, & ubi id per ſeipſum præſtare [...]
curet idipſum fieri per alios: etenim hoc ſanct[...]
gnum ſimul eſt oratio, oblatio & conjuratio [...]
Dæmones, ac propterea ſignare ſe ſigno crucis [...]
vis actionis & operis exordio idem eſt, ac dicere: [...]
ne, propter Paſſionem & mortem tuam adjuva [...]
hoc opere, idque fiat in memoriam Paſſion[...]
Et conjuro Dæmonem per Sanguinem Chriſti, [...]
lum mihi inferat nocumentum. Et in particula[...]
benedictum ſignum in corde formandum & [...]
mendum eſt, ut ab eo omnes mali & inordina[...]
reprimantur.

*Vide exẽ. 5.*

*Tertium, accedantur candela brenedicta. Matth. c. 2. Vide exem. 5. & 6.*

Tertium, accendantur candelæ benedictæ, qu[æ ſigni]
ficant ſplendorem Fidei, & ardorem Charit[...]
qua Chriſtianus mori debet, & per hoc & cum [...]
clarat infirmus, quod moriatur diligentis inſta[r ...]
ſervi, qui accenſa lucerna expectat Domin[um]
Chriſtum Jeſum vocantem ſe ad nuptias.

*Quartum, aſpergat ſe frequenter aqua benedicta.*

Quartum, utilis quoque eſt, & valdè [...]
uſus aquæ benedictæ, quæ abigit Dæmones, [...]
[...] peccata venialia, prava diſſipat plan[...]

migat affectus terrenos, erigit mentem ad cœlum, & uno verbo dicam juxta dictum Alexandi Sexti: *Aquam benedicimus, ut eâ cuncti aſperſi ſanctificentur.* Neque animæ duntaxat, verùm etiam corpori utilitatem confert, purgando aërem, ſanando infirmitatem: & cum aſperſione aquæ benedictæ, ſecundùm conſilium S. Gregorij, veluti infrà exempla declarabunt, invocandi ſunt Sancti in litanijs.

*Alex. VI. epiſt. 1.*

Quintum, manu geſtetur palma benedicta, aut lecto ſit appoſita, quâ practicè rogatur Deus, ut de inimicis ſuis concedat ſibi victoriam & triumphi palmam poſt mortem in cœlis obtinendam.

*Vide exē. 7.*

*Quintum, geſtatio palmæ benedictæ.*

Sextum, infirmus quoque habeat penes ſe nonnullas imagines, veluti, Chriſti Crucifixi, ſanctiſſimæque Matris ejus, Angeli cuſtodis, aliorumque ſanctorum, in quos ſpeciali fertur devotione: & in particulari commendabit ſe ſanctæ Urſulæ & comitibus ejus, quarum devotio ſolet eſſe valdò propitia & favorabilis tempore mortis.

*Vide exē. 8.*

*Sextū, præſentes habeat imagines.*

Septimum, procuret ſibi prælegi recommendationem animæ, quæ habetur in Rituali, ponderando ac reflectendo ſeſe ad orationes & preces, quæ ex eo recitantur, & ſpecietenus ſacram Paſſionis Chriſti Hiſtoriam ab Evangeliſtis deſcriptam, ſic etiam libri cujusdam ſpiritualis audiet lectionem tempori illi congruam, pro ut vires permittunt: hunc in finem ſemper aderit Pater quidam ſpiritualis, qui aſſiſtat, cum nonnullis alijs Religioſis, qui pro infirmo orent, pſalmos decantent, & Deo dant gratiam. Inter omnes verò orationes optima eſt oratio Dominica è proprio Chriſti ore tradita, quæ frequenter & ab aſſiſtentibus, & ab ipſomet infirmo recitabitur.

*Septimum, curet ſibi legi commēdationem animæ & Paſſionem Chriſti.*

*Vide exem. 9. 10. 11. & 12.*

*Vide exēp. 21 & 22.*

Octavum, petat nonnunquam abſolutionem ſacramentalem, & ubi non occurreret ei præſentis peccati materia, confiteatur unum alterumve ex peccatis præteritis, eliciendo novos doloris contritionisque actus, ut dictum eſt ſupra die quarto, & ibidem exemplo declaratum.

*Octavum, petat ſæpè abſolutionem Sacramentalem.*

Nonum, curabit celebrari multa ſacra, ſi ea ſibi adſint media, pro fœlici ſuo tranſitu, *& pro infirmo morti proximo*, veluti præſcribitur in Miſſali, pro

*Nonum, multas curabit celebrari miſſas.*

pro animabus in purgatorio exiſtentibus, & pro quibus in particulari, pro ut determinabit ſanctiſs. Virgo. Prætereà pauperibus erogari eleemo- aliaque pia opera fieri jubebit juxta propriam de- votionem, eo præſertim fine, ut fœlicem con- mortem.

*Vide exẽp. 17. 18. 19. & 20. Decimum, orabit, ut moriatur tanquam martyr deſiderij.*

Decimum, infirmus deprecetur Chriſtum D. propter merita ſanctiſſimæ Matris ſuæ, ut, hujus veniente ſuffragio, ſi non veluti martyr fidei, tanquàm martyr amoris moriatur; ſibique crescat vis amoris Divini, deſideriumque Deum, ut eam ob cauſam anima ſeparetur à cor- Deoque uniatur.

*Vide exẽp. 21. Vndecimum, lavet animã in ſanguine Chriſti. S. Geltrud. fol 479. Vide exẽp. 13. 14. 15. & 16.*

Undecimum, conſideret, quanta puritate ani- cedendum ſit ad videndum Deum, actum puram riſſimum; quapropter ante mortem procurabit & purificare animam in ſanguine Chriſti: ſiqui- ipſa lotio eſt, quæ hunc producit effectum. H- conſilium ſancta Geltrudis in revelationibus ſ- miniſtrabat hiſce verbis: *Deprecare Dominum introducat in hortum Divini cordis ſui, ibidemque abluat in Iordane ſanctorum meritorum vitæ & nis ſuæ, quò anima tua in tranſitu ab omni c- macula tota pulchra introducatur in thalamum Amoris.*

*Duodecimũ, expiret cum actu intenſo videndi Deũ.*

Duodecimum & ultimum exercitium. P- nonnulli moribundi, quis qualisvè ſit exercendu- & quis ſit optimus, ultimæ expirationis tempore, dubio reſpondeo, varios apud Sanctos in ula- rum exemplar aliquod ſubiiciam; pro nunc mihi videtur ille, ſi expiret cum actu quodam intenſo videndi Deum, & hæc eſt pretioſa mors rum ſpirare amando, & amando ſpirare, ſp- tando Divinas laudes; prætereà optimus u- uſus orationis Chriſti, quam is in cruce tempore ſuæ compoſuit: *In manus tuas, Domine, co- ſpiritum meum,* retinendo in corde, ac frequenter ubi poterit, ore repetendo ſanctiſſima nomina & Mariæ.

## Actus virtuoſi ab infirmis exercendi, quibus ſe ad mortem diſponant.

### TITUL. II.

Principales ſunt hi ſeptem : actus contritionis, reſignationis, fidei, Spei charitatis, invocationis, & deſiderij videndi Deum.

### *Actus Contritionis.*

Primò, doleò, quod offenderim te Dominum meum Jeſum Chriſtum, non propter ea, quæ a te ſperare aut timere poſſum; ſed quia in teipſo es infinita bonitas, pulchritudo æterna, dulcedo inæſtimabilis, infinitè amabilis, admirabilis, deſiderabilis. *Variæ formulæ actus Contritionis.*

Secundò, me peccaſſe doleo, O æterne Deus meus, & non propter aliam cauſam aut motivum, quam propter offenſam tuam, quia te ſummum meum bonum peccatis meis offendi, & ad iram provocavi.

Tertiò, diſplicet mihi ex toto corde, quod ſanctam tuam legem prævaricatus ſim, Tibique utpotè infinitæ bonitati infinito amore dignæ magnam dederim diſplicentiæ cauſam.

Quartò, vellem & optarem me non offendiſſe Te dulciſſimum Jeſum, Creatorem & Redemptorem meum, quia te offendendo, tibi quoque, cui toto cordis affectu obediendum erat, inobediens extiti.

Quintò, odio proſequor omne & quodcunque peccatum, in quantum eſt averſio à Deo, ultimo meo & ſupernaturali fine, ad quem creatus fui.

Sextò, abominor omnia & ſingula peccata præterita, quatenus eorum cauſa feci injuriam Deo meo, idque ſupra omne debitum & rationem, juxta quam plùs obligabar amare Deum propter infinitam ejus bonitatē, quàm omnem aliam creaturam.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Septimò, deteſtor cuncta peccata commiſſ, n
propter pœnas Inferni duntaxat, & propter
qua inficiunt animam meam; ſed potius, quia
ſio, injuria & offenſa Dei mei, & ubi deficerent
ra motiva, propter hoc ultimum ſolum pœ
ac doleo me offendiſſe Deum meum.

Octavò, *Domine, peccavi, miſerere mei,*
*peccaſſe. Cupio emendare, quod feci. Deus pr*
*mihi peccatori. Tibi ſoli peccavi, & malum coram*
*Peccavi, & malum coram te feci. Iam non ſum*
*vocari filius tuus.*

## *Actus Reſignationis.*

*Modi ſe reſignandi Divinæ voluntati.*

Primò, totum me reſigno & commendo in
Dei, ordinet de me juxta ſanctiſſimam ſuam volun
quodcunque tibi placuerit.

Secundò, in omnibus, & in morte,
me reſigno Divinæ voluntati; ut de me diſp
majorem ſuam gloriam, & ad bonum ſpiritual
meæ.

Tertiò, nec mortem, nec vitam deſider
vivere, nec mori cupio; ſed ſolum purum be
tum Dei.

Quartò, Tibi, Domine, offero hanc
gnationem ſimul cum eâ, quam fecit S. Pau
ſtolus, dicendo: *Ecce me Domine, quid vis me*
& multò magis cum reſignatione ſanctiſſima
tuæ, quandò dixit: *Ecce Ancilla Domini, fiat*
*cundum verbum tuum.*

Quintò, Tu ſolus, O Deus meus, es prim
infallibilis, & ſumma rectitudo in omnibus
non decipis nos, nec decipere potes; quamobr
propria me exuo voluntate & ſententia, &
ſentio idem planè, quod tu vis ac ſentis in
rebus.

Sextò, ſolus Deus novit media prædeſtination
ergò meum non eſt eligere hæc aut illa, vitam a
rem; ſed omnia, quæcunq; è manu Dei prodeu
prædeſtinationis meæ acceptare debeo.

Sep

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Septimò, duo ſunt principia vitæ noſtræ regulativa, Ratio naturalis, & lex Divina: duci nolo principio fallibili, ſed à ſecundo infallibili, quod eſt Divina Providẽtia, gubernari exopto, eique me totum reſigno.

Octavò, O Domine Jeſu Chriſte, ſi vis me mori, en me promptiſſimum: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*: neque unico temporis momento ſupervivere cupio, ſiquidem tuâ non concurrente voluntate extremam in eo experiter perditionem & ruinam.

## *Actus Fidei.*

Primò, certam ac indubitatam adhibeo fidem omnibus iis, quæ Deus revelavit ſanctis Apoſtolis & Prophetis; quia eſt prima veritas, nempè, veraciſſimus; & quia eſt infinita Sapientia, non poteſt falli & decipi, &, quia eſt infinita Bonitas, fallere ac decipere nequit. *Varij modi exercendi actus Fidei.*

Secundò, credo totum id, quod credit & tenet ſancta Eccleſia Catholica Romana.

Tertiò, credo omni veritati ſupernaturali, cunctisque Articulis noſtræ ſanctæ Fidei, qui continentur in Symbolo Apoſtolorum.

Quartò, credo ineffabile myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis, Patrem, Filium & Spiritum ſanctum, tres Perſonas & unum ſolum Deum.

Quintò, credo ſacroſanctum Myſterium ſanctiſſimæ Incarnationis Chriſti Jesu veri Hominis, & veri Dei, duas naturas in unâ perſonâ, & unam perſonam in duabus naturis.

Sextò, credo Chriſtum Jesum natum ex Maria Virgine, pro nobis crucifixum & mortuum, & reſuſcitatum ſedere ad dexteram Patris, quem expectamus ut Judicem univerſalem judicaturum vivos ac mortuos.

Septimò, credo futuram aliam ſupereſſe vitam, in quâ juſtis dabitur præmium, injuſtis verò pœna æterna.

Hæc eſt fides mea, in quâ mori volo, & precor Deum meum, *ut augeat mihi fidem.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *Actus Spei.*

*Motiva ad excitandã in nobis magnam ſpem.* Primò, ecce ego peccatorum miſerrimus, ... de meipſo diffidens, confido ac ſpero in infinita ... tia & miſericordia Dei mei, qui me perducet ... nem, propter quem creavit me, nimirùm, ad glo... æternam.

Secundò, ſpero in Deo meo, qui quatenùs pote... mus poteſt me ſalvare, & quatenùs miſericors, beni... ſimus & amantiſſimus vult me ſalvare.

*Pſal. 41.* Tertiò, O Deus meus, *Da quod jubes, & ... quod vis.* Jubes, ut ſperemus in te: *Sacrifica... crificium juſtitiæ, & ſperate in Domino.* Vanam ... haud efficies ſpem noſtram; ſed dabis nobis, ... ſperamus.

Quartò, ſpero in Sanguine, & in meritis Ch... Ex me non mereor gloriam; ſed per merita Ch... eandem promereor: merita Chriſti ſunt merita ... quapropter ſpero in ſanctiſſimo ejus Sanguine, ... tioſiſſimis ejusdem meritis.

*S. Aug. ad Frat. in erem. ſer. 74* Quintò, non deſperet humana fragilitas, ... Auguſtinus, non dicat: *Ibi non ero*, non dom. bo... *Tenemus mortem Chriſti, tenemus Sanguinem Ch...* Plus eſt, quod dedit Deus, dando nobis Filium, ... ſit illud, quod promiſit, promittendo nobis ... Ergò *ſi quod plùs eſt*, nempè Filium, *tenemus, qu... eſt*, puta gloriam, *ſperemus.*

Sextò, *qui pro nobis dedit mortem ſuam, non ... rus vitam ſuam? Et qui propter nos pertulit mala, ... dabit bona* gloriæ & fœlicitatis æternæ?

*S. Aug.* Septimò, *Deſperarem utique, ſed non deſp...* idem S. Auguſtinus *quia Domini vulnera... cordor.*

Octavò, nunquàm eò deducar, O Altiſſime ... meus, aut me ita in te injurioſum abire ſinas, ut ... rem de tuâ bonitate, quia *major eſt bonitas tua, ... iniquitas mea. Plùs potes dimittere, quàm ego ... committere*, ſperabo ſemper in te ad ultimum uſque ... ritum. *Sperabo in eum, etiamſi occiderit me.*

No...

Nonò, fundamentum ſpei meæ hoc eſt, Chriſtus [cru]ci affixus. Offero pro peccatis meis multitudi-[nem] tormentorum Chriſti. Offero, O Pater æterne, [...]nas Filij tui pro peccatis meæ ſuperbiæ, flagella pro peccatis ſenſualitatis, nuditatem ejus pro meâ ava-ritia, acetum & fel pro peccatis gulæ. Offero manuum pedumque clavos pro peccatis acediæ, & vulnus lateris pro peccatis odij & invidiæ.

Decimò, ſpero etiam in te, Virgo ſanctiſſima: *Tu es* *S. Aug.* *[ſp]es unica peccatorum, per te ſperamus veniam deli-[cto]rum, & in te, Beatiſſima, noſtrorum eſt expectatio [præ]miorum.*

*Vita noſtra, dulcedo noſtra, ſpes noſtra Maria,* ſpero [in] te, in meritis tuis, in interceſſione tuâ; impetra & [ap]plica mihi unicam ſolam guttulam Sanguinis Filij tui, *& ſalvus ero.*

## *Actus Amoris.*

Primò, amo Deum meum, ſummam bonitatem & *Praxis va-* [pul]chritudinem, infinitamque dulcedinem amore, ut *riorum a-* [vo]cant, appretiativo & comparativo, ita, ut quotieſ- *ctuum A-* [cun]que Deus venerit in comparationem cum creaturis, *moris Dei.* [plu]ris æſtimem Deum ſolum, quàm cunctas ſimul crea-[tu]ras, ac potiùs malim totam perdere ſubſtantiam, a-[mi]cos parentes, imò propriam vitam, quàm Deum. *Deus meus & omnia, amo te ſuper omnia.* Tuum ſan-[ctu]m amorem præfero amori omnium creaturarum: *Omnia arbitratus ſum ut ſtercora, ut Chriſtum lucri-faciam.*

Secundò, amo Deum meum amore unionis, veluti corpus amat animam ſuam, & omnis res perfectibilis [ſu]um diligit perfectivum ſeu perfectionem. Amo Deum meum, hoc eſt, volo me unire & conjugere Deo, [u]nione affectus in hac vita, & unione præſentiæ in [cœ]lo. O beata unio! O Divina unio! O fœliciſſima [unio]! *Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper [ter]ram?* aliud non inquiro, neque in cœlo, neque in [ter]ra; *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum,*

 quàm

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quàm unire me cum Deo animâ & vitâ animæ me
corde cordis mei, & ſpiritu ſpiritus mei.

Tertiò, amo infinitum bonum amore com-
centiæ, complacendo mihi, quod Deus ſit
qualis eſt in ſeipſo, Altiſſimus, Perfectiſſimu
minentiſſimus, Primum Principium omnis b
quod continet omne bonum, & increatum,
creatum, & creabile, & à quo promanat o
bonum.

Mihi complaceo in infinito eſſe Dei mei, in quo
tinentur omnia, tanquàm effectus in ſua cauſa, tanq
idæata in ſuâ idæâ, tanquam participationes in pro
eſſe eſſentiali.

Complaceo mihi in Deo, in quo eſt pulch
cœlorum, ſplendor Solis, reverberatio ſtella
planetarum influxus, activitas ignis, vitalitas
fœcunditas aquarum, fertilitas terræ. In Deo
pratorum amœnitas, florum ſuavis odor & de
camporum agrorumque amplitudo, ſplendor
argenti puritas, honor Regum, gloria Imperato
Pontificum reverentia, ſanctitas Sanctorum, ac
quid boni, pulchri, dulcis ac perfecti in crea
reperitur.

Complaceo mihi in infinita perfectione Dei
quidquid enim boni eſt in creaturis, à Deo com
bonitatem ſuam; quidquid pulchri, à Deo ſuam p
pat pulchritudinem & decorem, quidquid eſt dulc
Deo id refert acceptum. Color, ſapor, odor, aliaq
ſuum objecta, quidquid utilitatis, emolumenti,
lectabilitatis in ſe cõprehendunt, totum id à Deo,
totius pulchritudinis fonte, derivant.

Et ſi verum convincit noſtrum intellectum, p
cipatio ea eſt primæ & ſummæ veritatis, qu
ſtrum quietat intellectum; & ſi bonum mo
trahit voluntatem, & iſta quoque primæ ac ſu
bonitatis, quæ ſatiat voluntatem noſtram, partic
eſt. Talis igitur eſt Deus meus, finis & princi
perfectio & virtus, vita & ſpiritus omnium re
Totum producit, totum conſervat, totum
totum continet.

hoc eſt eſſe Dei, & volo, mihique complaceo hujusmodi eſſe competere Deo, & in hoc, O Deus meus, ſic compenſo amorem tuum; quia ſi mihi dones teipſum, hoc idem eſſe tibi reddo per amorem; & ſi amor meus eſſet efficax, volendo & amando Deum, darem eſſe Deo.

Quartò, amo Deum amore benevolentiæ, volendo ei omne bonum, & intrinſecum, infinitas, videlicet, Divinaſque ejus perfectiones, & extrinſecum, nempè, gloriam & honorem ab omnibus creaturis, ut omnes eum ament, adorent, eique ſerviant, veluti infinita illa promeretur Majeſtas.

Quintò, amo Deum amore gaudij, gaudendo de infinitis ejus perfectionibus. Gaudeo, O ſummum meum bonum, te eſſe infinitum, nullumque dari intellectum, qui te comprehendere valeat. Gaudeo, te eſſe immenſum, & nullum reperiri locum, qui te capere poſſit. Gaudeo, te eſſe æternum, & nullum dari tempus, quod te menſurare queat. Gaudeo, O pulchritudo infinita, dulcedo æterna, Majeſtas ineffabilis, gaudeo eo gaudij, jubili, & lætitiæ affectu, quo gaviſa fuit tua ſanctiſſima Mater, quandò dixit: *Exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.*

Sextò, amo Deum amore congratulationis, congratulando Deo de infinitis ejusdem excellentiis & perfectionibus. Congratulor, Domine, quod ſis illud eſſe, quod non dependet ab alio eſſe; ſed ſis primum eſſe independens ab omni eſſe. Congratulor, quod ſis illimitatus in eſſe, quia es omne eſſe: illimitatus in tempore, quia es æternus: illimitatus in loco, quia es immenſus. Collætor, te eſſe Deum, unum in unitate eſſentiæ, & Trinum in Trinitate perſonarum. Congaudeo tecum, Pater æterne, quod pro filio habeas Verbum æternum. Collætor, Verbum æternum, quod pro Patre tuo habeas æternum Patrem. Congratulor, ſanctiſſime Spiritus, te procedere à Patre & filio, tanquàm ab uno principio, nec non unam perſonam in alia, & omnes in quâlibet, & quamlibet in omnibus gaudere eâdem fœlicitate perpetua, infinito gaudio, & beatitudine æterna.

Septimò, amo Deum amore transformati etenim non jam vivo ampliùs in meipſo, ſ in Deo; non jam amando me, ſed amando & hæc eſt vis amoris: *Moritur ubi eſt, & vi non eſt.* Ergò cuicunque alteri amori deinc nuncio, & Divinum duntaxat cupio amorem moveat, regat, gubernet, ac ducat animam omnibus rebus.

Et hic eſt amor, quo amo Deum meum; eundem non ſolùm amare; verùm etiam p omni ſtudio & perfectione amare deſidero, pro Domine, quod, quotieſcunque amoris tui actum, eundem elicere intendam cum omnibus ſtantiis & perfectionibus poſſibilibus.

Primò, ſumma cum intenſione, deſiderans operari *ex toto corde, & ex totá animá, & viribus.*

Secundò, infinitâ continuatione, deſideran illum continuare per omne tempus, per omnia ſ per totam æternitatem.

Tertiò, cum quâdam quaſi infinitâ mult deſiderans repetere & replicare hos actus toties ties ſpiro & reſpiro tàm vigilando, qu miendo.

Quartò, intendo & deſidero unire hos a ris cum actibus amoris Seraphinorum, ac D tuæ animæ, cum actibus amoris ſuæ Sanctiſſ tris, & trium Divinarum Perſonarum ſanctiſſ nitatis.

Quintò, denique propter amorem hujus a tendo ac deſidero millenas profundere vitas, omnia martyria, quæ ſuſtulerunt, ſufferunt & cuncti ſancti Martyres.

## *Actus Invocationis.*

Extremæ neceſſitatis tempore, quale eſt pus mortis, ſummâ nobis diligentia & efficacia rendum eſt ad auxilium Dei Sanctorumque jam

tempus exequendi teſtamentum nobis à Patre noſtro Divino relictum: *Teſtamentum hujus mundi, morte firmatur quilibet homo*, pro hujus ergo executione Divinum imploro auxilium.

Primò, in auxilium meum invoco Patrem æternum, qui & Pater, & Omnipotens eſt, veluti appellatur in Symbolo Fidei, & ut Pater me amat, & vult ſalvare, & ut Omnipotens me ſalvare poteſt. Ergo, O Pater omnipotens, propter omnipotentiam, te rogo, me indigniſſimum filium tuum oculo paterno reſpicere digneris: *Opus manuum tuarum Domine ne deſpicias.* Protege me, defende me, dirige me tua potenti manu, ut *Aſcendat filius ad Patrem, & ſpiritus ad Deum, qui creavit illum.*

*Actus invocationis exercendi ad impetrandum auxilium tempore mortis. Hugo Card.*

Secundò, in auxilium meum voco Unigenitum æterni Patris Redemptorem meum, ut ſanctiſſimi Sanguinis ſui efficacia me liberet ab omnibus inimicorum meorum inſidiis, *Tuo famulo ſubveni, Domine Ieſu Chriſte, quem pretioſo Sanguine redemiſti.*

Tertiò, recurro ad Spiritum ſanctum unicum animarum noſtrarum ſanctificatorem, ſuccurre tua Divina Gratia illuminando intellectum in prima veritate, inflammando & accendendo affectum ad ſummam bonitatem, & veſtiendo animam meam nuptiali veſte ſanctæ tuæ Gratiæ & Charitatis.

Quartò, invoco peccatorum Advocatam, ſanctiſſimam Virginem Dei Matrem Mariam, unicam ſpem meam unicum meum poſt Chriſtum refugium: *Sancta Maria, ſuccurre miſeris, juva puſillanimes.* Recordare, quòd, eſto peccatorum viliſſimus, ſervus tamen ſim pretioſo Filij tui Sanguine redemptus, non igitur tantum Sanguinem inaniter ſparſum iri, neque, quod in ſalutem meæ ſubſidium datum eſt, in confuſionem meam, in damnationem converti permitte.

O potentiſſima Regina, *Quàm glorioſum & admirabile eſt nomen tuum, & qui illud retinent, non expaveſcent in puncto mortis*, veluti affirmat devotus tuus Bonaventura.

Quintò, ecce, Angele ſanctiſſime, Cuſtos meus, qui nunc me conſtitutum in æternitatis confinio, &

Altiſſimi Judicis tribunali ſiſtendum; rogo te, ut
hoſtium meorum augentur & multiplicantur
ac inſidiæ, ita tuum quoque amplietur patrocini
auxilium: noli me deſerere, defende me, confor
conſolare me, inſuper & opus ſalutis meæ, quod
cœpiſti, & tanto tempore deindè proſecutus fu
gloriam Dei noſtri comple & perfice.

Sextò, Te quoque S. Michaelem Archange
invictum totius cœleſtis militiæ Principem, E
Protectorem, juſtumque Definitorem ac Provi
meritorum noſtrorum voco in auxilium cum
tuo comitatu Angelico, protectionis tuæ ſu
expande alas. Tuo id impetrem ſuffragio &
ceſſione, cujus jacturam feci ob iniqua peccata
lera mea.

Septimò, denique recurro ad omnes Sanctos
ctas cœli incolas: *Subvenite Sancti Dei, occurri
geli Domini, ſuſcipientes animam meam, & offeren
conſpectu Altiſſimi.*

## *Actus Deſiderij videndi Deum.*

*Actus ad excitandũ in ſe deſiderĩ videndi Deum.*

Primò, deſidero te, Deus meus, vita anim
*Vita, per quam vivo, & ſine quâ morior.*

Secundò, deſidero videre Deum Patrem, &
torem meum, à quo recepi eſſe ad ejus imagin
militudinem.

Tertiò, deſidero videre Filium naturalem De
ſtum Jeſum, Redemptorem & Salvatorem meum.

Quartò, deſidero videre vulnera illa, quæ ſ
ſplendidiora refulgent in ſacratiſſima Redemp
Humanitate, ſacras illas monetas, & pretium
ptionis meæ.

Quintò, deſidero videre Deum Spiritum ſan
eodem Deo procedentem, unicum Vivifica
Sanctificatorem animæ meæ.

Sextò, deſidero videre Dominam meam, & Re
præcelſam magni Dei Matrem, prodigium

gloriæ ſplendorem, cunctorumque Beatorum poſt Chriſtum gaudium & exultationem.

Septimò, *Quandò veniam & apparebo ante faciem Domini? Putaſne videbo diem illam, diem, inquam, jucunditatis & lætitiæ: Diem, quam fecit Dominus, ut exultemus & lætemur in eâ.* — *S. Aug. in Solil. c.31.*

Octavò, *Veni Domine & noli tardare. Veni Domine Jeſu Chriſte, veni & viſita nos in pace; & reduc vinctos de carcere, ut lætemur coram te corde perfecto. Veni Salvator noſter. Veni deſideratus cunctis gentibus. Oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.* — *Ibidem.*

Nonò *Veni Domine IESV.* Veni dulciſſime JESU. Veni dulciſſime Amor, JESU Salvator, ſalva hanc animam meam. Jeſu conſolator, conſolare hunc ſpiritum meum. Jeſu omne bonum meum, exple tandem, & ſemper exulta cor meum.

Decimò, *Sicut cervus* ſitibundus currit *ad fontes aquarum: ita anima mea* ſitibunda *ad te, Deus*, anhelat, & deſiderat te; Deus meus, fontem perennium aquarum æternæ vitæ. Ecce venio, ecce expiro. *Domine IESV, ſuſcipe me, rape me, ſuſcipe me, ut cum Sanctis tuis laudem te in ſæcula ſæculorum, Amen.*

## *EXEMPLA.*

## TITUL. III.

*Exempla confirmantia præfatorum actuũ exercitiũ.*

S. Auguſtinus ad mortem ſe paraturus primò ſeſe abſtraxit cunctis aliis negotiis, totumque ſe dedit lectioni, orationis, rerumque cœleſtium contemplationis exercitio. Sanctus item Guarricus Abbas, eſto continuum vitæ ſenſerit tædium & faſtidium, morti nihilominus proximus *ardentioris mentis exceſſu ad Chriſti pulchritudinem contemplandam rapiebatur.*

1. *Surius 28. Aug. & 6. Feb. Marc. Moral. li.5. c.10.*

Sanctus Chryſoſtomus *ante obitum ſignavit ſe ſigno Crucis, cum quo vixerat.* Cùm Sanctæ Mariæ Ognacenſi in mortis articulo compareret Dæmon, *ſe muniens Crucis ſigno illum profugavit.*

2. *Surius 27. Ian. & 23. Iu.*

3\. De ſancto quoque Severino Bavariæ Apoſto[...]
*Idem 8. Ia.* tur, quod totum corpus ſuum ante obitum ſigno [...]
munierit. Alij inſuper Sancti mori voluerunt po[...]
cineres ſigno Crucis ſignatos.

4\. *Marc. Ma-* Sancta Martha, ſoror ſanctæ Mariæ Magdal[...]
*rul. c. 10. l. 5* hac vita jam jam migratura lampadem accen[...]
*f. 478.* præcepitque circumſtantibus, ut advigilarent: [...]
opera Diaboli lumen extingueretur, agonizanti [...]
ſancta Maria Magdalena, fugavit Dæmones, lam[...]
*In ejus* rursùs accendit, & ſororem conſolata eſt. Et de [...]
*vitâ.* niſlao Koſtcha legitur, quod moriendo candelam [...]
dictam manibus tenuerit accenſam.

*Sur. in vi-* Dæmonibus totum aliquod monaſterium [...]
*ta D. Greg.* tibus & vexantibus comparuit cuidam mo[...]
*12. Mart.* S. Gregorius, dixitque, ut, ſi Dæmonum [...]
*n. 93.* moleſtiam & infeſtationem effugere optarent, [...]
tando Litanias de omnibus Sanctis totum mon[...]
aquâ benedictâ aſpergerent, promptiſſimè m[...]
obtemperarunt ſancti viri monitis, cùmque p[...]
conſilium exequerentur, monaſterium totum à D[...]
6\. nibus remanſit liberum.

*Flores exē-* Religioſus quidam frater ſub finem vitæ ſ[...]
*pl. c. 4. tit.* *duas aves in feneſtrâ, unam valdè pulchram,* [...]
*20. exē. 25.* *horribilem valdè, & nigram,* precatusque eſt D[...]
*Sur. tom. 7.* ſuum, ut *nigram avem eiiceret*; accepit aquam [...]
*in vita B.* ctam, qua cùm locus ille aſpergeretur, ſub to[...]
*Pet. Abba-* Dæmon, qui in ſpecie avis nigræ ac terribili[...]
*tis.* apparuerat.

7\. Sanctiſſimæ Virgini paulò ante obitum ſu[...]
*Epiſcop. A-* ruit S. Gabriel Archangelus, *& ramum* [...]
*quil in Aſ-* *paradiſo præſentavit*, in ſignum ac teſtimo[...]
*ſumpt. B. V.* pendæ victoriæ, triumphi & gloriæ, quam [...]
8\. tura eſſet.

*Tho. canti-* Thomas Cantipratenſis, perſona admod[...]
*pra. lib. 2.* cta, prudens & docta refert, qua ratione [...]
*cap. 53.* vitæ ſuæ perſona quædam à morte reſu[...]
cenſuerit, quod eodem temporis momento [...]
terceſſionem ſanctæ Urſulæ & ſociarum à [...]
pœnis liberata, ac per Dei voluntatem re[...]
acceſſerit omnibus & ſingulis ſignificatu[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quique erga præfatas Sanctas in vita extiterint devoti, mortuique fuerint in gratia, eodem dotandi privilegio; ac ſubitò poſt mortem à pœnis Purgatorii abſolvendi & liberandi, ſubjunxitque; & in veritatis hujus teſtimonium *nunc ſpiritum iterum reddo*, & morior, *nec mora, ſicut dixit, & fecit*, ac ſpiritum reddidit. Pro praxi hujus devotionis ſatis erit, ſi quilibet pro arbitrio ſuo indies dicat aliquot Pater noſter & Ave Maria, aut alia quæcumque opera bona exerceat in honorem ſanctæ Urſulæ & ſociarum.

Commune fuit Sanctis, mortem ſuam jungere cum decantatione ſeu lectione pſalmorum & hymnorum, 9.
ſicut legitur de ſancto Claro Abbate; qui *appropin- Sur. 21. Ja.*
*quante hora exitus ſui Pſalterium decantare cœpit*, &
finitis Pſalmis, cùm fratres recitarent hunc verſiculum:
*Omnis ſpiritus laudet Dominum, migravit ad Dominum*,
& reddidit animam Creatori ſuo. 10.

De Beato Aloyſio Gonzaga legitur, quod ultimis & *P. Cepari*
vitæ ſuæ morti vicinis diebus quotidiè ſibi prælegi *in ejus vi-*
curaret ſeptem Pſalmos, quibus, defixis intereà in Chri- *ta.*
ſtum crucifixum oculis, profundiſſimam adhibebat attentionem. Præterea aliis temporibus lectionem, auſcultabat aliorum librorum ſpiritualium, puta, ſoliloquiorũ S. Auguſtini, jubili S. Bernardi, aut ſimiles lectiones pias magno cum animæ ſuæ gaudio. 11.

Refert Dionyſius Carthuſianus de quodam ſummo *Carthuſ. de*
Pontifice, qui circa vitæ ſuæ terminum injunxit Sacel- *quatuor no*
lano ſuo, ut agoniæ ſuæ tempore ad Chriſtum fun- *viſſimis.*
dendo preces tria pro ſe diceret Pater noſter, & recitando primum, Patri æterno offerret agoniam Chriſti in horto pro culpis ſeu peccatis ſuis: dicendo ſecundum, offerret pœnas ejus in Cruce perpeſſas pro pœnis omnibus, quas promereretur propter peccata ſua: dicendo tertium, offerret infinitam ejus charitatem, ut in morte illius aperiretur porta cœli; & dictus Pontifex eidem apparens Sacellano revelavit, ſe totum id, quod ille poſcit, obtinuiſſe, ac proindè in ſtatu ſalutis & gloriæ conſtitutum eſſe.

12. Idem quoque de Hugone Gratianopolitano
Dionyſ. ut ſet, quod in extremis conſtitutus nocte morti imme-
ſup. diatè præcedente trecenties eandem repetierit oratio-
nem Dominicam.

13. Poſtrema & ultima verba, quæ Chriſtus Dominus
noſter in cruce protulit, fuerunt iſta: In manus
tuas, Domine, commendo ſpiritum meum.
D. Damaſ. protulit verba ſanctiſſima Virgo immi-
Orat. de Aſ- ſuæ tempore: In manus tuas, Fili, com-
ſumpt. ſpiritum meum, ſuſcipe animam meam, quam
Niceph. l. 2. vaſti alienam ab omni peccato, vel, ut alij volunt,
Hiſt. c. 12. cendo: Fiat mihi ſecundum verbum tuum,
ſpiritum.

14. In revelationibus ſanctæ Brigidæ de quodam
Revelat. S. Brig. l. 6. Servo refertur, quod morti proximus magno af-
c. 30. fectu dicebat: Deſidero, deſidero, deſidero, O Jeſu
meum veni.

15. Sancta Maria Ognacenſis ſingulari affectu
Sur. 23. Iu. votione dicendo & repetendo Alleluja, Deo
c. 10. animam.

16. Sanctæ Brigidæ pro defuncta quædam perſona
Bloſ. monil. canti & oranti reſpondit Dominus, eam eſſe in
ſpir. c. 13. torio deſiderij ob defectum deſiderij, quem
ſua habuit, videndi Deum, & in hoc Purgatorio
dicti deſiderij tolerare pœnam.

17. De ſanctiſſima Virgine aſſerit Albertus magnus
Alb. Mag. de B. V. c. ſine dolore, præ amore mortua fuerit.
471. Legitur de ſancta quadam Virgine, quod
18. puerulo Jeſu viſitata tanto in eum exarſerit amore
Specul. diſ. ſtatim præ amore cor ejus ſciſſum fuerit.
9. ex 74. Chirurgi poſt mortem corpus ejus aperuiſſent
litteris cordi ejus impreſſa invenerunt
Diligo te plusquàm me, quia tu creaſti, redemiſti
taſti me.

19. Eadem fœliciſſima amoris mors conceſſa
Cæſarius dam alteri devotæ perſonæ, cùm in monte
lib. 1. c. 25. ubi totius mundi Redemptor propter amorem
Man. ſelect. lutem noſtram expiravit, Crucifixi dolores
c. 236. taretur,

Similis gratia alteri adhuc perſonæ indulta fuit, quæ 20.
aſcenderat montem Oliveti, ubi contemplando gloriam Ibidem.
Chriſti *ruptis præcordiis* propter Divini amoris violen-
tiam *ſpiritum exhalavit*.

Sanctus Franciſcus de Paula conſtitutus in extremis 21.
curavit ſibi prælegi Paſſionem Chriſti à ſancto Evange- Sur. 2. Apr.
liſta Joanne deſcriptam.

Idem refertur de ſancto Vincentio Ferrerio, qui im- 22.
minente mortis articulo omnium quatuor Evangeliſta- Idē 5. Apr.
rum ſacratiſſimæ Paſſionis voluit auſcultare lectio-
nem.

## *De Judicio Particulari.*

# Iter ſeu Dies VIII.

Dividetur hæc dies in ſex quæſita, primum erit de terrore Judicij, ſecundum de apparitionibus, quæ in eodem evenire ſolent, tertium de perſona Judicis, quartum de accuſatoribus, quintum de materia, ſextum de auxilio ſanctiſſimæ Virginis.

## *De Terrore Iudicij.*

### TITUL. I.

Ex variis, at ex tribus præcipuè cauſis Judicium Carthuſ. de
particulare admodùm horribile ac tremendum eſt, 4. noviſſi-
quo Deus ſub vitæ terminum cujuslibet hominis mis.
judicabit animam. Primò *ex parte judicantis*, quia Iudicium
Judex ſententiam pronunciaturus eſt infinitæ poten- tribus de
tiæ, infinitæ ſapientiæ, infinitæ juſtitiæ; unde cauſis tur-
nemo quiſpiam ei reſiſtere, nec quicquàm eum la- ribile.
tere, nec ullus ipſum ab æquo juſtitiæ tramite
declinare aut retrahere poteſt. Secundò *ex parte judi-
candi*, quia anima, quæ judicabitur, nec ſe abſcondere,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nec ſe excuſare ; neque appellare poterit. Te[...]
parte retributionis , quæ eſt æterna, aut glori[...]
*Epiſt. ad Hebr. 10.* pœnæ ; unde meritò dixit Apoſtolus : *Horrend[...]*
*incidere in manus Dei viventis*, nimirùm, *in ſ[...]*
*in æternum viventis* , & conſequenter, in æt[...]
punientis.

*S. Anſelm.* Sanctus Anſelmus horrorem & terrorem partic[...]
*Motiva ad apprehendū terrorem dicti Iudi-cij.* Judicij ob oculos nobis ponit in hunc aliquem mo[...]
*Tunc à dextris erunt peccata accuſantia , à ſiniſ[...]*
*nita Dæmonum turba , ſubtus horrendum chaos [...]*
*ſuperiùs Iudex iratus.*

Præterea, quàm ſit terribile hoc Judicium, [...]
probatur, quod omnibus conſtabit conditionibu[...]
in vero aliquo Judicio occurrere ſolent, omnes[...]
tremo ſubjectæ ſunt horrori.

*Cōditiones rigoroſi Iu-dicij.* Primò, in Judicio particulari erit *intimati[...]*
*S. Vincent. Ferrer Dō. 2. Advent.* at *temporis incogniti :* etenim neſcitur, quo an[...]
menſe, quo die, qua hora, qualivè momen[...]
tiendum ſit, & per conſequens neque ſcitur, [...]
vocaberis ad Judicium. Et verò Deus voluit [...]
*hora ſit incognita, ut omnis horâ ſit ſuſpecta*, [...]
*Prima con-ditio inti-matio tēpo-ris. D. Gre. in Evang. S. Tho. 4. cont. Gētes. c. 91. & 92.* moriendum paratus inveniaris ; Verùm qu[...]
hoc tempus determinatum Judicij Deo notum [...]
incognitum ? Reſpondet S. Thomas : *Fit [...]*
*ſtatim poſt ſeparationem* , idque in primo inſta[...]
ſeparationem animæ à corpore : totum nam[...]
vitæ ad ultimum uſque mortis inſtans pertinet [...]
viæ, in quo anima meretur , ſalvari aut damn[...]
ſed cùm hoc ſit determinatum inſtans, neſcitu[...]
nam illud ſit.

*Secunda, præparatio loci.* Secundò , in Judicio particulari erit *præpar[...]*
& hic quoque ignotus eſt , quia non conſtat, [...]
aut in mari , an domi, aut foris, an in hoc ve[...]
moriturus ſis ; quapropter. cùm ubivis loco[...]
mori poſſit , ubique mors expectanda eſt, [...]
quando menſæ accumbimus aut in lecto [...]
mientes. Hanc veritatem agnovere quon[...]

*Seneca.* *In omni loco mors tibi inſidiatur, & tu in omni [...]*
*expecta*, inquit Seneca.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tertiò, aderit *citatio partium*, & hæc citatio fiet cum tanto timore & tremore ab ipſomet lethali morbo, ut tunc incipit *homo palleſcere, & tremere, quia reperit infirmitatem eſſe miniſtram mortis, & per eam citari ad* [illegible] judicium.

*Tertia, citatio partium.*
*S. Antonin.*

Quartò, ſequetur *diſcuſſio cauſæ*, concurrente irrefragabili propriæ conſcientiæ teſtimonio, quod erit teſtimonium omni acceptione maius, iuxta Diuinum oraculum: *Accuſatione conſcientiæ ſuæ convincitur.*

*Quarta diſcuſſio cauſa.*

Quintò, superveniet *fulminatio ſententiæ*, conformiter meritis cauſæ, & ad has conditiones, vtpotè, principaliores reducuntur aliæ timore pleniſſimæ. O ſententiam in verbis breviſſimam! quia in vnica duntaxat conſiſtit dictione, imò in vnica ſola littera, i, enimverò Judex dicet reprobo: *i maledicte in ignem æternum*, at copioſiſſimam in ſententia, quia in illo, i, conſiſtit Divini Judicii efficacia, æternæ pœnæ damnatio, ultima miſeria, & animæ exterminium. O ſententiam ſolam tremendam, ſolam terribilem, ſolam formidabilem. non eſt timenda fames, non peſtis, non bellum, non mors, nec vllæ mundi adverſitates & tribulationes, ſed ſola æterni Judicis ſententia in æternum condemnantis, & ſine fine punientis. Quamobrem non immerito Abbas Elias indelebili ſemper recolens memoria ultimi Judicii particularis finalē ſententiā dicebat: *Tria ſemper cum timore cogito, egreſſum animæ de corpore, occurſum ad Deum, & ſententiam Iudicis.* Et S. Bernardus tanto correptus timore, totus timidus & anxius firmum fecit propoſitum, ſe nunquàm velle lætari, ſed ſemper plangere, donec liber à ſententia mortis audiat ex ore Chriſti ſententiam vitæ: *Firmum eſt mihi propoſitum nunquàm ridendi, quouſque audiam ex ore Dei illa verba: Venite benedicti, & nunquàm à fletu deſiſtendi, donec ſim liber ab illa ſententia: Ite maledicti.*

*Quinta fulminatio ſententiæ.*

*Conceptus Abbatis Eliæ utilis pro ſalute animæ.*
*In vit. PP.*
*S. Bern. reſolutio ob timorem Iudicii.*

Sextò, ſubſequitur *ſententiæ executio*, quæ ſubitò, & in uno momento fiet, veluti eodem momento, cæteræ omnes actiones, quæ in eodem intercurrunt Judicio; nam poſt egreſſum animæ ex corpore ſubitò in vnico [illegible] temporis inſtanti continget *animæ præſentatio, accuſatio, examinatio, ſententia, & executio*, in eodem

momento anima reperietur aut in Inferno, in quib
pœnarum æternitate, aut in Paradiſo in æterna
gloriæ.

*Exempla Iudicii terrorem cõmonſtrantia.*

# EXEMPLA.

## Tit. II.

1. *D. Vinc. in* SAnctus Vincentius Ferrerius de quodam adol
te recenſet, qu‹ d in ſomno adductus ad Divum
*Sexag. ſerm* dicium tantum exindè conceperit timorem & pa
3. vt è ſomno excitatus totus canus inventus fuerit.

2. Terribile, & huic propoſito conforme exemplu
*Climac.* quod refert Climacus de quodam Religioſo S. vi
*grad. 2.* poſt multos aſſultus & tentationes Dæmonis
audientibus cunctis aſtantibus coactus fuit dicen
teri: *Verum eſt, ad hoc neſcio, quid dicam,* Dei
*ricordiam implo‹›*. Cæteris de prævіis accuſat
Dæmonis coram Judice reſponderat, aut quia p
de quibus arguebatur, per confeſſionem delev
quia de iis per orationes & jejunia magnam ſubie
nitentiam, vel denique quia eorum, quæ ei oppo
tur, falſitatem oſtenderet; at ultimæ accuſatio
manus, & quid reſponderet, haud ſcivit: quare
ctus recurrit ad miſericordiam Dei, dicendo: *Ver*
*ad hoc neſcio quid dicam, Dei miſericordiam*
Quod ſi ergò hic Religioſus tàm ſanctus, qu
quadraginta annos Religionis, vti ſubjungit ido
thor, dono lachrymarũ præditus, miracula mult
verat, *exitum de ſua ſalute incertum ac dubium*
qui dicendum eſt de aliis, qui eo longè inferior
ſanctitate vitæ?

3. Ut terror Divinæ ſententiæ, quàm Chriſtus D.
*Tom. 1 Cõ* mortis horâ contra peccatores proclamabit, clari
*cil p. 2. in* cipiatur, non abs re erit, ſi nobis ob óculos pona
*annot de* emplum Theodori Papæ Pyrrhum Hæreſiarch
*vita Papæ* cõmunicationis ferientis fulmine. Acceſſit Pont
*Theod. fol.* tare Sancti Petri, & præſente ibidem magnâ Præla
*280.* multitudine accepit calicem, quo continebatur S

Ch

Chriſti C.N. conſecratus, *& ex vivifico Sanguine atramentum ſtillavit*, ac propriâ manu contra Hæreticum …ſcripſit ſententiam. Ad eundem modum proce…Chriſtus contra peccatores, proprio Sanguine ſcri…ſententiam, quia Sanguis ille, qui pro illis effuſus fuit …*ſalutem*, cedet *in* eorum *damnationem.*

## *De apparitionibus in morte.*

### TIT. III.

TEmpus *mortis eſt tempus viſionum & apparitionum*, …in morte variæ contingere ſolent viſiones & apparitiones alterius vitæ, tunc enim quaſi *in confinio æterni* …*& quaſi in quodam mentis crepuſculo* anima con…ſtituta eſt; quemadmodum oculus corporeus matu…tino crepuſculo, priusquam ſol oriatur, videre incipit; …anima, antequàm egrediatur è corpore, incipit habere quandam alterius vitæ notitiam, idque, vt affir…mat idem S. Gregorius, tribus modis evenire ſolet: …primò, *per animi ſublimitatem* ſeu per ſubtilitatem & ſpiritualitatem animæ; *Secundò, per revelationem*, quia Angeli animabus revelant res futuras; …tertiò *per viſionem ipſam*, quia, nimirùm, animæ ad …ipſius alterius vitæ viſiones elevantur. De hiſce ergò apparitionibus modò diſſeremus, ac primò de apparitionibus bonis & ſanctis, ſecundò de apparitionibus malis & …infeſtis. Quò ad priores, non deſunt Angeli & Sancti …in ſuccurrendo & opem ferendo moribundis tùm …per orationis ſuffragia, tùm etiam per propriam præ…ſentiam; modus & praxis, quæ obſervatur, hæc eſt; Angelus ſanctus cuſtos, clientulo ſuo in extremis …conſtituto, ac vitæ periculo ſubjecto, ſine mora volat …ad Chriſtum D. N. aut ad ſanctiſſimam Virginem ex…ponit infirmi ſtatum & neceſſitatem, orat & ſup…plicat nunc pro hoc; nunc pro alio ſubſidio ei neceſ…ſario, tùm Salvator ſancto Michaeli Archangelo mandat ac præcipit, vt quinquaginta aut centum Angelorum millia mittat in ſuccurſum pro

*D Greg lib 4. Dial. c. 26. & 41.*

*In agone habentur viſiones.*

*S. Vicent. Ferr. ſerm. in Sabb. poſt Aſcenſ*

neceſſitate illius animæ , & cum Angelis ſimul de... dunt multi Sancti, ii præſertim , erga quos infirmus ... titit devotus in vita, & cuncti moribundo aſſiſtunt ... lianturque. Ubi S. Vincentius aduertit, magn... pus eſſe reverentiâ, quotquot infirmo morti vic... ſunt, aut conclave eius ſubintrant, propter præ... Angelorum & Sanctorum, qui ibidem morantur ...

*Dicta viſiones alio modo exhibentur bonis, alio modo malis.*

firmo aſſiſtunt, licet incogniti & inviſibiles; Vera ... viſitationes & ſuccurſus alio modo exhibentur bo... alio modo malis: bonis comparent in maiori nu... *iuxta maiora merita*, & cum in finem, *vt ſine formi... ſine dolore ſolvantur*, & magnâ cum pace & quiete ... timore & dolore moriantur, ac nonnunquam aliqui ... ruerunt audire cœleſtem Angelorum muſicam & ... diam, *vt dum illam libenter audiunt, mortis dolor... ſentiant*; Aſt malis alio modo comparent Ange... alium finem: primò in minori numero *iuxta m... rita*: ſecundò, propter hunc finem, *vt ſine culpa ... minori culpa & minori pœnâ ſolvantur*, nimirum ... fragantibus bonis ſanctorum Angelorum inſpi... bus aut reducantur ad ſtatum gratiæ, aut, ſi hoc ... queat, moriantur ſaltem cum minori peccato... mero, & cum maiori reatu ac debito pœnæ; & ... apparitione & abſtinentiâ Angelorum & ſancto...

*S. Greg. Dial. lib. 4. c. 26 & 41. & c. 11. & 14. vid. exemp. 1. 2. & 3.*

*Vid. exemp 4. 5. 6. 7. 8. Sap. 6. v. 13 S Methild Bloſ. mon. ſpir. c. 21. vid exemp. 9.*

Comparet quoque ſanctiſſima Virgo moribu... ſervis ſuis, qui eam amore proſecuti fuerunt, ... deliter in vita ſeruierunt: *Facilè videtur* (ſcilicet ... pore mortis) *ab iis, qui diligunt eam.* Idem dic... eſt de Chriſto D. N. veluti ipſemet Chriſtus S. M... reuelauit: *Adſum in morte eorum, qui mihi piè ... ſervierunt.*

*Apparent quoque Dæmones;*

Quo ad poſteriores apparitiones Dæmonum ... ge ordinaria comparent omnibus tàm bonis, qu... lis, id enim enim iis à Deo conceſſum & permiſſum ... *Tu inſidiaberis calcaneo eius, ſcilicet in fine vitæ*; ... mirum eſt eos apparere hominibus, cùm etiam au... rint intereſſe morti Chriſti, in quâ comparuit ...

*Gloſſa ſuper Tobiam*

*Stans ſuper brachium crucis, ſed dum capere conaretur, captus eſt*; nihilominùs Beatiſſima Virgo per gra... ſpeciale priuilegium in morte exempta fuit à Dæ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Viſione: *Obtinuit gratiam, nè videret Dæmones in morte ſua.* Verùm non eodem, ſed diuerſo modo comparent bonis & malis; bonis *in purgationem, vel in gloriam*, eiusque augmentum,; at malis *in pœnam & damnationem*, nimirum, primò, vt in iis impediant quodcunque ſalutis medium, nè poſſint confiteri, aut elicere actum contritionis, aut ſaltem nè confeſſio facta integra & cordialis, ſed ſolùm verbalis, vero carens dolore & propoſito.

*S. Vincent. Ferr. Dom. 1. Advent. ſerm. 4.*

*Ob quem finem appareant malis.*

Secundò, comparent ſub horrenda ſpecie, vt ad deſperationem redigant agonizantes, qui nunquam eternos eius, quod vident, ſignum exhibent circumſtantibus, vti refert ſanctus Chryſoſtomus, *Terribiles viſiones, & quia ſpirituum ſpecies ferre non poſſunt, morientes, qui adſunt, aſpiciunt oculis.*

*Tom. 2. hom. 16.*

Tertiò, vt capiant dominium illius animæ tanquàm ſibi debitæ; vndè veluti per anticipatam ſolutionem in hac vita deguſtare etiam incipiunt pœnas illas, quas deinde per totam æternitatem experientur in Inferno.

Quartò denique comparent & aſſiſtunt miſero morienti, vt per vim & violentiam infœlicem illam animam è corpore divellant, veluti atteſtatur ſanctus Antoninus: *Mali in morte vident Dæmones magno impetu ac violentiâ animam de corpore extrahentes.*

*S. Anton. 1. p. tit. 5. c. 2.*

# EXEMPLA.

## *Ac primò de apparitionibus Sanctorum.*

*Apparitiones bonæ confirmantur exemplis.*

## Tit. IV.

1\.

Sancto Melito monacho in extremis conſtituto & timori mortis ſubiecto apparuit quidam Angelus decens & exhibens ei epiſtolam, dixitque: *Aperi, & lege*: aperuit, & in ea reperit nomen ſuum *aureis litteris ſcriptum, in ſignum, quod ſcriptum erat in libro vitæ*, & cum hoc fœliciſſimo nuncio, certâ ſpe & fi-

*S Greg. Dial. lib. 4. c. 26.*

duciâ, abſque vllo timore mortuus eſt, Creatori ſuo red-
dens animam.

2. *Ibid. c. 14.* Sanctus Servulus paralyticus extremos ſentiebat do-
lores, & propter infirmitatem, quam patiebatur, & pro-
pter mortis agoniam ſibi imminentem; Sed ut
Deus ab omnibus eriperet doloribus, confortavit &
ſolatus eſt ipſum cœleſti Angelorum muſicâ, vade
circumſtantibus : *Tacete, non auditis, quanta*
*laudes in cœlo? & ad illas intendens, anima illa ſancta*
*ne ſoluta eſt*, ut conjungeretur Creatori ſuo in æter-
gloria.

3. *Ibid. c. 13.* S. Galla appropinquante mortis horâ vidit S. Petrum
ad ſe venientem; undè dixit ei: *Quid eſt Domine*
novi boni confers Protector meus, *dimiſſa ſunt mihi pec-*
*cata mea?* Reſpondit Sanctus, *dimiſſa, veni*, & ſtatim
piravit, ut uniretur Sponſo ſuo Chriſto in nuptiali
riæ thalamo.

Variis item exemplis oſtendi poteſt, quâ ratione
ctiſſima Virgo appareat in mortis articulo devotis
clientibus & famulis; ſed pauca quædam, eaque præ-
in medium proferam.

4. *Ibid. c. 17.* Refert S. Gregorius de puella quadam vocata
quod ei ſanctiſſima Virgo comparuerit in mortis
culo, & cùm infirma diceret : *Ecce Domina venio*
*Domina venio, in hac voce ſpiritum reddidit* Deo,
ſimâ Virgine pro ea intercedente.

5. *S. Hieron. Plat. de bono ſtatus Relig. c. 31.* Alphonſus Ordinis S. Franciſci Religioſus, vitæ ap-
pinquans termino, vidit ſanctiſſimam Deiparam
*merabilium Angelorum comitatu ſtipatam* ſibique
tem: *Quid times fili? veni ſecurus, quoniam Filius*
*cui fideliter ſerviſti, dabit tibi coronam vitæ.*

6. *Ioan. Bonif. in Hiſt. B. V. lib. 4. c. 1* Romæ in collegio Germanico adoleſcens mori-
nomine Henricus Abaiden: hic inſcriptus erat Co-
ternitati ſanctiſſimæ Virginis, cùmque vitæ mortalis
ſubintraret confinia, multùmque vexaretur à Dæmoni-
bus, apparuit ei Regina Angelorum, quæ malignos
alloquendo ſpiritus hæc in verba prorupit: *Quid*
*cum illo, qui tot annis mihi in mea congregatione*
ſubitò diſparuêre Dæmones, & adoleſcens ve grati-
præcelſæ Dei Matri, paulò poſt cum magna pace
te ex hac vita migravit.

Vide

Viduam pauperculam gravi obnoxiam infirmitati vi- 7.
ſitandam acceſſerat ſanctiſſima Virgo vnâ cum duabus *Bellua. lib.*
Angelorum, Virginumq; turmis aſſiſtentiam & ſolatium 8.c.96.
præbitura, fecit, & panno lineo ſudorem fronte de-
terſit. Vidua deindè ſuſceptis ſanctiſſimis Sacramentis
expiravit, cujus animam Virgo ſanctiſſima *in concentu*
*Angelorum* conduxit ad cœlum, & totum hujus rei ſuc-
ceſſum vidit Beata Maria Ognacenſis, quæ infirmam vi-
ſitatum advenerat.

Similis exhibita fuit gratia Carolo S. Brigidæ filio ; 8.
nam ſanctiſſima Mater, quam is in vita ſpeciali coluit *S. Brig. lib.*
devotione, primò *adfuit illi in extremis laboranti* ; ſe- *7. revelat.*
cundò, *expulit Dæmones*, neque permiſit, vt ipſum ulti-
mâ illâ horâ quovis modo tentarent; tertiò poſt mor-
tem infirmi *detulit animam eius propriis manibus in pa-*
*radiſum*. Præter has Virginis apparitiones, legitur quo-
que de Christo D.N. cum apparuiſſe ſervis ſuis mortis
articulo.

Recenſet S. Gregorius de S. Terſilla Virgine Amitâ 9.
ſuâ, quod morti vicina *ſursùm reſpiciens Ieſum venien-* *D. Greg.*
*tem vidit*; undè altâ voce dixit circumſtantibus : *Rece-* *Dial. lib. 4.*
*dite, recedite. Ieſus venit* ; *& in eum intendens, quem vi-* *c.6,*
*debat, illa ſancta anima è corpore egreſſa eſt* , & ad ſpon-
ſum ſuum evolauit.

## *De Apparitionibus Dæmonum.*

*Exemplis aliis confirmantur apparitionis Dæmonum.*

### Tit. V.

Sanctus Pater Damianus refert de miſero quodam
peccatore, cui non ſolùm in morte aſſiſtebant Dæmo- 1.
nes, qui tempore faciendæ confeſſionis vehementem *S. Pet.*
ipſo excitabant lethargum, adeoque, nè confiteri *Dam. ſpec.*
poſſet, obſtabant; verùm etiam poſt mortem ſub ſpecie *tit. conuerſ*
& forma nigrorum canum aſſiſtebant ſepulturæ, *quaſi* *exe. 1.*
*defunctum cuſtodientes.*

Narrat S. Gregorius de peccatore nomine Cryſo- 2.
rio, qui morti vicinus propriis corporis oculis *S. Greg. 2.*
conſpexit accedentes Dæmones in forma horrenda *loc. ſup. cit.* *c 38.*

& terribili; *undè cœpit tremere & palleſcere, & ma*
*vocibus clamare*, & invocare auxilium, ſubiungen
*Inducias vel uſque manè, inducias vel uſque man*
nullæ ei conceſſæ fuere induciæ, quia *in ipſius*
*habitaculo ſua carnis evulſus eſt.*

3\. Cæſarius recenſet de quodam alio peccato
*Cæſar. lib. 2 c. 7.* non in morte duntaxat, verùm etiam in vita ap
Dæmon, conduxitque eum ad Infernum; Qu
rem jamjam moriturus, nullâ ratione induci p
faciendam confeſſionem, ſed ſemper reſpond
*Non poſſum, non poſſum, ſedes mea jam eſt parata in*
*no, quod de me diſpoſitum eſt, neceſſè eſt impleri, ſe*
*quod geſſi, recipiam*, pœna correſpondebit culpæ,
que merentur peccata mea, & in hiſce verbis ſi
*tritione, ſine confeſſione, ſine viatico, ſine ſacra*
*defunctus eſt, & in Inferno ſepultus.*

4\. De Theodoro ficto & ſimulato Religioſo re
*S. Greg. Dial. lib. 4. c. 37.* Gregorius, quod appropinquante horâ mortis c
clamare: *Recedite, ecce Draconi ad devorandum*
*ſum, etiam caput meum in ſuo ore abſorbuit, date*
*ut me non amplius cruciet, ſed faciat, quod factur*
Cùmque alii religioſi fratres eum hortarentur,
ſanctæ crucis ſe muniret, reſpondebat: *Non poſſum*
*ſquamis huius Draconis premor*; tametſi, vt ide
ctus recenſet, ſuffragantibus Fratrum orationibus
illis beſtiis poſtmodò liberatus fuerit.

5\. Neque ſolùm in mortis articulo Dæmon com
*Specul. tit. Dæmon. exemp. 25.* verùm etiam terribili ſuo aſpectu infert mortem,
admodum refertur de Leopoldo Auſtriæ Duce, qu
lum inſpiciendo Dæmonem in propria perſona
gromantico ſeu Mago quodam ei demonſtratum,
*Satis eſt, & ſtatim ad lectum deductus*, ex ſolo terro
horrore *mortuus eſt.*

6\. Nec proſunt Angelorum, neque ipſiusmet C
*Beda tit. 2. lib. 5. hiſt. cap. 18.* auxilia, veluti dilucidè & apertè conſtat ex hiſce d
exemplis, quorum primum recenſet Beda de famo
mo illo ac generoſo belli Duce tempore Regis Co
belligerante, quem cùm Angeli ſancti accederent
ei laturi in agone conſtituto, inclamarunt iis Dæm
nes: *Quid hic ſtatis, ſcientes quia hic noſter eſt?*

[...]berunt: *Verum dicitis, accipite, & in cumulum da[...]mnu veſtra ducite* Quibus dictis diſceſſerunt An[...], & Dæmones vocis ferreis miſeram animam à cor[...]re avulſerunt, & ad æternas Inferni pœnas ſecum [...]portarunt.

7. *Specul. tit. Impœn. exemp. 1.*

Secundum exemplum adfertur de quodam obſtina[...]to peccatore, qui in morte ſua nonniſi hæc reſponde[...]bat: *Ego peccator peſſimus, quid mihi prodeſt pœnitentia? damnatus ſum.* Et quamuis Chriſtus Dominus in per[...]ſona compareret ei, promittens veniam, quotieſcunque [...]pœniteret, & confiteretur: eadem nihilominùs ille re[...]plicabat verba: *Ego peccator peſſimus, quid mihi prodeſt pœnitentia? damnatus ſum.* Tùm Chriſtus Dominus [...]proprio latere accepit Sanguinem, & in moribundi [...] faciem, dicens: Sanguis hic, qui in tuam erat [...] ſalutem, in æternam tuam cedat confuſio[...]nem, & ſic expiravit.

## *De Iudice in Iudicio particulari iudicaturo.*

### Tit. VI.

*Primò poteſt eſſe Iudex noſter Angelus Cuſtos.*

Quatuor dicendi modi occurrunt in præſenti mate[...]ria, & nullus eſt, qui ſuâ careat probabilitate.

*Ioan. de Caſſia ſup. Geneſim. Bart. Sibil. lib. de po. reg. decad. 1. c. 3. q. 1.*

Primus aſſerit, Angelum Cuſtodem noſtrum fungi [...] officio judicandi nos in articulo mortis, tanquàm [...] Chriſtum & *ex Chriſti commiſſione.* Primò, quia [...]Dominus Deus cunctas res inferiores gubernat & regit [...]miniſterio *Angelorum.* Secundò, quia quemad[...]modum noſter Angelus Cuſtos nouit omnia noſtra me[...]rita & demerita; ita & eadem judicare poteſt. Tertiò, [...] ſicuti Angeli Cuſtodis eſt conducere animam ad [...]Purgatorium, aut in Paradiſum, aut eandem relinquere [...] Dæmonis, vt ipſam ad Infernum deducat; ita [...]que ad ipſius ſpectabit officium iudicare illam.

*Secundò, S. Michael Archang.*

Secundus modus dicendi eſt, Judicem noſtrum eſſe [...] Michaelem Archangelum, quemadmodùm

 ſancta

ſancta Mater Eccleſia inſinuare videtur in iſta oratione
*Sancte Michael Archangele, conſtitui te principem ad*
*omnes animas ſuſcipiendas, id eſt, judicandas.* Quo-
pter depingitur cum gladio, & bilance, quia gla-
gnificat judicium, & bilanx rectitudinem.

*Tertiò, Chriſtus in perſona Viſibili.*
*Apocal. 22.*
*Innoc. III. de cõtempt. Mund. lib 3. c. 43.*

Tertia opinio & dicendi modus eſt, Chriſtum
immediatè per ſeipſum & non Angelorum mini-
nos judicaturũ, & hæc ſentẽtia videtur eſſe confor-
S. Scripturæ: *Vigilate, quia neſcitis, quâ horâ Filius ho-*
*nis veniet, ſcilicet in horâ mortis* Et S. Joannes in Apo-
calypſi ſua ait: *Veni Domine Ieſu, ſcilicet in obitum*
Vndè Papa Innocentius III, cujus eſt hæc opinio, qua-
tuor diſtinguit Adventus Chriſti, duos viſibiles, in ca-
& in extremo Mundi die, & duos inviſibiles, in mo-
in mente.

Fundamentum opinionis hujus eſſe poteſt, qu-
era Scriptura eodem modo loquitur de Adventu C-
in Judicio Vniuerſali, & in Particulari; ergò ſi in
dicio vniverſali veniet in propria forma & perſo-
quoque in particulari. Confirmatur authoritate S. Hie-
ronymi hunc in modum loquentis: *Quod in die*
*futurum eſt omnibus, hoc in ſingulis die mortis imp-*

*S. Hier. c. 2. in Ioel.*
*Quartò, Chriſtus in viſione.*
*Suarez. to. 2. in 3. part. diſp. 52. ſect 2.*

Quartus & vltimus dicendi modus eſt, Chriſtum
morte cuiuslibet venturum non realiter, ſed ſol-
tualiter: *Quia quilibet virtute & efficacitate Chr-*
*ſpecies infuſas & ſpecialem illuminationem certi-*
*tur de ſtatu ſua damnationis vel gloria.*

Tres priores opiniones conciliari poſſunt, aſſe-
omnes ſimul concurrere ad Judicium noſtrum, & C-
ſtum Dominum noſtrum, & Angelum noſtrum C-
dem, & S. Michaelem Archangelum; at Chriſtum pr-
cipaliter, & Angelos *miniſterialiter*, vt exindè hic-
gatur fructus concipiendi ſalutarem timorem
Chriſti duntaxat, verùm etiam Angeli Cuſtodis
& S. Michaelis Archangeli, qui ad noſtrum
concurrere debent Judicium.

# EXEMPLA.

*Confirmãt timorem neceſſariũ.*

## Tit. VII.

R Efertur de Religioſo quodam negligente, qui quâ- *Ex Vitis*
dam vice infirmus & in ſpiritu raptus, ad Divinum *SS. PP.*
perductus fuit Judicium, vbi reperit Matrem ſuam a-
cerrimè eum reprehendentem & dicentem: quomodo hic
es fili mi? ubi jam primus fervor tuus? ubi verba illa,
quæ in Religionis ingreſſu loquebaris: *Volo ſalvare a-
nimam meam?* Ad hæc filius hærens attonitus, totus-
que rubore & confuſione plenus, quid reſponderet, ne-
ſciebat: rediit denique ad ſe, & ea, quæ acta erant, seriò
perpendens mutavit vitam, aſperamque admodùm egit
pœnitentiam; nonnullis vero eum monentibus, vt non-
nihil ſibi parceret, & de tanto rigore pauxillum remit-
teret, reſpondebat: *Si improperium Matris meæ ſuſtinere
non potui, quomodo Chriſti & Angelorum eius aduersùm
me confuſionem in die Iudicii ſuſtinere potero?*

Capiamus exemplum quoque à S. Auguſtino, qui in *S. Aug.*
Confeſſionibus de ſeipſo ita loquebatur: *Nibil me à* *Flor. c. 4.*
*voluptate carnaliũ revocabat, niſi metus mortis & futuri* *tit. 75. ex-*
*judicii*, hic timor vnicum erat frænum, quo domabam *emp. 2.*
animam meam.

## *De Accuſatoribus.*

## Tit. VIII.

P Rimò, erit Deus ipſemet: *Ego ſum Iudex & teſtis.* *Ierem. c. 29.*
Secundò, Angeli boni. Tertiò, Dæmones. Quartò, *AdRom. 2.*
propria conſcientia, juxta illud Apoſtoli: *Teſtimoniũ red-* *Ierem, c. 2.*
*dente illis cõſcientia ipſorũ.* Quintò, propria peccata: *Ar-
guet te malitia tua.* Prætereà peccatorem accuſabunt
Crux Chriſti, & ſanctiſſimæ Paſſionis eius inſtrumẽta,
quæ ei tam exiguam improperabunt correſpon-
dentiam, ſummamq; eius ingratitudinem. Accuſabunt

& cum

& eum omnes illi, quotquot ab eo receperunt
ſcandalum, ratione cuius ad ſtatum æternæ dam
deſtinati ſunt. Denique accuſabitur peccator
bus creaturis, quibus contra Creatorem ſuum
fuit. Conſidera ergò, perdilecte Chriſtiane,
confuſione & rubore tunc ſuffundetur miſerabilis
infœlix anima, à tot tantisque vndequaque circum
accuſatoribus, tot oppreſſa accuſatoribus, tot
conuicta teſtimoniis, tunc dicent Dæmones, vel
*S. Aug.* templatur S. Auguſtinus: *Iuſtiſſime Iudex, adiudica no-*
*bis hanc animam tuam, tua fuit per creationem, noſtra per*
*transgreſſionem*, tua eſt, quia à te creata; at noſtra
quia potentiis ſuis à te creatis, nō tibi, ſed nobis
tua per creationem, & tua etiam per redemptio
quia pretioſiſſimo tuo Sanguine redempta fuit
in vanum, totum, quod feciſti, in ea perditum eſt,
Paſſionem tuam ſpreuit, Sanguinem tuum
conculcauit, quapropter adiudica eam nobis, Iuſtiſſi-
me Judex, nobis enim ea debetur. Et quid Deus
ipſamet eſt juſtitia & rectitudo, tūc reſponſurū
*Jerem. c. 15.* *Qui ad mortem, ad mortem*, qui voluit mortem
habeat quoque mortem pœnæ; qui prima pecca
te mortuus eſt, moriatur etiam ſecundâ æternæ
*Duo Væ* tionis. *Væ, Væ diei* tùm dicet infœlix illa anima
*imminent* mum Væ propter mortem corporis, ſecundum Væ
*peccatori.* pter mortem animæ: primum væ propter pœnam
*Ezech. c.* ſus, ſecundum Væ propter pœnam damni: primum
*39.* propter infinitatem pœnæ, ſecundum Væ propter
dem æternitatem.

# EXEMPLVM.

## Tit. IX.

AGonizante quadam Moniali in monaſterio
tæ Mariæ Ognacenſis tot tantique aduenerunt
Dæmones eandem tentatum & accuſatum, vt illa
*Sancti pa-* tā, cuius preces non ſufficiebant, *pallio etiam, tanquam*
*trocinan-* *muſcas, Dæmones abigeret*, cumque vehementer
*tur in mor-* rent ſpiritus maligni ſupra animam agonizantis
*te.*
go

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...pætendentes, magno animi feruore Sancta preces ...ud Deum, & pro infirma impetrauit veniam; vi-...ducti Dæmones abierunt, accesſeruntque ſancti ...geli agonizante auxiliaturi.

# De Materia Judicii.

## Tit. X.

Primò, examinabitur anima de talentis naturalibus ...bonorum corporis, potentiarum animæ, de ſanitate, ...bro, ingenio, quâ ratione ea impenderit in lucrum ...ætè propriorum meritorum, & ad gloriam Dei.

*Examen fiet de donis naturalibus.*

Secundò, examinabitur de talentis ſupernaturalibus ...tiæ, de fide, ſpe, Charitate, cæterisque virtutibus, an ...mmodi actus exercuerit, frequentaverit; an verò iſta ...a dona otii fuligine ſeu rubigine obduci permi-...it.

*De donis ſupernaturalibus.*

Tertiò, de malis operibus gravibus & levibus, letha-...libus & venialibus, linguâ, manu, corde patratis.

*De malè operatis.*

Quartò, de bono omiſſo & neglecto per propriam ...gligentiam, pigritiam & torporem, & nonnunquam ...iam per malitiam.

*De bono neglecto.*

Quintò, de cunctis illuminationibus & inſpirationi-...bus Spiritus ſancti ad fugiendum malum & operandum ...bonum datis, quomodo iisdem correſponderit.

*De inſpirationibus Dei.*

Sextò, de cuſtodia cordis, præcipuè verò de recta in-...tentione in operando.

*De recta intentione.*

Septimò, de tempore malè expenſo: *Tempus impen-ſum, qualiter expenſum*, inquiret Deus non de annis ...ſolummodo & menſibus, ſed de horis & momentis, quâ ra-...tione fuerint expoſita in ſuum ſeruitium & obſequium, ...Si ratio reddenda eſt de quolibet momento, quid erit ...de menſibus & annis, non otioſè tantùm, ſed etiam ſce-...lerè expenſis.

*De tempore malè expoſito.*

*S. Bernard.*

Denique rationem reddet non de rebus duntaxat ad ...propriam perſonam ſpectantibus; verùm etiam de iis, ...quæ totam ſuam concernunt familiam, de filiis, famu-...lis, & famulabus; ſumma, *exigetur à te vſque ad ictum oculi*,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Luc. 21. *oculi*, vt verificetur illa Chriſti ſententia: *Et ca-[illegible]* *capite veſtro non peribit*, etſi nonniſi vnicus vel [illegible] eſſet capillus ad vitam tuam ſpectans, non tran[illegible] examine & judicio Dei.

# EXEMPLA.

## Tit. XI.

*Iacob. de Paradiſo.*

RElgioſus quidam defunctus alteri appar[illegible] gioſo fratri ſuo, eique tribus dixit vicibus: [illegible] *credit, nemo credit, nemo credit*, & interrogatus q[illegible] eſſet, quod nullus crederet, reſpondit defunctus: [illegible] *credit, quàm ſtricte judicet Deus, & quàm ſever[illegible]* quibus dictis diſparuit.

*Rigor Dei in judicando.*

*Ioan. Aegid.*

Prælato quodam peſſimæ vitæ gravi & pe[illegible] morbo oppreſſo decumbente, ingreſſus eſt cub[illegible] ejus *Curſor cum lancea dicens, citat te ſummus* [illegible] *vt venias ad judicium*. Et ſine more conductus [illegible] judicium Dei, ibidemque circa perſonam ſuam, [illegible] ca animas ſibi commiſſas examinatus, & quia [illegible] bus reus & culpabilis inventus, ſubitò etiam ju[illegible] & condemnatus fuit.

## *De ſuccurſu & auxilio B. Virgin[illegible] morte, & in judicio.*

## Tit. XII.

*Eccleſ. c. 6.*

IN *omni animo tuo accede ad illam, & in noviſſ[illegible] venies requiem in ea, & convertetur tibi in* [illegible] *nem*. Quibus verbis docet nos Spiritus ſanctus, [illegible] do in noviſſimis noſtris, in morte, nimirum, & [illegible] magno amore & fiduciâ recurrere debeamus ad [illegible] ſimam Dei Matrem, promittitq; eo tempore no[illegible] non pacem duntaxat & quietem, verùm etiam [illegible] & gaudium. Quamobrem ſanctiſſima Mater [illegible] lum dicitur *electa vt Sol*; ſed etiam *pulchra vt Luna*, [illegible]

*Maria agonizantium confortatrix.*

mutum in die noſtræ vitæ, ſed etiam nocte mortis Cantic.
illa nobis aſsiſtit, & patrocinatur.

A triplici timore mortis infeſtabimur. Primò, à *B.V. liberat*
timore aſpectus Dæmonum. Secundò, à timore noſtro- *nos à tri-*
rum peccatorum. Tertiò, à timore Divinæ offenſæ *plici mortis*
iræ. Cuilibet timori remedium & medelam confert *timore.*
Virgo potentiſsima, tanquàm Regina Angelorum, tan-
quàm Mater gratiæ, & tanquàm Advocata noſtra.
Primò, tanquàm Regina & Domina Angelorum præ-
ſentia ſuâ deterret & repellit Dæmones, quemadmodũ
ortu Solis *fugãtur tenebræ*. Secundò, tanquàm Ma- Richard.
ter gratiarum impetrat nobis veniam peccatorũ noſtro- *de S. Vict.*
rum, impetrando nobis actum contritionis. Tertiò, tan-
quàm Advocata noſtra placat iram Filii: *Quid in cauſa* S. Bonav.
*tanti ſit periculi, ubi illa, quæ eſt Mater Dei, perorat?* *ſerm. 3.*

Ergo in maxima noſtra neceſsitate, uti ea eſt, in qua
conſtituti ſumus morituri debemus recurrere ad ſan-
ctiſsimam Virginem, veluti ad unicam poſt Chriſtum
ſpem noſtram, imitantes in hoc ipſummet Chriſtum, *Chriſtus*
qui in morte ſua derelictus à Patre voluit mori nominã- *docet nos*
do Matrem: *Chriſtus relictus à Patre mori voluit nomi-* *recurrere*
*nando Matrem.* *ad Mariã*

Quapropter Virgines fatuæ, ſi dicto: *Domine, Domi-* *Virg. in*
*ne aperi nobis*, dixiſſent quoque Virgini Matri; *Domina,* *morte.*
*Domina aperi nobis*, repulſam neutiquàm paſſæ fuiſ- *Guarricus*
ſent: *Quia Mater miſericordiæ Filii juſtitiam tempe-* *Abbas.*
*rat*, ut aſſerit & teſtatur Abbas Suarnius. Conſtituti *A Caſtro*
igitur in ultimo conflictu & aſſultu mortis, & in maxi- *de B. Virg.*
ma deſolatione, deſtituti nimirùm non terreno
ſolamine; ſed etiam cœleſti nonnunquàm ſolatio;
hoc ut unicum noſtrum remedium & refugium,
recurramus ad præcellam Dei Matrem, invoce-
mus tantum ejus nomen, potentiſsimumque ejus
invocemus auxilium & ſuccurſum. Invocemus
primò tanquàm Angelorum Reginam, ut nos
tueatur, animetque contra Dæmones, dicentes cum S.
Bonaventura: *Cohibe Domina Dæmones, nec nobis noce-*
*ant; jube Angelis, ut nos cuſtodiant.* Secundò invoce- S. Bonav.
mus eam tanquàm Matrem gratiarum, ut nobis impe-
tret

eret peccatorum noſtrorum remiſſionem: & vlt...
quàm Advocatam noſtram, vt nos reconciliet ...

*S. Aug. Maria ſpes agonizantium.*

mo ſuo Filio: *O Regina noſtra, Mater noſtra, A...*
*noſtra, Tu es ſpes peccatorum, in te eſt expectatio ...*
*rum præmiorum*, & per te ſperamus æternæ glori...
mium. Concludamus hoc idem dicentes ſan...
Virgini, quod S.Bonaventura ait in pſalmo ſuo, ...
eſt oratio aptiſſima extremæ agonizantium nece...

*S. Bonav. Pſalt. pſ. 4.*

*Miſerere mei Domina, & ſana infirmitatem me...*
*le dolores, & anguſtiam cordis mei.*

*Ne tradas manibus inimicorum meorum, & in ...*
*tis mea conforta animam meam*

*Deduc me ad portam ſalutis, & ſpiritum meum ...*
*Factori, & Creatori meo.*

# EXEMPLUM.

## TIT. XIII.

*Collect. txt. 38 tit. B.V. Mariæ.*

PRiori cuidam magnæ Carthuſiæ morti prop...
apparuit Sathanas ingens ſecũ aſportans vo...
cui omnia eius peccata inſcripta erant; deterrit...
ſpectu miſer moribundus, at animum pauliſper ...
mens, cuncta exomologeſi deleta fuiſſe dixit: Re...
Dæmon, confeſſus es; ſed à Deo non obtinuiſ...
ſionem & veniam. Hæc & ſimilia improperab...
thanas, & pauper Monachus deſperationis bara...
merſus quaſi videbatur: & ecce apparuit ſubit...
tiſſima Mater brachiis geſtans dulciſſimum ...
Filium, & tanquàm vera Regina ſine mora re...
gitque Dæmones, tanquàm Mater gratiæ dixit ...
nia peccata iam eſſe remiſſa, & tanquàm Advo...
iam Filio ſuo ipſum reconciliaſſe, ſignificauit. Q...
ba mirum infirmo attulere ſolatium, ac paulò po...
aſtantes in fine litaniarum dicerent: *Omnes Sa...*
*Sanctæ Dei orate pro nobis*, magâ animi lætitiâ ...
infirmus: *Omnes Sancti, qui hic ſtatis, orate pro ...*
idque aliquoties repetens Creatori ſuo
reddidit animam.

*Mar. Virgo apparet ſibi devotis agonizantibus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *[illegible] ſeu termino mortis, & de eo, quod poſt mortem eveniet.*

# Iter ſeu Dies IX.

## Tit. I.

A[nim]a jam judicatâ, ſine mora ſententiæ ſubſeque[t]ur executio cum æternitate præmii aut pœnæ, [ju]xta propria merita & demerita, quia *vbi ceciderit ar[bor, ſ]ive ad Auſtrum, ſive ad Aquilonem, ibi manebit:* [in] quocunque ſtatu, ſive gratiæ, ſive peccati anima con[ſtitut]a fuerit tempore mortis, in eodem quoque reperi[e]tur per totam æternitatem.

*Anima aut præmii aut pœnæ æternitatē aſſequetur.*
*Eccleſ. 11.*

[S]ententia inſuper in pœnam peccati Adæ ſub initium [mun]di data corpori executioni mandabitur: *Pulvis es, [et in] pulverem reverteris*: & hanc ſententiam accepta[re] debemus prompto & obedienti animo, & cum deſi[derio] perfectè ſatisfaciendi Divinæ Juſtitiæ. Verùm [ha]nc promptitudinem & voluntatem non videntur ha[bere], quotquot cadavera ſua incorrupta conſervare [cu]piunt, aut ea balſamo vngendo & curando, aut [illa] reponendo in quadam tumba à terra elevata; [qu]ia eſt ad litteram exequi decretum Dei, & ad pri[mam] noſtram originem, unde formati ſumus, redire, [lau]dando & glorificando Deum non in corpore vivo & [[illegible]] duntaxat, verum etiam in corpore in cineres & [[illegible]] redacto, & privilegiũ incorruptionis corporis [[illegible]] reſervatur Chriſto D.N., eiusq; ſanctiſſ. Matri, [[illegible]] omnibus iis, quorum corpora Deus ſpeciali mi[racul]o declaravit eſſe præſervanda. Neque quiſpiam di[c]at corpus Chriſti etiam poſt mortem eius pollinctum [fuiſſe]: quia hæc actio ſolùm fuit *ad honorem, & ad ſignum [[illegible]], & non ad præſervationem à corruptione*, cui [[illegible]] minimè ſubiectus erat. Quantum ad corpus, [[illegible]] ſuperſunt puncta diſcutienda, nimirùm, de ſe[pultu]ra & de pompa funerali.

*Corpus in terram redigetur.*
*Geneſ. c. 3.*

*Non eſt laudabile balſamo inungere cadavera.*

*Suarez diſp. 41. ſect. 1.*

[Qu]oad ſepulturam, tria nobis animo perſolvenda [ſunt]: primò contemptus corporis noſtri ad locum adeò [[illegible]], adeò vilem, abjectum & abominabilem de-

*Pſal. 48.* *In ſepulchro cogitatione nobis habitãdum eſt.* *Sepultura docet ſeparationem à Mundo.*

putati,& iſte ad finem vſque Mundi domus noſtra:
*Sepultura eorum domus illorum in æternum* , ideoque
ſepulchris tanquam in propriis noſtris habitaculis
mo cogitationeque ſemper habitare debemus. Secun-
dò, ſeparatio ab omnibus creaturis , quia nullus
conſanguineus & amiciſſimus domi retinere
corpus mortuum , ſed quantocyùs illud domo eli-
nare & ſepelire procurat. Tertiò, conformationem
tatis noſtræ cum Divina , ut nimirum Divinam acce-
mus diſpoſitionem , nec non locum & tempus ſepultu-
ræ ad Divinæ Majeſtatis offeramus gloriam; & quem-
admodum de ſepultura Chriſti dicitur, quod prome-
*S. Ambroſ.* rit noſtram reſurrectionem : *Domini ſepultura noſtram*
*in terram reverſionem delet*, non quod Chriſtus in ſepul-
*Vivi Deo offerre debemus noſtram ſepulturam.* chro poſitus meruerit , quia jam mortuus erat; ſed
adhuc vivus prævidit , acceptavit & obtulit ſepulturam
ſuam pro noſtra redemptione & reſurrectione. Ad eun-
dem modum nos conſiderando & prævidendo futuram
noſtram ſepulturam, uti & tempus, quo corpus noſtrum
in ſepulchro commorabitur, offeramus omnes & ſingu-
las horas , omnes & ſingulos menſes, omnes & ſingulos
annos, cuncta etiam ſæcula ad gloriam ſanctiſſimæ Tri-
nitatis, vt ſic, exemplo ſepulturæ Chriſti, eiusque ſanctiſ-
ſimæ Matris, Divinæ nos conformemus volun-
denique in pœnam noſtrorum peccatorum. Ergo
lem reflexionem noſtra ſepultura & tempus, quo
dem morabimur, meritorium erit, tametſi tunc
noſtrum non ſit in ſtatu merendi. Præterea,
*S. Anton. 3 p. tit. 10. c. 1.* exiguam conferat utilitatem, & emolumentum
in eccleſia ſuam eligat ſepulturam: primò, prop-
fragia miſſarum, quæ ibidem celebrantur: ſecundò,
pter interceſſionẽ Sanctorũ, quibus dedicata eſt
tertiò, propter preces & orationes Chriſtianorũ quæ
pra defunctorũ ſepulchra recitantur, tùm etiam
exemptionẽ à Dæmonibus, cùm enim Dæmones
rere ſoleant in corporibus & cadaveribus aſſu-
nunquàm ea, quæ in locis ſacris ſepulta ſunt, aſſum-
*vid. exem. I.* Undè S. Ambroſius ait: *In ſepulchris Chriſtianorum*
*quies eſt defunctorum* , quia non aſſumuntur, neque
quietantur à Dæmonibus, uti dictum eſt. Quapropter
nonnulli Sancti ſolliciti fuere in procurandis ſepul-
ch

…ibus corpora ſua imponerentur, & Deus ipſemet …noſè diſpoſuit, vt nonnulli ſervorum ſuorum *Vide exēp. 2*
…orum miniſterio ſepulchro mandarentur. Nihilo- *Itin. 3.*
…, ſi quiſpiam Chriſtianus in loco aliquo reperire- …morienshujusmodi careret ſepultura, veluti eve- *Vide exēp. 5*
… Sanctis Martyribus, non propterea triſtari aut … deſpondere debet, nam *carentia ſepulturæ ani-* *S. Anton.*
*…nocet*, & huius rationem reddit S. Auguſtinus: *S. Aug lib.*
*… omnia implet Deus præſentiâ ſui, & novit, unde re-* *1. de Civit.*
*…, quod creavit.* Vult dicere Auguſtinus: ſi fuero *Dei c 12,*
…us & derelictus ab omnibus creaturis, non me de- *15.*
… Deus meus, quia in ſepultura mecum erit Deus, & …pulturæ honore caruero, manens inſepultus, in co-
… habebo Deum, qui potentiſſimus eſt ad reſu-
… corpus meum, vbicunque ego fuero; quam- … quomodocunque ſim conſtitutus, ſive in ſepul-
…, ſive eâdem deſtitutus, non eſt, quod mœſtitudine …, quia ſicut in omni loco eſt Deus, ita in omni lo- *Vide exēp. 5*
…cunque ego fuero, habebo Deum meum, & cum …e bonum, *Deus & omnia*

…que, quò ad pompam funeralem, advertendum *Superflu* … apparatus funebres nihil prorſus prodeſſe a- *exequiarū*
… defuncti, & exceſſum nocere, ſi is in teſtamento *pompa fu-*
… procuraverit & ordinaverit: *Externus apparatus* *gienda.*
*…prodeſt animæ defuncti, & nimia pompa reprehenſi-* *S. Anton. 3*
*…, & nociva animæ procurantis.* Qua de cauſa hac *p. tit. 10. c. 1.*
…eralis neceſſaria eſt moderatio, quâ demonſtre- …odeſtia & humilitas homini Chriſtiano debita, qui … vita, quàm in morte parſimoniam & humilitatem … imitari debet, & hæc de ultimo itinere dicta ſuf-
…ciant.

# EXEMPLA,

## Tit. II. & ultimus,

…o Patriarchæ Jacob in extremis conſtituto pro- … & fidem juramento firmatam præſtare *1.*
… Joſeph filius ſuus, ne corpus ſuum ſepeliret in *Gen, c. 27.*
…, ſed in terra Chanaam, ubi progenitores eius



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Abraham & Iſaac ſepulti, verique Dei cultus[...]
dus, ac Meſsias naſciturus eſſet.

2\. Armogaſtes Epiſcopus teſtamento reliquit, [...]
*Baron. to. 6* pus ſuum ſepeliretur juxta pedem arboris, qu[...]
*Annal.* alii exequerentur, ſub terra Divinitùs formatum[...]
*Eccl. anno* re ſepulchrum ex puro marmore, pro ſancto [...]
*466.* vere deputatum.

3\. Vt S. Catharina Virgo à Deo petiit, nè corpus [...]
*In eius vit.* Barbarorum traderetur poteſtati, ita per manus [...]
lorum deportatum & ſepultum fuit in Monte Si[...]

4\. Sancta corpora Enoch & Eliæ, ante reſurrection[...]
*Cornel. in* aſcenſionem eorum in cœlum, tribus diebus [...]
*Gen. c. 5.* plateis jacebunt inſepulta.

5\. Cùm S. Pachomius cuidam obviaret defunct[...]
*Ex geſtis S.* nimiâ funerali pompa deferebatur ad ſepulchrum[...]
*Pacho.* veſtibus admodum pretioſis cadaver ſpoliauit, & [...]
*parag. 39.* guineis de hac ſibi illata injuria conquerentibus [...]
dit Sanctus, quantum dolorem defuncto attuli[...]
fluus veſtimentorum luxus, tantam modò ei refer[...]
ſolationem mortificatio, quam nunc perſentit, [...]
tò juxta S. Viri ordinationem id factum fuit.

Et pro ultima præparationis huius admoni[...]
unicum advertendum eſt, quod, vt hæc praxis [...]
rem nobis cedat utilitatem & emolumentum, [...]
noſtra eſſet, ſi eandem primò in vita exercerem[...]
minaremus, & meditaremur, nulla namque [...]
ſuperflua videri debet, vbi de ultimo noſtro [...]
fine agitur.

Et hæc ſufficiant de Itinerario pro futura [...]
rem & gloriam ſereniſsimæ Angelorum Reginæ [...]
liſſimæ ductricis ei⁹, qui ſ poſt peregrinationi[...]
ſperat obtinere cœleſtem Beatorum requ[...]
in cœlis.

LAUS DEO & B. V. M.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# EPISTOLA

## *Cujusdam moribundi ad Mundanos.*

EGo mortuus potiùs, quàm vivus, moribundus, agonizans, ſpirans, mortis doloribus circumdatus; tentationibus Dæmonis agitatus, coanguſtatus Dei judicio, remorſu conſcientiæ diſcruciatus, timore Inferni; æternitatiſque cogitatu oppreſſus & perterrefactus, vobis mundanis Hominibus, qui hilares, læti & contenti bonis fruimini præſentibus, ſcribo: ego, vt vos, fui; non ſecus ac vos, carnis venabar ac inſequabar delitias & voluptates, honores amabam & divitias, deſiderabam longam ac fœlicem vitam; jam non ſum ille ampliùs, ſtatu, in quo actu conſtitutus ſum, totus differens eſt & alienus, diverſas in pectore enutrio cogitationes, & longè alia in corde meo foveo deſideria. Video objecta nunquam hactenus viſa, veritatem nunquàm benè perſpectam & cognitam, ſubintro confinium alterius mundi, crepuſculum æternitatis, horizontem alterius vitæ, quæ mihi ſuccedat, neſcio: an vita æterna, aut æterna mors, an perpetua fœlicitas, aut æterna miſeria mihi obtingat, Deus ſcit, ego ignoro. Id unicum perſpectum habeo, quod in omni eventu *mirabilia videbo*, videbo novas regiones, populum peregrinum, ſemitas & vias incognitas. Videbo puros ſpiritus, Judicem tremendum, tribunal juſtitiæ rigoroſiſſimum; ultimam præſtolabor ſententiam, ſententiam expectabo juſtiſſimam, formidabilem, & inevitabilem. Totum tempus nunc inſtar momenti, tota terra puncti inſtar mihi repræſentatur, divitiæ, honores, voluptates mera videntur eſſe ſomnia, phantaſmata & umbræ. Quid hoc in ſtatu mihi proderit pecuniarum copia & abundantia, multitudo famulorum, favor Principum, dominium in ſubditos, aura & favor Mundi, hominumque admiratio? Nihil mihi proſunt, imò nocent, me moleſtant, me torquent, & cruciatu afficiunt. O vitam nunquàm iis gaviſus fuiſſem! Utinam vixiſſem pauper & egenus! O quàm lubenter vitā egiſſem pauperis cujuſdam religioſi, ignoti, & à Mun-

*Timet, quod mortem ſubſequetur.*

*Renunciat toti Mundo.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

do deſpecti! Hic eſt ſtatus præſens, in quo degoi[illegible] oneratione & relevamine conſcientiæ meæ hanc[illegible] lam, veluti Manifeſtum aliquod, cunctis Mundi[illegible] bus cenſui priùs ſcribendam, quàm ex hac vita di[illegible] non eſt via iſta, quâ vobis eundum eſt. Hæc eſt [illegible] cipitii, clavum aliò dirigite, ſpei veſtræ anchoram [illegible] ra jacite bona, periculoſos ſcopulos, blandas fallac[illegible] Mundi Sirenes fugite, per viam anguſtam, quæ d[illegible] vitam, ambulate, & ſpatioſam, quæ ad perditionem [illegible] ducit, deſerite. Ultra progredi nequeo; cum fine[illegible] læ do finem vitæ, en mortem accelerantem: *Vale[illegible]*

S. Ephrem. *tres, valeti amici, valete conſanguinei; valete aff[illegible] lete, valete: adhuc modicum, & huc ſequemini: [illegible] & poſt nos venietis. Valete, ſalvete: vivete Deo, [illegible] Cœlo, vivite æternitati.*

# SUPPLICATIO

## *Infirmi agonizantis Jeſu Redemptori, O Mariæ Virgini ſanctiſſimæ Matri eius exhibenda.*

Cõſideratio AGnoſco, altiſſime Deus, Domine Jeſu Chri[illegible] exigere voluntatem tuam, ut filum vitæ m[illegible] rumpatur, & diebus meis adeò malè & inutili[illegible] vinum tuum obſequium expenſis imponatur fini[illegible] minus. Promptiſſimo, totoque cordis mei affe[illegible] pto ſanctiſſimæ voluntatis tuæ diſpoſitionem [illegible] paratum ad mortem, & modò, & quando, & ub[illegible]

Reſignatio. tuæ placuerit Majeſtati. Neque mortem du[illegible] rùm etiam omnes infirmitates, omnes dolores & [illegible] tus, quoſcunque Divina Majeſtas tua mihi mand[illegible] lubenti animo accepto.

Gratiarũ actio. Et de omnibus iis gra[illegible] menſas refero; ſiquidem veluti beneficia tua, [illegible] quàm evidentia Divini tui Amoris ſigna & teſti[illegible] omnes & ſingulos recipio, dicendo cum devoto [illegible] mulo Franciſco: *Gratias tibi ago, Domine, de [illegible] loribus meis, & rogo, ut centuplum, ſi tibi placuerit, [illegible]*

Petitio. *& hac mihi ſit ſumma conſolatio, tuæ voluntatis [illegible] tio.* Inſuper ad te, O Virgo ſanctiſſima, tan[illegible]

unica

...am, poſt Chriſtum, ſalutis noſtræ ſpem recurro, te ...ndo, tibique humillimè ſupplicando, ut ipſâ mortis ...orâ mei curam gerere digneris, illuminando me, ...rtando me, & protegendo me. Tres ſunt timo-... Virgo glorioſa, qui me eo temporis infeſtabunt: ti-... peccatorum meorum, timor iræ Divinæ, & timor ...onis Dæmonum: ab omnibus, te rogo, me liberare ...: tanquàm Mater gratiæ, impetra mihi peccatorum ...orum remiſſionem & veniam: tanquàm Advocata ...catorum, juſtiſſimam Filii tui placa indignationem: ... tanquàm Regina Angelorum, inimicorum meorum ... ſuperbiam: *Cohibe Dæmones, nè nobis noceant: præ-* S. Bonav. *... Angelis, ut nos cuſtodiant.* Verùm id non ſufficit mi-... conformiter extrema poſtulat neceſſitas, majorem ... opem & ſubſidium. Amaritudinem mortis ...temperare digneris tuæ præſentiæ dulcedine. O ...atum, ſi tantâ dignus fuero gratiâ! Ultimum de-...orum meorum videor mihi attigiſſe terminum, & ... aliud mihi supereſt, niſi vt continuò rogem & pe-... Recordare, Mater ſanctiſſima, hanc eſſe prærroga-...m & privilegium famulis tuis devotis à te exhiberi ..., veluti famulæ tuæ Methildi revelare dignata lib. 1. ſpirit. ... hiſce verbis: *Ego omnibus, qui mihi piè ac ſanctè de-* grat. c. 48. *...unt, volo in morte fideliſſimè tanquàm Mater piiſſima ..., eosq; conſolari & protegere.* Confiteor haud me ...gnum eſſe, ut devotorum Servorum tuorum aſſcri-... numero; talis nihilominùs eſſe deſiderio, ac tibi ſer- Deſiderium. ..., adorare & amare anhelo plùs, quàm tibi ſerviant, ... adorent & ament cuncti cœli Seraphini. O Angeli Invocatio. ... cœli incolæ coram hac potentiſſima Domina ... Regina reverenter proſtrati, hanc pro me expoſcite ..., ut videre merear Reginam & Dominam meam, ...ocatam & Patronam meam, unicam meam benefa-... unicam ſpem meam, ſiquidem dierum meorum ... attigi terminum. Offero tibi, Virgo ſan- Oblatio. ..., pro ea, quàm enixè deprecor, gratiâ & favore, ..., hâc animam, & omnia, quæ cogito, loquor, ..., cedant in gloriam, honorem & obſequium .... A te aliud non peto, non deſidero aliud, niſi ut

ante

*Amor.* ante mortem meam te videam, ſanctosque tuos ... ler pedes: *Hoc, ſi fiet, ſufficit. Oſtende te mihi, ... mihi.*

*Proteſtatio* Denique proteſtor, Mater ſanctiſſima, ... tendam ut verus Chriſtiânus, Catholicus, ...

*Fiducia.* ſanctis Sacramentis præmunitus, ac totus con... Sanguine Filii tui, tuâque gratiâ, deteſtans ... declarans cunctas tentationes, quæ hiſce jam ... adverſari poterunt, quasque hoſtis noſter ... rere poterit. Ecce, Virgo glorioſiſſima, deſider... in gratia tua, in patrocinio tuo, in brachiis tuis. ... *ſcipe me ſervum tuum, ut cum omnibus Sanctis ... laudem te, & Filium tuum, in ſæcula ſæculorum Amen.*

# FINIS.

# INDEX

## kinerarii pro futura vita.


Pag.

*...ductio ad itinerarium* 3

Iter primum.

Titul. 1.

*...qua in principio & progreſſu infirmitatis fieri debent* 5

Titul. 2.

*...matur Exemplis* 10

Iter ſecundum.

Titul. 1.

*...& quomodo condendum ſit teſtamentũ.* 11

Titul. 2.

*...mpla* 13

Iter ſeu dies III.

Tit. 1.

*...ſignatione & admonitione mortis, qua ratione danda & recipienda ſit* 14

Titul. 2.

*...empla* 18

Iter ſeu dies IV.

Titul. 1.

*...SS. confeſſione, Euchariſtia, & Extrema Vnctione* 20

Tit. 2.

*...empla* 23


F Iter

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iter ſeu dies V.
Tit. 1.
*De Tentationibus, earumq́; remediis*
Titul. 2.
*Exempla.*
Iter ſeu Dies VI.
Titul. 1.
*Proteſtationes circa vita finem facienda*
Iter ſeu Dies VII.
Tit. 1.
*Actus devotionis Tempore morti propinquo exercendi*
Titul. 2.
*Actus virtuoſi ab infirmo exercendi, quibus ... nat ad mortem*
*Actus Contritionis*
*Actus Reſignationis*
*Actus Fidei*
*Actus Spei*
*Actus amoris*
*Actus invocationis*
*Actus deſiderii videndi Deum*
Tit. 3.
*Exempla*
Iter. VIII.
*De judicio particulari*
Titul. 1.
*De terrore Iudicii*
Tit. 2.
*Exempla*
Titul. 3.
*De apparitionibus in morte*
Tit. 4.
*Exempla, ac primò de apparitionibus Sanct...*

# INDEX


Titul. 5. pag

*…ritionibus Dæmonum* 55

Titul. 6.

*…it in Iudicio particulari judicaturo* 57

Titul, 7.

*…pla.* 59

Titul. 8.

*…cuſatoribus.* *ibid.*

Titul. 9.

*…mplum.* 60

Titul. 10.

*…teria Iuicij.* 61

Titul. 11.

*…pla.* 62

Titul. 12.

*…ccurſu & auxilio B. Virginis in morte & in judicio.* *ibid.*

Titul. 13.

*…mplum.* 64

Iter ſeu dies IX.

Titul. 1.

*…ſeu termino mortis, & de eo, quod poſt mortem eveniet.* 65

Titiul. ſecundus & ultimus.

*…mpla* 67

*…ſtola cujusdam moribundi ad Mundanos.* 69

*…pplicatio infirmi agonizantis Ieſu Redemptori & Mariæ Virgini ſanctiſſimæ Matri eius exhibenda.* 70


FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SERAPHINUS

*Seu*

# SCHOLA

## SANCTI AMORIS

*Authore*

Reverendiſſimo Patre

P. VINCENTIO CARAFFA

*aliàs,*

Aloyſio Sidero Societatis JESU

Præpoſito Generali.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INTRODUCTIO.

Ecce tempus tuum, tempus amantium: vel, ut alij legunt, *tempus amoris*, vel, *amorum*. (*Ezech*. 16.8.) Tempus vitæ noſtræ, dicit DEUS, eſt tempus dedicatum & conſecratum ſancto Amori. Ergo non ad alium finem ſervire debet: Sicut vas conſecratum cultui divino, inidoneum redditur ad uſus profanos. *Tempus tuum*, inquit; tuum, ô homo, qui ad amandum es natus. Si ergo finis tuæ creationis eſt Amor, tempus, quod tibi conceſſum eſt, non aliam in rem, quàm in Amorem, debes expendere. *Tempus amoris*; quia aliud eo tempore agere non licet, quàm amare. Sicut tempus ſtudiorum dicitur, quo alteri rei non vacatur, quàm ſtudiis: tempus dormiendi, quo nihil fit aliud, quàm ut ſomnus capiatur. Cum ergo totum tempus noſtrum ſit amoris, totum amori impendi debet. Amor tempus occupet, ac totum id quidem, omnes dies, omnes horas, omnia momenta. Tempus amoris, tempus amoroſum; quia totum compoſitum ex amore, animatum amore, ſpirans amorem. Hæc eſt igitur obligatio tua, ô Chriſtiane, ne prætereat unquam, non dico dies, ſed neque hora una, vel momentum unum ſine amore. Exercitium tuum continuum ſit; aut amare, aut agere ex amore; amor vel elicitus, aut imperatus. Deus ſit finis amoris, Deus finis operis: Si amas, non aliud ames, quàm Deum: quidquid agis, non pro alio agas, quàm pro Deo. Deus, quod vita tua, ſemper ſit finis tuus.

Habe exemplum Sancti illius, qui dicebat: *Hæc eſt anima mea aſſidua exercitatio, totis viribus, & ſemper, amare in DEUM, ſummum Amorem, & ſummum Bonũ.*

A (*S. Bern.*

(*S. Bern. de nat. div. amo. c. 2.*) Ubi nota duo ve[illegible] quæ dant formam & regulam amandi, *Toti viri*[illegible] *ſemper*.

Non ſufficit hic amor, ſed Deus requirit à nob[illegible] res amores; dicit enim, *Tempus amorum*: no[illegible] ſed duorum. Quia debemus amare Deum [illegible] & intenſivè in ſe. & extenſivè in ſuis creaturis, & [illegible] ximo noſtro. Hoc eſt tempus tuum, tempus am[illegible] hoc eſt tempus tuum proprium, & Chriſtianor[illegible] niens, amare Deum, & ejus imaginem; Deum [illegible] participationem; amare Deum, & adoptivos fi[illegible] qui ſunt noſtri proximi.

Ergo ad ſatisfaciendum huic obligationi, i[illegible] mur Scholam Seraphinorum, Scholam Sancti [illegible] ubi velut Magiſtra præſidet Mater divini Amoris [illegible] glorioſa. Ubi docetur modus, quo amandum [illegible] mum Bonum, & ſummè amabilis Deus. [illegible] ſanctum exercitium invitant Seraphini: non [illegible] mus ad alium affectum, in hunc toto pectore [illegible] mus. Ne vero quis cauſetur difficultatem ama[illegible] neſciat, quâ meditatione ignis hic excitandus [illegible] tib. proponuntur aliquæ exercitationes de amo[illegible] no, ut ſingulis diebus habeas, quo te ſecundum [illegible] tionis tuæ rationes exerceas.

Precor Matrem Dei, quæ eſt Mater pulchræ [illegible] nis, (*Eccl. 24.*) ut lingua mea ſit calamus ſ[illegible] (*Pſal. 44.*) dicendo de Deo, quod Deus i[illegible] quendo de amore, quod amor docet; & me[illegible] loquatur de amore, niſi poſſideatur ab eode[illegible] Quia *ille ſolus de caritate dignè loquitur, qui* [illegible] *te verba componit.* (*Rich. vict. de grad. car. c. 1.*) [illegible] prius in corde Deus, & poſtea cor, tanqua[illegible] Amoris, explicet ſuum amorem. Atque hoc [illegible] divini amoris implebitur ſecundum docum[illegible] traditum à Chriſto, pro remota præpara[illegible] ad bonam mortem. *Lucerna ardens,* *operatio boni, operatio amoris.* (*Luc. 22 S. Aug.*)

LIBE[illegible]

# LIBER I.

## CONSERVATIO I.

### AMOR DEI,

*Amor Seraphicus.*

SChola Sancti Amoris eſt aperta in cœlo, ubi velut Magiſtri præſident Seraphini cœleſtes, exemplo ſuo docentes *modum amandi Deum* : & omnes quidem ſub magiſterio magnæ Matris Altiſſimi.

Seraphim *Stabant, volabant, & clamabant.* (*Iſa.* 6.) Brevis lectio trium verborum. *Stabant*, fixi & immoti in aſpectu DEI. *Volabant*, alis Sancti amoris: amabant Deum, quem admirabantur. *Et clamabant*, laudando Deum, quem amabant.

Conſidera ulterius, quomodo ſtabant, volabant, clamabant. *Stabant ſuper illud*, elevati ſupra omne creatum, altiſſimâ æſtimatione DEI, & humillimâ creaturarum. *Volabant & velabant*: amabant, ſed velati propriâ confuſione; quia nihil, aut parùm cognoſcebant & amabant præ illo, ut cognoſci & amari Deus meretur ac poteſt. *Et clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus*; quia de omnibus perfectionibus ſuis Deus laudandus eſt, præcipuè verò de Sanctitate, quâ nos vult imitari.

Hæc eſt lectio Seraphica, quæ traditur in cœlo diſcenda, & exercenda in terra. *Stabis* defixus in ... tutu, non rerum hujus mundi prætereuntium, ſed ... narum, DEUM æſtimando ut bonum infinitum, ... verò omnia, quaſi nihilum. *Volabis*, amando ſum... amabilem, ſed velatus propriâ cognitione tui ... peccatorumque tuorum. *Clamabis*, extollendo ... vinas excellentias; ſupra omnes autem Sanctitatem DEI: quam & imitari ſtudebis ex divino ora... *Eſtote Sancti, quia ego Sanctus ſum.* (*Levit.* 19.) imò ſanctiſſimus. Ubi non intelligas æqualita... ſed ſimilitudinem. Et hæc ſufficiant pro prima ... tione amoris Seraphici: tranſeamus ad propriet... ipſius.

# CONSIDERATIO II.

## AMOR DEI,

### *Amor ſemper mobilis.*

PRima proprietas amoris Seraphici eſt, quòd ... *ſemper mobilis.* (*S. Dion cœl. hier. c.* 7.) Quia ſemper amant illi beati Spiritus, ac ſunt in perpetuo motu ... vini amoris. Cœli ſemper moventur circa cen... terræ; & Seraphim ſemper ardent circa centrum ... A continua revolutione cœlorum, deſcendunt ... cœleſtes in terram: & ex amore continuo Seraphi... rum, nobis gratiæ divinæ mittuntur. O Seraphim ... ſemper amantes, nunquam laſſamini! Non eſt ... ubi cum amore conjuncta ſemper eſt admiratio, ... ſiderium ſemper accenſum eſt.

Sed vide, quare ſemper in motu ſint: quia ſem... *Super illud.* Qui ſemper eſt ſupra, & extra crea... ſemper eſt intra creatorem: quia nihil eſt medium: nam quidquid non eſt DEUS, eſt res depend... DEO. Foras igitur, foras, extra creaturas, ... puli tantorum Doctorum, & vos ipſos invenietis ſem... in DEO.

Præc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Præterea *ſemper mobiles*, quia ſemper *volabant*, & *velabant*. In via corporali, qui velatus incedit, non videt, & cadit: Sed in motu animæ, qui velatus eſt propriâ confuſione, videt, ac ſecurus incedit; quia Deus, qui lux eſt, humilibus infunditur, & communicatur. Diſcite ergo volare & velare, & ſemper volantes amore Divino, ſemper eſſe velati velo peccatorum veſtrorum. Ita fac, ô Magiſtra Seraphinorum, glorioſa Regina, ut cor meum ſemper ſit mobile amore tui, & Filii tui. *Semper ardeat cor meum, in amando Chriſtum Deum.* (*S. Bern.*)

# CONSIDERATIO III.

## AMOR DEI,

## *Amor ferventiſſimus.*

Secunda proprietas, Fervor eſt. Amor Seraphinorum non tantum eſt continuus, at ſemper mobilis, ſed etiam intenſiſſimus, & ferventiſſimus. O fervor ſancti Amoris, ubi es? Vellem eum habere, ſed impedit corpus, impedit obſcuritas cognitionis, impedit fomes peccati, impediunt quotidiani defectus. Tunc aliqua facultas operatur ferventer, cùm operatur *quantùm ultimum & ſummum, quod poteſt.* (*S Thom.*) Et quis poteſt operari, quantum eſt in viribus ejus, inter tot impedimenta?

Nihilominus non ceſſabo te amare, mi Deus: & quod defuerit actui, ſupplebo deſiderio, optando ut amor meus accendatur eo fervore, quo te amant Seraphini in cœlo; & cum eo tibi offero meum amorem, dicendo: Deſidero, mi Amor, totus uniri, abſorberi, & transformari in ſe, ſicut materia cum forma ſua, corpus cum anima, & omne perfectibile cum ſuo perfectione. Deſidero mente liberatâ mole corporis hujus, & illuſtratâ claritate Dei, videre ſempiternam pulchritudinem tuam. Deſidero, ut omnes homines, purgati ab omni labe culparum, ſemper dent gloriam ſuo Creatori.

Deſidero ſemper in omnibus rebus ſolum beneplaci-tum voluntatis divinæ. Cupio denique omnia bona Deo meo, interna per complacentiam, externa per de-ſiderium.

# CONSIDERATIO IV.

## AMOR DEI,

### *Amor ſuaviſſimus.*

TErtia proprietas eſt Dulcedo, & ſuavitas Amoris Seraphici: quoniam non aliud eſt Amor, quàm *Deſiderium dulcedinis, Sapor ſuavitatis fruitio Di-vinitatis*, & quanto magis amatur Deus, tanto plus gu-tur de ſua divina dulcedine. O dulcedo, quàm parùm æſtimata, & multo minùs cognita mundo! & tamen una ſtilla tua ſuperat mare volupta-tum illius.

Audite rem miram, ſed veram. Date mihi cor huma-num, abundans omnibus deliciis mundi: & interro-gate illud. Satisne habeat, an plus deſideret dele-ctationis terrenæ. Protinus dicet, *Affer, affer*, nondum ſatis eſt mihi, adhuc plura deſidero. Facite, ut in idipſum cor, in gratia Dei repoſitum, ſolùm ſtilla defluat à cœlo conſolationis divinæ; rurſus interrogate, an aliquid prætereà terrenæ citatis deſideret. Confeſtim dicet; Habeo Deus eſt in corde meo, quid aliud in mundo expetere? Et tamen unica ſolùm ſtilla fuit, gutta cœleſtis dulcedinis. Quid erit ergo, *minis impetus, & torrens voluptatis Dei inunda-* animam noſtram, ebriam Divino amore?

# CONSIDERATIO V.

## AMOR DEI,

*Amor profundiſſimus.*

AMor DEI dicitur *Acutus*, *penetrabilis*, quæ eſt quarta proprietas ejus, quâ intimè penetrat infinitas perfectiones DEI. Quia cognitio, quam habent Sapienti de DEO, eſt notitia experimentalis: guſtant quàm ſuavis ac dulcis in ſeipſo ſit DEUS. Sicut is, qui habet experimentalem cognitionem mellis, guſtando illud multo meliùs id cognoſcit, quàm qui non expertus, nec guſtat. *Guſtate & videte, quàm ſuavis eſt Dominus.* (*Pſal.* 33.) hoc eſt; deſideratis perfectè cognoſcere, quam ſuavis ſit Dominus? procurate, ut experiamini, & guſtetis ejus dulcedinem. Hæc eſt vera ſapientia cœleſtis, ſcientia ſapida, cognitio & fruitio ſimul.

Largire mihi, Domine, tuum divinum gaudium, tuam conſolationem cœleſtem, tuam puriſſimam ſuavitatem: ut guſtando te ampliùs, te etiam magis cognoſcam; ac dum voluntate delector tuis deliciis, intellectu meliùs penetrem tuam Bonitatem.

Magnam unionem, & mirabilem conjunctionem habent inter ſe cognitio, & conſolatio Dei. Cognitio eſt principium conſolationis, & conſolatio perficit cognitionem. O quàm divina exercitatio, digna Angelicis Spiritibus, de cognitione Dei tranſire ad amorem, ab amore ad gaudium, & à gaudio denuo ad cognitionem reverti; ut cognitione creſcente creſcat in nobis per ipſam, & amor, & gaudium!

# CONSIDERATIO VI.

## AMOR DEI,

### *Amor attractivus.*

S*Vrſum ductivus* : eſt quinta & ultima prop Amoris Seraphici, & ſignificat, quod habe Spiritus inferiores trahendi ad ſe vi ſui caloris. Sol, communicando cum terra ſuum calorem, adſe vapores : ita illi beati Spiritus, commun nobis cœleſtem calorem divini Amoris, trahun & ad Deum corda noſtra. Et hinc Seraphim, *Accenſi & Accendentes* vocantur. Ardent in ſe, nobis: accenſi in ſe, accendunt nos. Beatus, repugnat huic igni cœleſti, ſed ſinit ſe accendi, ſumi a tam beata flamma. Moritur miſer, & beatus : moritur terra, & reſurgit cœlum : mor ipſi, & reſurgit Deo.

O Seraphini cœleſtes, carbones accenſi in for nace Cordis divini, vivæ flammæ, aptæ ad cale pectora conglaciata : Vivite felices in ſacro vestri amoris : & facite ut veſtri ignis reflexio illuminet intelligentias noſtras, purget & corda & affectus noſtros.

Heu quàm miſerè pondus corporis noſtri noſtrahit ! confortate ſpiritum noſtrum, catur, ſed vincat. Facite Paranymphi cœle *Spiritus veſter duplex in nobis ſit* : (4. *Reg.* ritus internus, & externus : Spiritus ſpirans & Spiritus ſpirans ad proximum noſtrum : cœleſtium conſolationum cum Deo, & ſancta cum hominibus : ut etiam in hoc digni ſimus tari vos, *Spiritus accenſi, & Spiritus accendentes.*

CON

# CONSIDERATIO VII.

## AMOR DEI,

*Finis noſtræ creationis.*

ANima creata ad imaginem DEI, participat Eſſe DEI. Unde, ſi DEUS vivit amore, operatur amore, & beatus eſt amore ſuiipſius, eadem ratio eſt animæ, & vita ejus aliud eſſe non debet, quàm amor: amet DEUM, operetur amore DEI, & ejus amore ſolo beatum ſe cenſeat. O anima, cogita, quid ſis: quod tuum eſſe? *Amare*, quis tuus finis? *Amare*, quæ tua beatitudo? *Amare.* Si amas, es: ſi non amas, non es. Amando DEUM tuum, in DEO es omnia: non amando DEUM tuum, extra DEUM es meriſſimum nihil.

Et ſi finis animæ eſt amor, etiam ſaculeatum ejus finem erit idem amor. Finis corporis, amor: finis ſenſuum, amor. Si quid intellectu cognoſcat, amor debet eſſe finis: ſi voluntate quid amplectatur, Amore id faciat: ſi quid videat, ſentiat, Amore videat, ſentiat. Si paſſibus corporis aliquo ſe conferat, actus Amoris ſint comites. Denique Sigillum cordis ſit Amor, nihil ut intret amori contrarium, Amori, dico ſancto & puro. Cœleſtis Amor DEI poſſideat ſemper cor tuum, poſſideat animam tuam, poſſideat corpus tuum: omnis tui motûs, & affectûs, ſolus Sanctus Amor ſit principium, & finis.

# CONSIDERATIO VIII.

## AMOR DEI,

### *Amor Bonitatis increatæ.*

VEri Amoris objectum eſt infinita Bonitas D[illegible]
non attributa ſolùm, ſed etiam ſubſtantialis, [illegible]
complectitur omnem perfectionem Dei, eſſ[illegible]
attributam, ac perſonalem. ( *S. Thom* 1. p. [illegible]
Quia anima, capax Dei, non poteſt ſatiari [illegible]
quæ ſit minùs, quàm Deus. ( *S. Aug. S. Bern.*) [illegible]
ſi communicatio, quam Deus animæ facit, eſſe[illegible]
tata, & cum aliqua reſervatione, & ſi, ex [illegible]
tributis, unum ſolùm beatis occultaret in cœlo, [illegible]
ſatiarentur, nec ſatis eorum deſiderio fieret, [illegible]
rent aliquid ſibi deeſſe. Tanta capacitas eſt a[illegible]
ut apperat ſummum Bonum, abſque ulla dimi[illegible]
atque defectu. Ex quo manifeſtum eſt, quan[illegible]
mines mundani aberrent à via, qui volunt inven[illegible]
tem, & quærunt ſatiari bonis creatis. *Occupar[illegible]*
*ſatiari non poſſunt.* ( *S Bern.*)

Aperite oculos, ô mundani, & videte, ſi p[illegible]
Objectum veſtri amoris non eſt bonum creatum, [illegible]
tum, & momentaneum; ſed bonum increatum, [illegible]
finitum, æternum. Ergo, ſi amatis pacem [illegible]
ratis quietem, ſi cupitis eſſe beati, hæc eſt [illegible]
*extra mundum, & extra carnem fieri:* ( *S. N*[illegible]
exire extra creaturas, etiam extra ſeipſum a[illegible]
ſupra cœlos, fieri ſuperiorem ſtellis, tranſi[illegible]
creatum, jungi Bono increato, ſummo, & in[illegible]
ubi, tanquam in proprio centro cordis, inven[illegible]
pacem & quietem, eritis felices &
beati.

# CONSIDERATIO IX.

## AMOR DEI,

*Amor pulcritudinis æternæ.*

AMoris noſtri objectum eſt etiam æterna Dei pulcritudo. Quia *Amor eſt boni, & pulchri deſiderium.* (*S. Dion.*) Spiritualis pulchritudo Dei, ad ...ogram corporeæ, conceptus conſiſtit in tribus: *in integritate, proportione, & claritate.* Primò *in integritate*; quia Deus eſt perfectiſſimus, & com...ſſimus in ſeipſo; nihilque deeſt ipſi, quod vero ...conveniat. Secundò *in proportione*; quia omnia ...a attributa ſummè inter ſe proportionata ſunt, ...e conformia. Tertio *in claritate*, quia non ...m habet in ſe infinitum ſplendorem & claritatem, ... ipſum lumen, ipſa lux per eſſentiam. Hæc eſt ...critudo Dei pulcritudo increata, pulcritudo ..., pulcritudo fontana, principium & finis ... alterius pulcritudinis. Iſtam contemplantur ... hanc admirantur, hac delectantur & anni, ac ſe..., præ vehementia gaudij, videntur eis dies, & ...menta.

Tibi, ô pulcritudo Dei, conſecro cor meum, per te ..., in te regnet, ad te ſuſpiret & anhelet. *Specie tuâ, & pulchritudine tuâ intende: proſperè procede, & regna.* (*Pſal.* 44.) Tuâ fortitudine liga me, cape me ... mancipium tuum, tu ſola habeas in me totale & abſolutam Dominium. Tibi reddat cor meum ſemper, & in omni loco, humile ac devotum obſequium vehementis Amoris.

# CONSIDERATIO X.

## AMOR DEI,

### *Amor infinitæ dulcedinis.*

PErtinet ad objectum Sancti Amoris divina dulce
Unde ab Hugone vocatur *Dulcedo amoris*: S
vice verſa noſter amor vocatur *Amor dulcedinis*:
non eſt aliud , quàm voluntas, ac deſiderium
ſuavitatis ac dulcedinis. Quanta ſit vis divinæ
tatis , teſtantur pœnitentiæ Confeſſorum ,
Martyrum, ſolitudines Eremitarum , carceres Pœ
tium : quandoquidem omnes intrepidi & invi
ſeverabant in patiendo , delitioſi & animati guſ
ſapore æternæ dulcedinis. Imò contemnunt ob
tiones terrenas , cùm cœleſtes delibant ; qu
in harum comparatione, ſunt amaritudines, non
dines.

Percurre terram, & ſi aliqua in ea inveneris, quæ
quid ſapiant, noveris guttulas eſſe , ac ſtillas dec
à fonte divino æternæ dulcedinis : Guſtandas
non ſeorſim, ſed ut fonti conjunctas, & cum ſua
Separatæ afferunt mortem , unitæ vitam, & ſa
omnis boni. Hæc eſt Sapientia vera, haurire
ſed in ſuo fonte: guſtare mel, ſed in ſuo favo: gaude
aturis, ſed in Creatore. *Si quæris, quare: ſed non*
(*S. Aug.*) Non tibi prohibetur gaudere bonis tem
libus, ſed obſerva, ubi ? Gaude illis non in ſe, ſed in
& propter DEUM. *Quod factum eſt; in ipſo vita*
Quidquid creatum eſt, vita eſt: Sed *in ipſo*,
Ita humanæ dulcedines fiunt divinæ , ac tem
evadunt æternæ: & ſic invenit in eis Sanct
Amor proprium objectum, Divinæ
dulcedinis.

# CONSIDERATIO XI.

## AMOR DEI,

### *Amor Actuoſus.*

Quis poterit capere, quantum contineat hoc verbum *Amo*? Videlicet, *Amo* uniri me Deo: amo videre Deum: amo, quòd Deus ſit Deus: amo voluntatē Dei: amo gloriam Dei: amo excellentias Dei: amo participationem Dei. Septem his actibus corda noſtra mancipata amori, Deo explicant ſua deſideria, quantum cupiant in terra, quantum ſperent in cœlo, quantum petant à Deo.

Loquere ergo, cor meum: dic, quod ſit deſiderium tuum; quouſque te efferas. Vulneravit me Amor, & eius quidem qui ſatis æſtimari non poteſt, *totus deſiderabilis*, *totus deſiderium*. (*Cant.* 5.) Hinc aliud non cupio, quàm unire me ipſi, & per fidem in hac vita, & per claram viſionem in altera. Aliud non deſidero: ipſe ſolus eſt, cui nihil deſit. Aliud non volo, quàm Divinam eius voluntatem, & ut ei certatim homines in terra, & Sancti in cœlo, ſemper dent honorem, & gloriam. Omnis mea cogitatio alio non ſpectat, aliud non æſtimat, quàm ſummum Bonum ſupra omnia bona. Neque hic ſiſto: tranſeo à Deo in Deum, permanendo in Deo: quia diligo proximum meum, ut imaginem Dei, ut filium Dei.

# CONSIDERATIO XII.

## AMOR DEI,

### *Amor Vnionis.*

Cupio me unire cum Deo. Ecce primus partus amoris. Divine Primogenite, qualis eſt indoles tua;

Unire

Unire me cum fine meo. Amat oculus lucem, au
tus ſonum : ſic ego amo Deum meum. Et ſi qu
rationem hujus, en eam in promptu. Objectum
ris non eſt tantum bonum, ſed bonum conju
bonum poſſeſſum. Ideò non ſolùm cupio bo
meum, ſed unionem cum Deo, Deum unitum, bo
poſſeſſum.

Habet porrò hæc Unio tres conditiones. Eſt
quia dat vitam animæ : eſt *ſupernaturalis*, qu
vita divina : eſt *beata*, quia anima ſic unita n
*ultrà, quod cupiat* ; eſt abunde ſatiata, ut amplius
derare non poſſit.

Sed altiùs erigamus cogitationes : aſcendim
cœlum, & quæramus ex Apoſtolo, qualis ſit
Reſponſio digna tali ſapientiâ, doctrina digna
Eſt, inquit, Unio tam ſtricta & perfecta, ut transf
tate. Nam *qui adhæret Deo, unus Spiritus eſt.* (1. Cor.
Non ſunt duo ſpiritus uniti, ſed ſpiritus
cum Deo. Gratias tibi, Prædicator veritatis
eſt ipſiſſimum, quod quærebam, *fieri unum*
*Deo meo.* Amo uniri, amo unionem, amo
Hoc eſt totum, quod deſidero : non ſit aliud
quàm Deus; totum ſit Deus; vel Deus per
vel Deus per participationem : vel Deus per
vel Deus per gratiam.

# CONSIDERATIO XIII

## AMOR DEI,

### *Amor Deſiderij.*

VEniunt ſimul in Scholam Amoris *Amor ac*
*rium*. Qui amat, deſiderat : & qui deſiderat
O Fides Dei, ô Viſio clara Dei ! illa ſit in uſu, hæc
ſiderio : illa eſt meritum, hæc præmium : illa
terminus; illa mediū, hæc finis. *Credis, ut videas*
id, quod credis. *Poſt tenebras ſpero lucem.* (Job
poſt obſcuritatem fidei, claritatem viſionis beat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Sed quis intrabit in Sanctuarium tuum, ad conſiderandum potentias tuas, niſi tu aperias?* (*S. Auguſt ſolil.*) Quis poterit intrare in Sancta Sanctorum ad conſpiciendum magnitudinem tuam, niſi tu ipſemet adjuves, & portam vitæ aperias? *Surge Domine; propera, & veni, ut educas me de iſto carcere, ad confitendum nomini tuo, ut glorianur in lumine tuo.* Noli morari Domine: ecce anima mea captiva in carcere corporis hujus; potenti brachio libera illam, ac trahe ad te. *O fons vitæ, vena aquarum viventium, quando veniam, ut ſatiem ex aqua miſericordiæ tuæ ſitim meum? Sitio, Domine: fons vitæ, ſatia me. Putaſne videbo diem illum, diem, inquam jucunditatis & lætitiæ: diem, quam fecit Dominus, ut exultemus, & lætemur in ea?*

# CONSIDERATIO XIV.

## AMOR DEI;

### *Amor Complacentiæ.*

Si amicus gaudet bonis amici, filius Patris, & ſervus fidelis Domini ſui; etiam anima gaudere debet magnitudine Dei ſui. O quis mihi det, Deus meus, ut in te mihi complaceam, quantum deberem, & vellem! Placet mihi, quod ſis, ille qui es, & quod aliud eſſe non poſſis, quàm es: quia in te eſt idem poſſe, & eſſe: in te ſolo quidquid eſſe poteſt, hoc eſt.

Gaudeo, quòd ſis infinitus, æternus, & immenſus in omnibus tuis perfectionibus: quia omnes ſunt in ſummo gradu, ſemper & in omni loco. Infinitus, æternus, & immenſus es in tua Potentia: infinitus, æternus, & immenſus in tua Sapientia: infinitus, æternus, & immenſus in tua Bonitate: & ſic in omnibus aliis perfectionibus.

Si tua magnitudo eſt infinita; debet etiam complacentia, & gaudium meum in te eſſe infinitum. Gaudeo itaque de te gaudio tuo, gaudio infinito, jubilo æterno, exultatione immensâ.

Rogo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rogo te, Domine, per infinitam Bonitatem
ut totum cor meum ſit ſemper in te: non
poſthac mihi complaceam, niſi in te: ſolum te
ſuſpiciam, & adorem, & æterna bona tua, cum
contemptu omnis creati.

# CONSIDERATIO XV.

## AMOR DEI,

### *Amor conformans.*

SI quæratur ubinam inveniendus ſit Amor,
deo domicilium ejus eſſe Voluntatem Ama
habitat, ibi quieſcit, ibi ſemper moratur cum
pace & quiete. Habitatio cordis noſtri non
quàm Cor DEI. In hac unione cordium eſt
perfectio.

*Quando poterit obliquitas mea tua rectitudini*
*quari?* ait S. Auguſtinus. Quando cor noſtrum
inordinatum, ac perturbatum, poterit confor
aptari cum corde DEI, rectiſſimo & perfecti
& Cor DEI, mare dulcedinum, Sanctuarium
perfectionis, ſumma rectitudo, regula actionum
rum! In te eſt cor meum, ad te aſpirat
ad te ſolum ſuſpirat deſiderium meum. O cor
prima origo, & incentivum Amoris!

Movetur Cor DEI, & ſemper quidèm duobus
bus amoroſis. Amat ſe, & nos etiam propter
hoc vellem conformari cor meum cum Corde
Scribe in illo, DEUS meus, hæc duo
*DEUM & propter DEUM*: nempe, ut
aliud, quàm DEUM. Totus amor meus eſt
Amo DEUM, & creaturas propter DEUM.
Sanctus Amor, Amor conformitatis, confor
cor noſtrum cum Corde & Amore
DEI.

CON

# CONSIDERATIO XVI.

## AMOR DEI,

### *Amor gloriæ DEI.*

UNam tantùm rem peto, Domine, unam deſidero; Gloriam tuam, honorem tuum; ut ab omnibus [illegible]turis ſemper cognoſcaris, ameris, honoreris, lau[illegible]ris, adoreris; id quod in oratione tua nos docuiſti; [illegible]ificetur nomen tuum. Quod non eſt aliud, quàm [illegible]glorificeris, & æſtimeris ab omnibus pro eo, quod es [illegible]ſo ſummum & infinitum, immenſum & æternum [illegible]um.

Gloria tua, ô mi DEUS, ſit ſemper materia cogita[illegible]num mearum, ſcopus deſideriorum meorum, finis [illegible]onum mearum. Gloria tua ſit tota mea conſolatio, [illegible]dium, jubilus, & exultatio animæ meæ.

O Gloria, quæ eſt vera gloria cauſa omnis alterius [illegible]! Exultant Sancti in gloria, hoc eſt in te: quia [illegible]um te cognoſcunt, tantùm te amant: tantùm [illegible]dent in te, ac de te. Et hæc eſt gloria illorum, Gau[illegible]e, Videre, Amare, ſummam Bonitatem tuam, in[illegible]am Pulchritudinem tuam, æternam Majeſtatem [illegible]m, ô Deus meus, meum unicum & ſummum Bonum. [illegible] ſoli debetur gloria, omnis gloria, infinita & æter[illegible] gloria.

# CONSIDERATIO XVII.

## AMOR DEI,

### *Amor appretiativus.*

QUis det mihi, DEUS meus, æſtimare te, ſi non quan[illegible]tum ipſe mereris, certè quantum ego poſſum ac de[illegible] æſtimatio ſequitur valorem: tanti æſtimatur bonũ,



quan-

quantum valet. O Deus, ô magne Deus, q
eſt valor tuus? quæ menſura magnitudinis tuæ?
inæſtimabilis, ineffabilis, incomprehenſibilis. Tu ſ
comprehendis teipſum, tu ſolus ſublimitatem Eſſen
tuæ cognoſcis.

O Dignitas infinita! tibi ſoli debetur infinitum
tium & æſtimatio. Amo te ergo Deus meus,
mando te ſemper ſuper omnia, ſuper omnem
ram cœleſtem, terrenam, atque corpoream. Pr
non modo præceptum & ordinationem tuam,
iam voluntatem ac beneplacitum tuum, omni ob
tioni & voluntati creatæ.

Anima mea deſiderat in ſeipſa pacem, & qui
Sed *præfero voluntatem tuam.* Cuperem eſſe i
ſortio Sanctorum, in Societate Angelorum, a
vitam ſuperhumanam, & Angelicam: Sed
*voluntatem tuam.* Vellem in beata gloria
Divinâ tuâ præſentiâ: Sed & in hoc *præfer*
*tatem tuam.* Contentus ſum privari omni
prio bono, ut ſemper fiat beneplacitum tuum, &
ſima voluntas tua.

# CONSIDERATIO XVII

## AMOR DEI,

### *Amor extra DEVM extenditur.*

DEſidero amare Deum meum omni mod
poſſum. Amo eum intra, & extra ſe:
Potentia, amo in operibus: amo Creatorem
creaturas illius. Agnoſco in eis radium Luci
Participationem Eſſe Divini, effigiem Cauſæ
Divinitas Dei mei, cum immenſa luce extend
omnia, replet omnia: dat Eſſe, Vitam, & Mo
mnibus rebus.

Unde cum veritate dici poteſt, ipſum ſolu
in mundo: Solus enim continet omne Eſſe, &

eſt vel *Deus, vel Dei; Deus, vel à Deo; Deus, vel propter Deum.* Amo ergo Deum meum, & proximum cum Deo; in Deo, & propter Deum. Amo proximum, non ut aliquid humanum, ſed Divinum: quia amo amore divinitatis; in quantum eſt imago Dei, & amatus à Deo.

O Amorem Divinum! per omnia expenditur, in omnibus invenitur, ſive in amando Deum, ſive in amando creaturas; quia quod amatur, ſemper Deus eſt, & amor ſemper Divinus. O gratum nuncium cordi amanti! Non eſt alius amor, quàm Amor Dei: aliud non jubetur amari, quàm Deus. Non diſtrahitur amor in re ullâ, quæ Deus non ſit; Deus amans & amatus: eſt ſemper amans, & ſemper amatus: amatus, & in ſeipſo, & in ſuis operibus.

# CONSIDERATIO XIX.

## AMOR DEI,

### *Amor unius.*

Prima conditio veri amantis eſt, *amare unum tantum, & contemnere omnia pro eo.* Amor unitatis, amor ſolitudinis: *tendit ad unum, quieſcit in uno, operatur propter unum.* Quia eſt unum bonum quod eſt omne bonum, continet omnia bona, & cauſa eſt omnium bonorum.

Ecce viam vitæ, *à multis ad unum*: quando à creaturis per motum amoris aſſurgitur ad Creatorem. Ecce viam mortis, *ab uno ad multa*: quando, Deo dimiſſo, curritur corde ad opera Dei.

O diverſitas viarum! *Si adhærebis ſuperiori, conculcabis inferiora: ſi recedes à ſuperiore, iſta tibi in ſupplicium convertentur*, ait Auguſt. Pſal. 45. Si affectus fuerit in Deo, dominaberis omnibus rebus infra Deum: Sed ſi amor ſit in creaturis, hæ ſervient juſtitiæ divinæ, & cruciabunt te in inferno tormentis æternis.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XX.

## AMOR DEI,

### *Amor feliciſſimus.*

SEcunda conditio amantis eſt, *infelicem putare* *qui non eſt cum amato.* Quia non æſtimat a[...] felicitatem, quàm eſſe & agere cum amato. Und[...] felicem reputat eum, qui degit procul ab illo. [...] terroges Amorem, quiſnam ſit felix dicendus, re[...] debit liberè; Qui vivit in DEO. Et quis infelix? [...] extra DEUM eſt.

O cœleſtis doctrina, imprimenda cordibus [...] Poteris ex ea agnoſcere, quando ſis felix, [...] infelix. Felix, in præſentia DEI, infelix [...] livione DEI: Felix agendo cum DEO in o[...] infelix, ſine cogitatione DEI, vagando per [...] mundi: Felix in ſancto & puro amore DEI; infe[...] amore mundi; felix in Cruce, & patiendo pro D[...] infelix in noxiis oblectationibus ſenſuum: & [...] uno verbo dicantur, felix eris, ſi in omnibus, [...] cies, DEUM habebis pro fine; infelix, ſi aliu[...] habebis, mundum, ſenſum, terram.

O miſeri mundani, putatis vos eſſe felices? [...] quàm nimium infelices! Quæ vos dementia [...] Quis dedit vobis Eſſe? quis creavit animas ve[...] veſtra caro, ſenſus veſter? mundus, diabolus? [...] DEus creavit, & DEus ſolus. Solus ergo DE[...] qui dedit Eſſe, poteſt dare bene Eſſe, poteſt facere [...] ces, facere beatos. Faceſſat ergo vanitas, regnet [...]

Vera felicitas tantùm eſt in æternitate, qua DEus gaudet, & gaudebunt amici DEI.

CON-

# CONSIDERATIO XXI.

## AMOR DEI,

### *Amor patiens omnia.*

TErtia conditio, *Omnia pati, ut cum illo ſit, etiam mortem.* Ab efficaci intentione finis dependet efficax electio mediorum. Deſiderium efficax amoris erga DEUM non vult aliud, quàm DEUM: non optat aliud, quàm DEUM: in ſolo DEO totum immerſum eſt, & quaſi ſepultum cor ejus. Ut ergo jungatur huic fini, ut gaudeat DEO ſuo, non æſtimat vitam, non timet mortem. Pro ludo habet omnia tormenta [illegible]ſius. Paratus eſt omnia pati, ut cum illo ſit, etiam mortem.

Jam intelligo, quare amanti ſervo DEI, Franciſco, apparuerit Seraphinus in Cruce, & Amor crucifixus ei [illegible]; Quid petis Franciſce? Amorem. Ecce me-[illegible] Crucifixi. Et ſic manſit vulneratus, ac ſimul inflammatus amore Divino.

O Amor! pretium tuum eſt dolor. O Amor, totus dulcis, ac totus amarus! totus dulcis deſiderio cordis, totus amarus guſtui ſenſus. Quia, ut ignis cœleſtis, graſſaris ardendo, & comburendo quidquid terrenum, & humanum eſt. In Cruce Chriſtus amorem nobis promeruit, cum cruce nos veniemus in poſſeſſionem illius.

## CONSIDERATIO XXII.

### AMOR DEI,

*Amor ſe ornans.*

QUarta conditio, *ornare ſe, ut illi placeat*, C… anima, flagrans amore DEI, fieri ſemper pulc… ſeipsâ, non in ſuis oculis, ſed dilecti ſui, *ut illi placeat*, … debet, & à quo accipit ornamenta pulchritudinis.

O quis mihi det, quidquid pulchrum & deſider… eſt in Natura, quidquid cœleſte ac divinum in gra… Quis mihi det æquare amore Seraphinos? aſſequ… gnitione Cherubinos? gaudere pace Thron… Quis det Dominium æquale Dominationibus, … miracula Virtutem, terrere Dæmones inſtar Pot… tum! Quis det mihi cor tam amplum & ſpati… ut intra ſe complectatur totum mundum, ut ſimul … Angelis Archangelis, Principatibus, toti conform… lo, feliciter illum perducamus in cœlum!

Totum hoc vellem, & multo plus quàm dicam, … & unicè, *ut illi placeam*, ut illum oblectem, … pleam beneplacitum ejus: ut grata fiat Sponſi … ſimo Sponſo ſuo. Si *dilectus meus mihi* totus in… eſt in meum bonum; *& ego illi* intenta ſim pa… beneplacitum ejus.

## CONSIDERATIO XXIII.

### AMOR DEI,

*Amor præſens DEO.*

QUinta conditio, *eſſe cum illo quomodo poteſt, ſi non re, ſaltem cogitatione.* Proprium eſt Amo… quærere ſemper præſentiam amati: amor tenta… præſentiam: quando realem non poteſt, …

…ctus eſt. O cognitio DEI, bella imago DEI! Gau- … cogitando Deum, quia habes præſentem DEUM. … eſt res carior imagini, quàm ſuum exemplar. … hoc delectatur, quando perfecta eſt. Leva mentem … Deum, ad tuum Prototypum, ad cœlum; & contem-plando fies perfecta.

Præter hanc imaginem internam, eſt alia extra DEUM. Illius ejus eſt, excitare internam. Aſpice creaturas, ſed non ſiſte in illis; cum una *adveſperaſcit*, dum al-tera luceſcit. *Qui fecit hæc pulchra, pulchrior: qui fecit hæc bona, melior: qui fecit hæc Sancta, Sanctior eſt.*

O pulchrum florem! ſed quid facies illo flore, qui eſt Flos DEI, *Flos Virginis*, natus in ſinu DEI, renatus in gremio Virginis? Hic eſt flos paradiſi, ſemper recens, nunquam marceſcens. Odorem habet vitæ æternæ; ſufficit ſolus efficere beatos.

# CONSIDERATIO XXIV.

## AMOR DEI,

### *Amor Univerſorum.*

Stra conditio, *amare omnia, quæ ad eum pertinent; amicos omnes, domos, veſtes, imagines:* Non habet Dominum verus Amor DEI: *amat interna DEI, amat externa:* amat Deum, & quidquid eſt DEI: amat Deum in ſeipſo, amat in creaturis. Amat proximum, ut amicum Dei: Mundum, ut templum Dei: jucundas illas pompas cœli, ac terræ, ut varias veſtes, & ornamenta Dei; & omnes creaturas, ut ſpecula & effigies DEI.

O quàm magnus eſt DEUS! Magnitudo quæ continet omnia. Quidquid eſt, vel Deus, vel Dei eſt. Tantum oportet eſſet noſtrum amorem, amorem univerſalem, amorem illimitatum. Ama DEUM, & opera DEI: ſemper intra Deum, nunquam extra Deum. *Si intra Deum currimus*, ubicunque incedimus, *intra Deum amamus*, quidquid amamus. (*S. Gregor.*)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vis noſſe vitam Sanctorum, exemplarium celi...
ra? Aſpiciunt, quæcunque eis occurrunt, non...
terrenas, ſed ut divinas, dicendo: Venio à D...
revertor ad Deum, & ſum in Deo. Beata vi...
Divina, non avertere oculos à Deo, ſed ſemper...
Deum, in Eſſe primo, & in derivato à Deo.

# CONSIDERATIO XXV...

## AMOR DEI,

### *Amor laudis DEI.*

SEptima conditio, *cupere laudes amati, nec p...*
*aliquam ejus ignominiam.* Dulciſſimus cibus...
tis eſt laudare. Amamus Deum? Laudamus...
manifeſtamus, & declaramus ejus perfectiones...
excellentias. In laudibus humanis vincit eloqu...
in laudibus divinis omnis eloquentia, omnis...
tio ſuccumbit, & vincitur.

*Laudate quantum poteſtis, adhuc ſupervalebit.* ...
pate omnia ſuperlativa mundi; *adhuc ſuper...*
Quid dicitis? Deus eſt potentiſſimus? *Adhuc...*
*valebit, ſuperpotentiſſimus, ſuperſapientiſſimus, ...*
*ſanctiſſimus. Confitemini Domino, quoniam...*
*quoniam in ſeculum miſericordia ejus.* Invitat...
ad laudem Dei: homines, Angelos & Sanct...
laudent Deum. Sed quâ ratione? *Quoniam...*
Bonus per eſſentiam, bonus per indepen...
bonus per continentiam univerſalem omnium...
turarum.

O Bonitas infinita, quis poterit te dignè lau...
*Laudet te pro me* accenſus chorus Seraph...
*Laudet te pro me* puriſſimum Cor ſanctiſſimæ M...
*Laudet te pro me* Anima Divina dilectiſſimi Fili...
Denique *laudet te pro me* ipſa Divinitas tu...
ô æterna laus & infi-
nita.

CON...

# CONSIDERATIO XXVI.

## AMOR DEI,

*Amor fons lacrimarum.*

OCtava conditio, *flere cum amato ſæpe, vel, ſi abſens, ex dolore; vel, ſi præſens, ex lætitia.* Veni, ad di-te Sponſe; veni vita animæ. O quam durum tor-mentum eſt, vivere procul a te? Fiant oculi mei vivi fontes lacrimarum: & plorent præ dolore, quia non video meum Amorem.

*Revertere, dilecte mi, revertere.* Ah revertere, Amor, noli diutius morari. Quia ſine te, qui es lux mea, vivit anima in tenebris: Sine te, qui es cibus meus, vivit anima in continua fame: Sine te, vita mea vivit, non: ſed vivens moritur. *Revertere, dilecte mi, revertere, & ſimilis eſto capreæ, hinnuloque cervorum.* Revertere, amatum & amans Bonum meum: & eâ velocitate, quâ capreæ currunt in mon-tes.

*Veni Domine IESV; veni, Domine IESV, veni.* Quando audiam dici à te dulce illud verbum, *Venio?* Tunc jubilabo, tunc plorabo, ſed lacrimis lætitiæ. Sic ſemper plorat Amor, *vel, ſi abſens, ex dolore; vel, ſi præſens, ex lætitia.* Sed præſentia brevis eſt: *brevis hora, brevis mora.* O ſi duraret! Non poſſet præ dulcedine contineri anima in cor-pore. *Veni, Domine IESV, veni.*

# CONSERVATIO XXVII

## AMOR DEI,

### *Amor deſiderium animæ.*

NOna conditio, *ſemper languere, ſemper arden*
*deſiderio*: Sentire languorem Spiritus, & d
quium cordis, præ deſiderio ardente rei amatæ. I
gatus S. Petrus, cur ſemper fleret, reſpondit; *Deſi*
*Domini*. Loquuntur oculi pro lingua. O beatum
cendium Divini Amoris, qui accendit tantum deſi
Dicat anima mea Dilecto meo Jesu; Deſidero
omnia: deſidero, quod eſt unum, & omnia: q
quod eſt unum in omnibus.

Deſiderent alij, quod volunt: ego aliud non deſide
ro, quàm Jesum, qui eſt unum, & omnia, q
unum in omnibus. O quàm multi ſunt in m
toti in deſiderio auri? Sed ego aliud aurum non
ſidero, quàm Jesum: Unum, & omnia, & u
omnibus. Idolum Voluptatis quàm multi a
in mundo? illi in ſacrificium offerunt omnia ſu
Sed ego ſacrifico, & offero totum deſiderium
uni tantùm Jesu, qui eſt unum, & omnia, unum
mnibus, æquivalens omnibus.

O deſideratus cunctis gentibus! ô deſi
hominum, deſiderium Angelorum, deſideriu
phinorum, deſiderium Sanctiſſimæ Mari
tiſſimum, deſiderium Dei! Veni, & perim
corde meo omne aliud deſiderium,
ut ardeat ſemper ſancto tui
amore.

# CONSIDERATIO XXVIII.

## AMOR DEI,

### *Amor ſine quæſtu.*

Decima & ultima, *ſervire illi, nihil cogitando de præmio, aut mercede.* Amor non aſpicit præmium, quia ipſe Amor eſt præmium, neque aliud [illegible]ficat extra ſe. *Amat, quia amat, & aliud curat* [illegible]. Amat, quia amat, non ex timore: amat, quia amat, [illegible] ex aliqua ſpe. *Amo amorem, amo amare, & amari.* Neque aliud volo, quam purum amorem, ſanctum [illegible], divinum amorem, amorem ſine mercede. Qui ipſe eſt ſibi præmium, ipſe finis, ipſe merces, ipſe [illegible]; & continet omne bonum, quia eſt Amor ſummi [illegible].

O Amor ſine quæſtu, qui totus ipſe es quæſtus! A-[illegible], qui nihil habes proprium, & es totus proprius! Amor, qui non ſpectas teipſum, & amantem teipſo facis [illegible]. Ah mi Jesu unice, pure & ſummè amor animæ [illegible]! Totum eſt verum. Invenit ſe in te; inveniendo te invenit ſe: amando te, amat ſe: & quanto puriùs de-[illegible]te, tanto beatiorem te facit.

En, ô mundani, qui tantopere amatis vos ipſos, vel, ut meliùs dicam, deſideratis amare vos, ſed non amatis vos. Verus amor veſtri ipſorum eſt amor Dei. Amate Deum, & amabitis vos ipſos in Deo: Amate Deum, & eritis beati in Deo, felices in Deo, pleni infinito gaudio in Deo, & in ipſa æternitate Dei.

CON-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XXIX.

## AMOR DEI,

### *Amor imperatus à DEO.*

QUis auderet, ô Domine, aſpirare ad tuum amo-
rem, ſi tu Bonitas infinita, non hoc juſſiſſes?
Jubes, ut ego te amem, cum comminatione duplicis
mali maximi, culpæ & pœnæ. Quis hoc credere?
Faber, qui accendit ignem inferni, non eſt alius
quàm Amor. *Flatus Domini*, Spiritus Dei, Amor Dei,
*ſuccendit eum.* Iſa. 30. 32. ipſe dat vires huic flammæ,
& excitat eam.

O incendium incendij! incendium supplicium
ortum ex amoris incendio! Accendit illum ignem,
ut accendat corda noſtra alio igne ſui amoris. O ami-
roſa inventio! Quid ampliùs potuit facere? Non ſuf-
cit velle, parùm eſt rogare, adjungit mandatum, im-
plet præmio, finit ſupplicio. Et hic eſt illud, *Non*
*ultrà.* Quia compellit omne cor, quantumvis durum
& obſtinatum: credit enim, ac certo credit ignem
eſſe, & ignem quidem æternum.

Non ergo tantùm vis, Domine; ſed etiam præ-
cipis, obligas, compellis amare te. *Da, quod jubes.*
Ego non poſſum id à meipſo; da tu, quod jubes.
Ecce autem reſponſum; *Impoſſibilia non jubet Deus,*
*aut dat, ut poſſis; aut ut ores, ut poſſis.* (S. Aug.)
Jam intelligo, Domine. Vis, anima mea, amare?
Ora, & ama. Quantum proficies in orando,
tantum procedes in aman-
do.

CON-

# CONSIDERATIO XXX.

## AMOR DEI,

### *Amor ſinè reſervatione.*

A*Ma, & totus ama*, ait S. Chryſologus. Da totũ illi, à quo totum accepiſti. Offer te in holocauſtum, noli facere partem Dei. *Dividatur*, non Dei verbum eſt, ſed Diaboli. Ita decet, anima mea. Deus totus eſt meus: & ego volo eſſe totus ipſius. Deus totum ſe mihi donat, nihil reſervando pro ſe: & ego totum ei donare me debeo, nihil reſervando pro me. *Amor totus, & totalis.* Tota anima cum omnibus facultatibus ſuis, totus intellectus, tota memoria, tota voluntas, totum corpus, omnes ſenſus, totum cor Deo: quidquid humanum eſt transformandum in divinum. *Amor unus, & indiviſus*: Sinè conjunctione alterius amoris, qui non ſit abſorptus amore Divino.

Flumen intrans in mare, abſorbetur in mari, & non manet amplius flumen, ſed videtur eſſe mare. Eundem modum amor creaturarum, intrans in Deum, quia tantum propter Deum, non manet amor creaturarum, ſed transformatur in divinum.

*Amor purus & totalis.* Actui puro convenit amor purus. Actus purus totum habet intra ſe, nihil foris expectat: & amor purus ſatiatur ſeipſo, non admittit alienum amorem. Actus purus habet totum in actu: *poſſe eſt eſſe.* Et amor purus non expectat quando poſſit amare; actu ſemper amat, quantum poteſt, ac debet amare. Concludo. Volo amare Deum meum tam puro amore, ac ſi aliud nihil eſſet, quàm Deus, & Ego: Deus, ut ametur; Ego ut amem.

CON-

# CONSIDERATIO XXXI.

## AMOR DEI,

### *Amor Vita Animæ.*

VErà vita tres perfectiones requirit : *Eſſe, poſ*
*operari.* Eſſe accipit ab anima, poſſe à
bus, operari ab actione. Idipſum cernere eſt
Vita ſupernaturali, quam accipit à ſacro A
Eſſe ſupernaturale, ac divinum eſt à Gratia, P
ſupernaturalis, à Caritate, Operatio actualis
more Divino. Hæc eſt Vita Divina Animæ;
multò perfectior. Pluris igitur æſtimanda,
exercenda: debetque hæc eſſe norma illius.
Intellectus, ſed illuſtratus à ſacra Fide: Imp
tas, ſed à ſancto Amore directa. Sic vivet vit
non ſine divina, ſed ſimul cum divina.

Exemplo ſit Chriſtus Dominus noſter.
ejus actiones non erant humanæ tantùm, ſed
ſimul ac divinæ; Theandricæ, ut vocant T
Quia eadem operatio oriebatur ab Anima,
ſona, ac Natura divina, quæ erant in Chriſto.
deeſt ad hoc concurſus divinus : quia
formâ, & potentiâ naturali, Deus habet p
concurſum naturalem ad cooperandum:
Gratia, & ſupernaturales potentiæ, ut Carita
naturales potentiæ, ut Caritas, & aliæ Virtute
ratum habet ſupernaturalem concurſum, ad
dum cum illis.

Ergo defectus in nobis eſt, quòd oriemur
fectiore : Ideo caremus tantis meritorum
quos adipiſceremur uſu Vitæ illius. Vivam
ram vitam, vitam divinam ſancti Amoris
perfectè vivi non tantùm in habitu, ſed e-
iam in actu.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XXXII.

## AMOR DEI,

### *Amor Vita DEI.*

AMor Dei non eſt ſolùm vita animæ in Deo, ſed etiam Vita ipſius DEI, *ex affectu*. Quia amando Deum; cupio Deo ſuum Eſſe: & ſi hæc voluntas foret efficax, daret reipſa Deo Eſſe. Hinc inter omnes affectus, ut S. Bernardus docet, ſolus amor poteſt aliquo modo reddere Deo æquivalens. Unde ſi Deus amando me, donat mihi ſeipſum; & ego amando Deum, dono Deo ſeipſum. Sed ipſius donum in effectu eſt, noſtrum ſolum in affectu.

Hinc, ſicut Amor Dei eſt maximum donum, maximum Bonum, maxima gloria, quæ Deo poteſt exhiberi: quia in affectu datur Deus; datur tantum, quantum eſt Deus: ita ex oppoſito Odium Dei, quod continetur in peccato, & offenſa Dei, eſt maximum malum, maxima injuria, maximum damnum, quod Deo poteſt inferri! Quia peccatum in affectu non eſt aliud, quam peremptio, mors, & annihilatio Dei: tollit enim rationem Ultimi Finis, quæ eſt propria Deo, & conſtituit eam in creaturis.

Quantum ergo Deum amabis, tantùm oderis peccatum, & offenſam Dei. Odium, & Amor, regnent ſemper in corde tuo: Odium peccati, & Amor amoris Dei: quod eſt amare Vitam Dei, & odiſſe mortem Dei. Ubi etiam id notes, quemadmodum bono Dei conjunctum eſt noſtrum; quia ſi quæras, & ames vitam Dei, [illegible], & amabis etiam propriam vitam animæ tuæ: [illegible], cùm peccatum ſit quaſi mors Dei, cùm illo conjunctam eſſe offenſam, & veram mortem animæ tuæ.

# CONSIDERATIO XXXIII

## AMOR DEI,

### *Deſiderium DEI.*

EA vis eſt Amoris, ut elevet hominem ad veram am-
citiam DEI. Ad perfectam amicitiam requi-
perfecta unio, non intentionalis tantùm per int-
ctum, & voluntatem, ſed etiam realis per præſen-
quâ gaudet amicus amico præſente. Quia ami-
eſt maxima conjunctio, quæ poteſt eſſe inter ami-
Non ſufficit igitur unio voluntatum, ſed requirit-
perſonarum præſentium.

Unde Chriſtianus in hac vita, ut ſit verus am-
DEI, debet habere alteram unionem in exe-
alteram in deſiderio: debet exercere ſe in mental-
ſentia DEI, ſed deſiderare realem. Una eſt me-
veniendi ad alteram, & ſcala ad alteram. Si habe-
Deum præſentem per Fidem, habebis etiam p-
tem per Gloriam. O Sancta & Divina amicitia-
Deum, & hominem, quæ incipit in Gratia, com-
in Gloria!

Hic parumper examina teipſum, & conſidera,
modo colas hanc amicitiam Dei! qualem præſe-
exerceas totâ die, Dei, an mundi? cum quo
conjungaris, cum Chriſto, an cum hominibus
habeas præſentiam Dei mentalem, quomodo
fectus erga realem? quomodo eam deſideres,
affectu, quàm vehementi? poſſiſne dicere cum A-
lo; *Deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum C-*
Si potes, gratias age Largitori donorum; quia h-
donum ipſius: Si non potes, neque hoc expe-
teipſo, poſtula, quia hoc eſt magnum donum,
& verum ſignum perfectæ ami-
citiæ.

CON

# CONSIDERATIO XXXIV.

## AMOR DEI,

### *Adoptio filiorum.*

PRoprius, & præcipuus effectus Amoris Divini eſt, facere filios Dei adoptivos: quod fit 1. per infuſionem gratiæ: quia *Caritas DEI diffuſa eſt in cordibus noſtris.* 2. per communicationem Naturæ divinæ; quia per Gratiam efficimur *divinæ conſortes naturæ.* 3. per dationem Spiritus Sancti *qui datus eſt* nobis per Gratiam. 4. per inhabitationem SS. Trinitatis. *Et manſionem apud eum faciemus.* 5. per adeptionem gloriæ per quam adoptio divina acquirit ultimam ſuam perfectionem.

Hæc filiatio DEI eſt ſumma dignitas Chriſtiani: quia non eſt adoptio ſolùm & filiatio externa exiſtimata, apud homines; ſed realis, & interna, cum infuſione Gratiæ, & communicatione Naturæ divinæ. Unde Verbum divinum, Chriſtus & homo juſtus, conveniunt in communicatione ejusdem Naturæ, quamvis modo diverſo. Verbum accipitur eam per generationem, Chriſtus per unionem ſubſtantialem, anima juſti per unionem accidentalem Gratiæ.

Si ergo mediante amore, ſummus veri filij Dei, faciamus quod ait Apoſtolus, *Imitatores DEI eſtote, ſicut filij cariſſimi.* Debemus oſtendere nos filios, per imitationem Patris noſtri Dei. Et in quo? *Ambulate in dilectione*: vivite in exercitatione ſancti Amoris. Quia, ut Philoſophi dicunt, eadem eſt cauſa producens, & conſervans. Si amor eſt cauſa dignitatis hujus in anima, idem conſervabit eam, & ad ultimam perfectionem perducet.

# CONSIDERATIO XXXV.

## AMOR DEI,

### *Vitale deliquium.*

O Dulce, & optabile deliquium, quod no
gnum es mortis, ſed vitæ: non es mortale
quium, ſed vitale: non es defectio Naturæ, ſed a
& redundatio Gratiæ! *Concupiſcit, & deficit*
*mea in atria Domini.* Creſcit deſiderium cœli,
affectus erga terram.

Nec tamen ſum contentus deliquio amoris:
etiam deliquium doloris, in pœnitentia, & contri
peccatorum meorum. O utinam tē nunquam o
diſſem! Amor, tui boni Deus meus, exhilarat, do
malo tuo contriſtat.

Neque iſta deliquia mihi ſunt ſatis. Vellem
vita mea eſſet in deliquio: in deliquio mundi, del
carnis, deliquio voluptatum, deliquio ſenſuum,
quio honoris, famæ, deſiderii creaturarum o
ut ſolum ſummum Bonum, ſolum increatum Bonum
lum infinitum Bonum cum continuo amoris a
regnaret in meo corde. Quidquid pulchri & boni
rio in mundo, fallax eſt, obnoxium eſt defectio
deliquio. Ergo ſurſum corda. Tantum æterna
ſunt veri cibi, qui poſſint ſatiare animam meam.

# CONSIDERATIO XXXV

## AMOR DEI,

### *Amor aut pati, aut mori.*

F*Vlcite me floribus, ſtipate me malis; quia amore lan*
(*Cant 2*) Si mihi negatur Mori, concedatur
Dum non morior, fulcite me floribus: recreate
corroborate me floribus dolorum. Fulcite me flo
fulcite me doloribus, ſtipate me malis. Circumda
fructibus Crucis, diverſorum cruciatuum.

Aut pati aut mori. Amor non aliud deſiderat, q
videre rem amatā. Sed ſi hoc non detur, ſupplet pa

...ati, aut mori. Donec videt in Cruce dilectum ſuum, ...um Bonum, non poteſt aliud in hac vita deſiderare, ...n Crucem.

...ut pati, aut mori. Dulce pati, quia eſt via ad mor-...: dulcis dolor, quia eſt refrigerium amoris. Aut ...aut mori. Aut pati, quod eſt mors longa: aut mori; ...od eſt paſſio brevis.

# CONSIDERATIO XXXVII.

## AMOR DEI,

## *Amor crucifixus.*

...alvator, & Magiſter noſter, ante ſuum diſceſſum, ...oluit præſcribere lectionem Caritatis divinæ: & ele-...it pro Cathedra Crucem, pro charta ſuam Carnem, ...ramento Sanguinem, pro calamo Clavos: & ...pſit tantum duo hæc verba, *Amor crucifixus*. Vis ama-...? Debes pati: quia non eſt amor ſine dolore. Et ſi do-...n *deſiderio continui*, hic eſt ipſiſſimus effectus amoris, ...ere & ſeparare amorem noſtrum concretum, & ...continuatum cum bono proprio. Hæc ſeparatio ...; hæc ſola eſt, quæ abſterret, quo minùs aggrediaris ...tium amoris divini ſicut oportet.

...nterroget ergo ſe quilibet, ubinam ſit, an ſit in Cruce, ...crucifigat ſua deſideria, ſuas cupiditates, ſuos affectus. ...ectus extinguit, & abiicit venenum amoris DEI, qui ...mor proprius, eſt bonum ſignũ: radius divini amoris, ...mma divinæ Caritatis incipit operari in corde ſuo.

Conſideremus diſcipulum eruditum in hac Schola ...ini amoris, S. Paulum. Volebat mundo notum fa-...e, quod non haberet alium amorem, quàm Chriſti, ...veret aliâ vita, quàm Domini JESU. Hujus rei ...tificaturus ajebat: *Chriſto confixus ſum Cruci: vivo ...ojam non ego; vivit verò in me Chriſtus.* (*Gal. 2.*) ...ivo in Chriſto, & Chriſtus in me: ecce ſignum hujus; ...*confixus ſum Cruci*. O crux amoris! Verum eſt ergo, ...quod non ſit amor ſinè cruce, non ſit amor ſinè dolore.

# CONSIDERATIO XXXVIII.

## AMOR DEI,

### *Neceſſarius ad ſalutem.*

TAm neceſſarius eſt Amor DEI ad Salutem, u[t] ſummæ neceſſitatis, in qua DEus ipſe diſpe[nſare] non poteſt: Unde ſicut DEus facere non poteſt, [ut] homo ſine anima rationali; ita etiam facere non po[teſt,] ut amicus Dei, filius Dei ( in quo conſiſtit noſtra [ſalus]) ſit abſque amore Dei, ſit abſque caritate. Quare, [ani]ma mea, ſalvari ſine caritate, caſus eſt indiſpen[ſabilis,] res eſt impoſſibilis, eſt mera imaginatio & chim[æra.] Quia in Amore Dei, & in ſua ſancta Gratia con[ſiſtit] eſſentia noſtræ ſalutis.

Vides, quanta ſit excellentia caritatis divinæ, [cùm in] ipſa, & ſolùm in ipſa DEus collocarit omne B[onum] noſtrum, totam ſalvationem, totam beatitudinem [no]ſtram. Vis ſalvari? ama. Vis eſſe amicus DEI? [ama.] Deſideras eſſe filius Altiſſimi? ama. Speras g[loriam] æternam in cœlo? ama.

O ſi aliud non cogitaremus, quàm amare! O [ſi hoc] eſſet præcipuum noſtrum negotium! O ſi [oculi] clauſi forent ad alia omnia, & ſola voluntas [aperta] ac prompta ad amandum! O ſi anima poſſet [indue]re alas Seraphinorum, ut ſemper volet, a[met!] O qualis vita hæc foret! quàm beata, qu[àm ſancta,] quàm divina! Det hoc ille, qui poteſt, prop[ter] gloriam ſuam, & ſui ſancti Amoris.

CON

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XXXIX.

## AMOR DEI,

### *Amor Purus.*

AMat anima gloriam Dei, non ſolùm *ut bonum ſibi*, ſed etiam *ut bonum DEI*. Gaudet beatus in cœlo gloriâ propriâ, ſed in quantum eſt gloria Dei. Et quanto plus gaudetur eâ, tanquam gloriâ Dei, tanto plus delectatur eâ, tanquam propria. *Quia non ſinè præmio diligitur, qui ſinè præmij intuitu eſt diligendus*, ait S. Bernardus. Non debemus amare Deum ſpe præmij: ſed quanto magis amatur Deus; & non pro præmio, tanto magis creſcit præmium.

O Amor pure! ô Amor ſolitarie! Quanto magis es ſolus, tanto magis aſſociaris: quantò magis te ſpolias gloriâ, tanto magis eâ veſtiris: & quanto magis perdis teipſum in Deo, tanto magis ibi te reperis. Et hæc eſt ratio, quare amans, quo magis exit à ſeipſo, eo magis ingreditur in Deum: & quo plus dat, eo plus recipit. Nam Deus illi ſe magis communicat, qui puriùs, & ſine quæſtu, ſeipſi conjungit.

Ergo Deus ad amorem purum invitat; vult amari, ſicut ipſe nos amat. Amat ſine uſura, non ſuo commodo, ſed noſtro. Debet anima ſimiliter amare Deum propter Deum, & non propter id, quod ſperat à Deo: amare Deum pro Deo, non pro donis Dei. Id exigit ratio, ut is, qui eſt ſummum bonum, ſit ultimus finis amandi: ut amemus propter amorem, amemus ut amemus, & non ob alium finem amoris: hoc ſolo contenti ſimus, hoc ſit loco omnis mercedis. Ego viliſſima creatura, amo ſervire Deo meo ſine præmio.

# CONSIDERATIO XL.

## AMOR DEI,

### *Amor perfectiſſimus.*

PErfectio actus deſumitur ab objecto. Cum Deus ſit perfectiſſimus, etiam ſummâ perfecti amandus eſt. Sed quid dicam, Deus meus; excludor ego à tui amore? Ah Domine, noli amorem, quo te amo, ſed quo deſidero te amare omni perfectione, quâ poſſum.

Omnem actum amoris, quem elicio, cupio omni contentione, quâ poſſit; ex toto corde, anima, ex tota mente, ex tota fortitudine, & ex omni viribus. 2. cum omni extenſione: quia deſidero continuare, non ſolùm per annos, ſed etiam per in æternum. 3. Cum infinita repetitione: quot facio, quot verba profero, quoties ſpiro & pro totidem actibus amoris id offero. 4. In ſancti ne amoris ardentiſſimi ſummorum è Seraphinis amoris, quo magna Dei Mater amat; amoris, quo genitus tuus te amat.

5. Denique deſidero, amore amoris hujus dere mille vitas, ſuſtinere omnia Martyria, eundem amorem ſuſtinuerunt, ſuſtinent, a bunt omnes Sancti tui. Hoc eſt meum deſi hoc ſpecto, cùm amo. Iterum peto ſupp ô unicum Bonum meum, ne velis attendere ſed donantis affectum. Amo te, Deus me ſed plus amare deſidero, & modo perfectiſſimo.

# CONSIDERATIO XLI.

## AMOR DEI.

## *Amicitia cum DEO.*

AMicitia duorum conſiſtit in tribus. 1. in mutuo amore, ut amet uterque, & reamet. 2. in mutua benevolentia; ut uterque gaudeat bonis, doleat malis alterius. 3. in mutua communicatione bonorum, non externorum tantùm, ſed etiam internorum, ſecretorum cordis, cogitationum, & affectuum. Hæ tres conditiones inveniuntur inter Deum & animam; Vera igitur eſt inter eos amicitia, & ſupernaturalis; quia eſt cum DEO, ut Autore Gratiæ, & objecto Fidei in hac vita, & ut cum objecto Viſionis, ac fruitionis in patria. Ergo Deus eſt meus amicus. O bonum inæſtimabile! ô ſortem feliciſſimam!

Si pro magno theſauro habetur, inveniſſe verum amicum, juxta illud, *Qui invenit amicum, invenit theſaurū.* (Eccli 6.) quid erit habere Deum pro amico? Ah evigila, anima mea, & perpende hanc veritatem. DEus eſt tuus amicus: ergo Deus te amat. Deus eſt tuus amicus: ergo procurat tuum bonum, & removet mala. Deus eſt tuus amicus: ergo divitiæ Dei tuæ ſunt. Verum eſt, verum eſt. Gratias Largitori pro tanta gratia.

Amicus debet eſſe tantùm unus, *unus ex millibus.* Illum facio protinus omnem alium amicum, renuncio omnibus. Valete amici mundi. Amicus meus ſolus DEus. JESUM ſolum volo pro amico, amicum amantiſſimum, amicum potentiſſimum, amicum fideliſſimum.

# CONSIDERATIO XLII.

## AMOR DEI,

### *Amor Nectar cœleſte.*

AD ſuaviſſimum nectar divini amoris invita[illegible] Chriſtus dicendo: *Bibite, & inebriamini* [illegible] (*Cant.5.*) O feliciſſima invitatio! Intelligo, De[illegible] tuum deſiderium: non ſolùm vis, ut te amem, [illegible] cum omni perfectione, & amore. Vis, ut meus [illegible] ſit ardens, ac fervens. Vis, ut anima mea non ta[illegible] ſit plena, ſed ebria ſancto amore; non aliena à [illegible] ſed à terra ad cœlum, à ſeipſa ad te.

O anima mea, quando venies ad hunc ſtatum? [illegible] do eris extra mundum, extra terram, extra [illegible] corpus, tota fixa, & concentrata in DEO? Ebrius [illegible] & non videt: guſtat, & non guſtat: loquitur, [illegible] loquitur: quia non eſt apud ſe, ſed extra ſe. Sic [illegible] ebria divino amore, non videt, non guſtat, non lo[illegible] niſi quando videt, quod eſt DEUS: Sola Divinita[illegible] eam ad agendum.

Et oculus videt lumen, & alia omnia per lume[illegible] anima Deum ſolum amat, & alia propter Deum.

# CONSIDERATIO XLIII.

## AMOR DEI,

### *Filiatio DEI.*

O Mira vis amoris divini! ama Deum, & [illegible] Dei: quia Amor trahit Gratiam, Gratia [illegible] Naturam divinam, in qua fundatur filiatio Dei: [illegible] filium alicujus, aliud non eſt, quàm commu[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ro in ſua natura. O dignitas infinita divini amoris! ...re filium Dei, ac proinde etiam hæredem omnium ...rum ſuorum.

...in mundo eſſet hæc poteſtas, & conceſſio, ut aman-... aliquem Regem, quis effici poſſet ejus filius, quis ...non velit amare? Hæc poteſtas, quæ in amore hu-... non eſt, in divino eſt. *Dedit eis poteſtatem filios Dei ſieri.* (*Joan.* 1.) fieri inquam, Deum amando: & quanto ...creſcit amor, tanto magis creſcit & filiatio, & cum ...hæreditas majorum bonorum.

O nobiliſſimos titulos hominis Chriſtiani, Amantis, ...Hæredis! pro quibus utiq; ſpernere debetur omnes ...titulos, quantumvis honoratos, ac ſpecioſos in ...undo.

# CONSIDERATIO XLIV.

## AMOR DEI,

### *Fraternitas Chriſti.*

H*Æredes* DEI, *coheredes autem Chriſti.* (*Rom.* 8.) ...quia fratres Chriſti ſumus, filij ejusdem Dei Patris. ...Chriſtus eſt filius primogenitus, nos ſecundò geniti: Chriſtus eſt filius per naturam, nos per adoptionem: Chriſtus eſt filius per unionem cum Deo, nos per unio-...em cum Chriſto. Quia dum unimur Chriſto per Cari-...tem, ut palmites cum vite, participamus eundem ...tum Chriſti, qui eſt Divinitas. Hæc enim, tanquam ...ma univerſalis, & aſſiſtens animat, & regit omnes ...os Dei, naturalem & adoptivos, Chriſtum & nos.

Hinc meritò, dicebat Apoſtolus; *Vos eſtis Chriſti, Chriſtus autem Dei.* (1 *Cor* 3.) Vos eſtis opus Chriſti, ...filij per Chriſtum; & Chriſtus ſecundùm humani-...tem eſt opus Dei, ut S. Thomas docet, & filius imme-...te per Deum. Igitur anima mea debes amare Deum ...Chriſtum: Deum, ut principium ſine principio; Chri-...um, ut principium de principio: Deum, ut Patrem ...m; Chriſtum, ut fratrem, & Patrem.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

O Deus meus, ego filius tuus, Vellem amo...
quantum debeo, cùm ſim filius tuus. O D...
JESU, ego frater tuus, per te venio ad Patrem. V...
lem ſequi te, ut viam; credere, ut veritatem; am...
ut vitam.

# CONSIDERATIO XLV.

## AMOR DEI,

### *Languor Animæ.*

QUando anima accenſa ardenti deſiderio vi...
Deum, eſt quodammodo impatiens, ...
moræ inter creaturas, conſumptis ſpiritibus, & ...
tis viribus corporis per vim amoris, deficit ad ...
mundi, ac ſentit in ſeipſa deliquium amoris; ...
quendam languorem, qualem ſentiebat anima illa, ...
diceret, *Amore langueo*, deficio præ amore.

Amore langueo, quia flagro amore, & ...
guoris eſt ardor. Quia ardeo & comburor de...
videndi Deum, non poſſum diutius vivere ...
ſentio pœnam in vita; quia deſidero mori. O...
derium divinum, deiice vires corporis, robora...
vires animæ!

Quid cogitas anima mea? Noviſti hanc vo...
Ecce ſignum perfecti amoris, languere & mo...
ficere mundo, terræ, creaturis; & deſiderare, ſ...
anhelare, cœlum ac Deum. O beatum langu...
ô dulce mori! Amor languens, Amor
ardens!

# CONSIDERATIO XLVI.

## AMOR DEI,

### *Amor excedens.*

Vox amantis, & ardenter amantis eſt, *amore langueo.* Sed ſuperat iſta, *amore morior.* O violentia amoris, quæ non tantum feris, ſed etiam occidis!

Audi Chriſtum, quid dicat. Et quid dicit? Vide illum in Cruce: Sile, & auſculta. O verbum amoris, quod omnem adamantem confringat! *Morior.* Et quis auferat tibi vitam? Et quomodo moreris, Bonum meum? quis te occidit? Amor: *amore morior.*

Jam intelligo te mori, ſed dic mihi, pro quo? Expecta, Domine, plus non volo: timeo ne reſpondeas mihi, quod animam, & cor mihi ſimul transfigat. Quare moreris, ô mi Amor? Ego ipſe dicam: moreris amore Patris tui æterni. Verè: atque hoc decebat obedientem Filium Dei Patris. Acquieſco, ſatisfactum eſt mihi, quod ſciam, pro quo moriaris. Moritur Deus pro Deo; ſed hoc, quod timeo audire, & quod cùm cogito, extra ſenſum, eſt, quòd *Chriſtus moriatur pro me.* Verùm eſt, reſpondet JESUS, ego morior pro te, & pro tua ſalute, ut te mecum in gloriam Patris mei perducam. Quis eſt, qui moritur? & pro quo moritur? quis pro quo? Deus pro me. Quis es tu, DEUS meus? & quis ſum ego?

# LIBER II.

## CONSIDERATIO I.

### AMOR DEI,

*Amo ex toto.*

IUbes, Domine, ut amem te, & ... ex toto. Idipſum ego cupio, ac deſide... amare te totus, totis viribus corpo... animæ. Amo Deum meum ex toto... hoc tripliciter. Primò, ut nihil... *contra Deum*, non committendo ... eum unquam peccatum mortale: Secundo, nihil... *Deum*, ne etiam deliberatè peccatum veniale: Ter... *omnia propter Deum*, referendo quidquid cogito, quid... quid loquor, quidquid ago, ad gloriam Dei.

O Scala ſancti Amoris! Beatus, qui per eam a... in cœlum, fugiendo primùm omne peccatum... deinde etiam leve, ac denique conſecrando ſe, ... ſervitio & amori divino!

O mi Deus, hoc eſt meum deſiderium, ex toto ſe... odiſſe quæ tu odiſti; & amare, quæ tu amas. Tibi ... anima mea, Deus meus: tibi vivat manus mea in ... rando, pes meus in ambulando, lingua mea in loqu... tibi vivat cor meum longè ab omni amore profa... plenum ſolo divino. O cor beatum, quod ſanct... ſanctus Amor, purificat purus amor, deificat ... divinus!



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO II.

## AMOR DEI,

*Amor motus cordis noſtri.*

MAteriale cor noſtrum docetur, quale debeat eſſe ſpirituale in amando Deo. Illud nunquam ceſſat à motu, & voluntas noſtra nunquam ceſſare debetur amore Dei. Illud eſt principium omnium motionum corporis viventis, & Amor divinus debet initium omnibus actionibus animæ. Illud movetur ſemper duobus motibus, expulſivo ejus quod noceat, & attractivo ejus quod juvet: Sic voluntas noſtra debet amore complecti utilia, & odio ſancto averſari noxia.

O Jesu, cordis mei, fac ut iſtud cor meum ſit ſpirituale, ſicut eſſe debet: vivat ſemper in amore, moveatur in amore, & fugiat omnem alium amorem, qui ſanctus non ſit.

O Cor meum, vide quis tuus ſit finis, ad quem creatum es: Ad amorem, ad amorem perfectum, ad amorem qui ſit continuus, & univerſalis: amorem ſolitarium, ut non divertat in te alius amor, præter divinum. Hoc eſt ergo deſiderium meum: hoc eſt propoſitum, amare Deum ac Dominum meum, ſemper, ſolum, & in omnibus rebus.

# CONSIDERATIO III.

## AMOR DEI,

*Amor Donum DEI.*

DOnum donorum, donum ſuper omne donum, eſt donum divini Amoris. Et ſi Amor *eſt impreſſio amati in amantem*, ut S. Thomas ait, talis eſt amor Dei, eſt

eſt donum impreſſum à Deo amato in animūm amā-
tem: donum, quo ſecum trahit donantem. Nō ſe-
paratur amor à Deo, nec Deus ab amore, nec ab animā
quæ unitur cum Deo. *Qui manet in caritate, in Deo*
*manet, & Deus in eo.* (1. *Io.*4.) O amor divinus, [illegible]
efficaciſſimus!

Non ſic amor mundi, amor ſterilis, amor inefficax,
non trahit ſecum rem amatam. Igitur, anima mea, ad
*hoc labora, ut videas.* Hic debetur eſſe tuus finis, labo-
pro fine non terreno, ſed cœleſti, ut videas, & gau-
prœmio divini amoris in cœlo.

*Ad hoc labora, ut ames*: & hic debet eſſe tuus fin-
hac vita, fatigari & laborare pro amore, ut potiaris
divini amoris. *Vnam petij à Domino*, unam rem, [illegible]
donum ſancti Amoris; finem cogitationum mearum,
finem deſideriorum meorum, finem vitæ & mortis
amore vivam & moriar.

# CONSIDERATIO IV.

## AMOR DEI,

### *Amor ſine menſura.*

O Infinitum amorem Dei mei! Non ſatis habuit
donare culpas, remittere pœnas; ſed inſuper
nos donare Gratiâ ſuâ, facere ſuos veros amicos, [illegible]
& hæredes. Neque hic finem habuit Amor divinus
ſatisfieret juſtitiæ ſui Patris, ſuſcepit in ſe ſupplicia
nos debuimus: ſuſcepit mortem, ut nos vitâ donaret
O Amor infinitus, amor ſinè fine, amor ſinè menſura
Deus amat hominem, & fit homo, ut moriatur
homine. Et hic eſt finis amoris Dei, mors. *In finem dilexit*
in mortem dilexit. O amor, qui nunquam dicit, ſufficit!
Quando quieſcit amor? quando moritur. O mira [illegible]
amoris! Amat, & amat ad mortem, amat uſque ad
mortem.

O Deus animæ meæ, hunc amorem deſidero, [illegible]
concupiſco: amorem uſque ad mortem, [illegible]

um ſanguine, morte obſignare amorem. Hic eſt ſine fine, amor cum fine mortis. Veni, veni, beata, mors felix; da finem & perfectionem amori. ...ndo amore, amore uſque ad mortem reſpondebo Dei, qui in finem dilexit nos, cùm fine mortis.

# CONSIDERATIO V.

## AMOR DEI,

### *Balſamum divinum.*

...conditio eſt Balſami materialis, ut corpora à corruptione præſervet: quanto magis Balſamum ſpirituale Amoris divini vim habebit, præſervandi animam à corruptione peccati? Imò anima, delibata hoc Balſamo divino, non tantùm non peccat; ſed neque peccare poteſt, ut ait S. Joa 1. ep. 3. Quia dum voluntas Deũ amat, non poteſt eum odiſſe peccando.

O potentia divini amoris, quomodo conſervas regnum animæ in perfecta pace, & quiete: quomodo regnum ejus tueris in pacifica poſſeſſione? quàm potenter eam defendis ab omnibus ſuis inimicis! Ecce viam ...ſſimam ad immunitatem à peccatis: ecce medium ...ſſimum, quo fias impeccabilis. Ama Deum ardenter & frequenter: *exerce teipſum ad pietatem.*

Perpetuum tuum exercitium ſit amare, vivere amando, continuare amorem, perſeverare in actuali unione cum Deo, & non ceſſare *voluntate annuente*, *ſed ſolâ neceſſitate cogente*, ut Sancti nos docent. Hoc eſt; ſi quando ceſſes ab actu amoris, non ſponte id fiat, ſed ex neceſſitate, quia neceſſariæ occupationes te impediunt. Quibus peractis, mox redi ad ſanctum amorem: ſicut magnus lapis in alto ſuſpenſus, vinculo ſoluto, confeſtim ruit, ac ſuo centro conjungitur.

CON-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO VI.

## AMOR DEI,

### *Pondus cordis.*

E*St pondus deprimens, & eſt pondus elevans:* ut
bertus. Peccatum eſt pondus, quod depri
amor eſt pondus, quod elevat. *Amor meus, pon*
*meum: illo feror, quocunque feror*, inquit S. Augu
nus. Sicut natura lapidi dat gravitatem, & cum
motum ad centrum, & quietem in centro: ſic Deus
animæ caritatem, & cum ea deſiderium Dei, & qu
tem in Deo.

Ergo *duobus præceptis, amoris Dei, & proximi*
*duabus alis, ad Deum anima volat: & ad Deum*
*volando, quia aſcendit amando.* O dulce pondus
amoris, quod tollit omne aliud pondus! qu
facilia ſunt amanti: *& verus amor nomen diffic*
*erubeſcit.* Tantum abeſt, ut amans difficile pu
quod placet amato, ut etiam nomen id erubeſca

Sed eſt animadvertendum, ne amori divino
amor ſe miſceat: quia tunc, anima *quaſi viſcum*
*in pennis, volare non poteſt*, pennas inviſcatas
peditas habet, non promptas ad volatum.
mis verum eſt, peccatis venialibus, ut non
metur anima, tamen inviſcari, & impediri pe
ut liberè volare non poſſit. Expeditiſſima,
lociſſima eſt aquila, ſed impeditur tenu

Liberi ergo ab omni pondere peccati,
volemus pondere, & alis ſancti
Amoris.

CON

# CONSIDERATIO VII.

## AMOR DEI,

### *Amor halitus animæ.*

DEUS quondam dixit S. Gertrudi, *Velim amorem mui ita in te conſerves, ut homo retinet halitum, & ...um ſuum, ſine quo nequit vivere.* Eſt enim amor halitus divinus, qui animam in vita conſervat. ... dulcis halitus! ô ſpiritus cœleſtis! qui ſuſten-... animam in vitam æternam, ſervando immunem à ...cato!

...ec doctrina, Domine, planè digna eſt tuo amore. ... *corpus, quod corrumpitur, aggravat animam*, ...e difficilis noſtræ debilitati. Age quod potes, ...quum Gratiâ meâ ſupplebo. Ita eſt, Amor dulciſſi-... In iſto confido, fietque ut poſſim per Gratiam, ...non poſſum per Naturam. Conſerva mihi cœ-...ſpiritum tui amoris: fac ut prius deficiat me ...corporis, quàm animæ; priùs caream halitu cor-..., quàm animæ reſpiratione. Quidvis aliud liberi-...patiar, quàm ut refrigeretur; & intepeſcat in me ...caritas. Illumina me ſemper novo lumine, accende ...nova flammâ ignis divini.

...ſi quando propriâ malitiâ victus murmuravero, ...mando me nimium pati in tuo divino ſervitio, ...ans mihi, pro innata pietate tua, ſed mox mihi ...protectione cœleſti: & pro caſtigatione con-...digna, viſita me ſanctâ conſolatione tuâ; non meis quidem meritis conveniente, ſed Miſericordiæ tuæ.

# CONSIDERATIO VIII.

## AMOR DEI,

### *Transformans affectum.*

CHriſtus docuit S. Brigittam modum amandi De[um] *Prepone* inquit, *voluntatem meam voluntati* [tuæ] *& tunc cor tuum erit in corde meo, & inflammatum* *caritate mea.* (1. *Revel.* 1.) Ecce modum am[andi] Deum, anteponendo voluntatem ejus noſtræ ſemper & in omnibus rebus. Ita unitur cor noſtrum cordi [ejus] & inflammatur ſancto ac dulci ejus amore. Doct[rina] cœleſtis ac divina, doctrina uniens corda, transform[ans] affectus, implens animam noſtram perenni gaudio, [&] exultatione.

Ideo Dominus ibidem ſubjunxit; *Requieſces in* [bra]*chio Deitatis meæ, ubi nulla voluptas carnis, ſed gaudium & delectatio ſpiritus.* Sed quantum eſt hoc gaudium? *Eſt*, inquit, *anima plena gaudio interius, &* ... *nec aliud cogitat, vel cupit, niſi gaudium, quod* ... Eſt gaudium plenum, & ſuperabundans: ... anima aliud cogitare, quàm jubilare in gaudio, ... habet. Et quamdiu durabit? *Oleum viduæ non* ... *uſque quo Dominus dedit pluviam ſuper terram:* ... *leum gaudij, & exultationis tibi non deficiet,* ... *ſempiternum.*

Audiamus concluſionem Chriſti; *Dilige* ... *ſolum, & omnia habebis, quæ voles, & abund*[*abis*]. Cura te totam impendere meo amori, & ... hic ſolus, ſine conjunctione alterius amoris: & habebis citò, quod voles, & abundabis omnibus bonis Gratiæ & Gloriæ.

# CONSIDERATIO IX.

## AMOR DEI,

### *Amor imitatio DEI.*

Quædam ſunt admiranda; quædam imitanda in DEO. Admirandum eſt, quòd ſit A ſeipſo, ſit primum Principium, & Ultimus Finis, ac ſimilia. Imitandæ ſunt virtutes. Quia ſecundùm Philoſophum, [illegible] eſt ſecundùm naturam perfectibilis; & non tranſcendere limites illius. Anima eſt naturâ intellectiva, affectiva, operativa: in his ergo perficitur, imitando Deum in cognoſcendo, amando, operando propter ſummum Bonum: ſicuti Deus cognoſcit, amat, & agit.

Hic erat ſenſus Apoſtoli, quando exhortabatur ad imitandum Deum in Caritate. *Epheſ 5. Imitatores Dei eſtote ſicut filij cariſſimi, & ambulate in dilectione.* Proprium caritatis eſt amare Deum, & imperare ceteris virtutibus, ut agant idipſum. Ideo in juſto aliud [illegible] eſſe non debet, quàm motus amoris; quod eſt amare, & agere ex amore.

Quia Caritas, tanquam Regina, movet omnes facultates & virtutes, ad ſuum proprium finem ſummi Boni. Movet oculos ad videndum, ſed propter finem Boni; movetur manus ad operandum, ſed propter finem ſummæ Bonitatis; movet intellectum ad cognoſcendum, ſed ad conformandum ſe voluntati divinæ. Et in ſumma, anima amans Deum, eſt idipſum, quod caritas. Sicut Deus amat ſe, & creaturas propter ſe, neque unquam recedit à ſe, ſed ſemper eſt in ſe: ita anima per amorem amat Deum, & creaturas propter Deum, & ſemper invenitur in Deo, & non exit à Deo, niſi ut revertatur ad Deum.

# CONSIDERATIO X.

## AMOR DEI,

### *Beatitudo participata.*

DUæ ſunt ſortes beatitudinis, una meriti, a[lia]
participationis: amor DEI habet utram[que.]
Quia non ſolùm meretur beatitudinem cœleſtem, [ſed]
etiam aliquo modo participat conſolationem, & g[au-]
dium illius dat pacem conſcientiæ, ſerenitatem in[tel-]
lectui, gaudium aſſectui, quietem voluntati, ſa[tie-]
tatem deſiderio, & in ſumma efficit cor, quod [eſt]
omnino purum, tranquillum, felix, beatum, & ſ[anc-]
tum. Ideo reciprocè dicuntur, Beatus & Amans: [qui]
habet ſanctum amorem, beatus eſt, & qui eſt bea[tus,]
habet ſanctum amorem.

Veritatem hanc docet experientia. Da mihi c[or a-]
mans, poſſeſſum ab amore divino. Talis eſt D[omi-]
mundi; quia eſt eo ſuperior. Poſſidet omne b[onum,]
quia poſſidet Deum: liberum eſt ab omni mal[o,]
eſt ſine peccato: non ſperatur, quia gaudet: [ti-]
met, quia amat: vivit, vitâ Dei: regnat, in reg[no:]
ſemper agit feſta, gaudendo, & jubilando ingu[iter]
in jubilo Dei, quem amat.

O DEUS amate, qui ſolus beatum facis! [O]
Amor! Amor beate; tibi me inclino,
te adoro, te ſolum peto pro
dono.

CON-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XI.

## AMOR DEI,

### *Amor unius.*

Quando anima vivit in quiete & pace? Cùm deſi-
... caretur. Quando deſideriis caret? Cùm
...ratis potita eſt. Et quando deſideratis potitur?
... poſſidet omne bonum, ſine omni malo. Quando
... omne bonum, ſine omni malo? Cùm Deum
..., qui eſt omne bonum, ſine omni malo. Et hic
... petendi, neque iri poteſt ulteriùs. Verum eſt
... quod amor Dei ſit amor Unius.

*... ad unum, unio ad unum, qui eſt omnia.* Quia
... vult omnia, & omnia non niſi in uno ſolo Deo ſunt:
... non vult, niſi Deum, unum Deum, Deum & omnia.
*... ad unum, & ad omnia!* Vult omnia in uno,
... in omnibus. *Ad unum.* Hæc eſt ſumma Studio-
... amoris, hic genius ejus, hoc ei volupe.

Ergo non immeritò dixit B. Ægidius; *Vna uni.*
... anima, unus amor, unus Deus. Petis tranquilli-
...? quære unitatem. Cupis ſatietatem? quære
.... *Ad unum.* Cogitatio Deum cogitet,
... propter Deum. *Ad unum.* Affectus ametur
..., ut propter Deum. *Ad unum.* Actio ope-
..., ſed propter Deum. Et ſemper ſpectando *ad*
*unum*, eris beatus in uno, qui eſt ipſa beatitudo
per ſuam eſſentiam, Deus benedictus
in ſecula.

# CONSIDERATIO XII.

## AMOR DEI,

### *In deſiderio mortis.*

H*Ic eſt modus amantium, velle pro inciton*... ait S. Auguſtinus 4. *Confeſſ.* 6 Hoc ſignum... dedit Chriſtus Dominus noſter in tota vita ſua, ... verò cum dixit Judæ; *Quod facis, fac citiùs.* ... cupio, illud deſidero, illud quæro, ad hoc ... mundum. Vis me vendere Judæis? volo vend... tradere? volo tradi. Vis ut crucifigar? volo cr... Vis ut occidar? volo occidi. Hoc amo, hoc ... quod facis, fac citiùs. O amor interminabilis ... inæſtimabilis ô dilectio inſcrutabilis!

Diſce a Chriſto, anima mea, quomodo debe... amare; diſce dicere, *quod facis, fac citiùs.* ... pus *quod facis, fac citiùs.* Ego nunc, quod ... rum dierum futura ſit ultima vitæ meæ. Hanc ... ac deſidero; veniat ocyus. Morbe, *quod* ... *citiùs.* Video te eſſe mortis præcurſorem: ... induciæ? creſce, creſce ſemper, & ad extrem... ut impleatur deſiderium meum. Mors, ... *fac citiùs.* O chara Mors, quæ mihi es ... quid moraris? Jam tempus eſt, noli expecta... tempus.

Idipſum dic omnibus rebus tibi moleſtis, ... frigori, fatigationi, fami: *quod facis, fac citiùs.* Nolo vivere, volo mori. *Cupio, diſſolvi, & eſſe, cum Chriſto.*

# CONSIDERATIO XIII.

## AMOR DEI,

### *Amor cernitur in lingua.*

SI Amor divinus eſt, erit etiam lingua divina. Lingua eſt inſtrumentum, & pulſus cordis: unde, cor movetur à Deo, eodem motu lingua cietur. *Loquere ea, quæ ſunt ſpiritus: & crebriùs loquere, quàm reſpira. Pulchrum enim, ac divinum eſt, per divinarum rerum commemorationem, ad Dei amorem perpetuò exſtimulari;* ait S. Greg. Naz. *Orat* 26.

O ſi daretur mihi gratia conceſſa Sancto illi, *qui in ſpiritualibus colloquiis nunquam laſſabatur: in vanis ſtatim obmutebat.* Si cor noſtrum eſt templum, lingua erit lyra Dei, animata flatu Spiritus Sancti. Sanctus Amor eſt univerſalis motus animæ; movet animam, & omnes facultates ad ſuum finem: & ſicut movet cor ad amandum Deum, ita movet linguam ad laudandum.

O ſi haberem centum, & mille corda, ad ampliùs eum laudandum! Aſſociemus linguas noſtras linguis Angelorum; & unâ cum illis, abſque ceſſatione, ſemper cantemus laudes DEI.

# CONSIDERATIO XIV.

## AMOR DEI,

### *Amor liberaliſſimus.*

QUis poteſt animo comprehendere liberalitatem Divini Amoris, munificentiſſimi in donis Naturæ,

profuſiſſimi in donis Gratiæ? In ordine Natura lagi... Eſſe, vegetari, ſentire, intelligere: in ordine ſu... naturali, Gratiam, Gloriam, Divinitatem unitam hu... manitati in Chriſto, & Chriſtum ipſum in Sanctiſſ... Sacramento. *Quid retribuam Domino, pro om... quæ retribuit mihi?* Donat mihi ſummum, qu... in Natura, Intelligere: & ſummum in Gratia, qu... Chriſtus. Quid retribuam Domino? quomodo p... ero? quid potero ei rependere?

Gratias agite pro nobis vos Angeli Beati, lau... tantam beneficentiam, & exaltando eam in ſecula. G... tias age pro nobis, tu Regina Angelorum, Sanctiſſ... Trinitati, *Quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam.* G... tias age pro nobis tu, ſanctiſſima & Beatiſſima Hu... tas Chriſti, quia per te, & per merita tua, tan... bona largitur.

Exulta, anima mea, in benedictionibus dulce... jubila cor meum, in memoria tantorum benefi... redde tuo Benefactori te totam: redde illi intelle... in cognitione infinitæ Bonitatis: redde illi memo... in continua recordatione beneficiorum ſuorum, ... ei linguam in continuis laudibus: redde illi ... manum, in benefaciendo ſemper proximo tuo, ... ſuæ Divinæ Majeſtatis.

# CONSIDERATIO XV.

## AMOR DEI,

### *Amor vitalis.*

ANima creata à DEO ad finem ſupernatural... non ſolùm dat vitam, ſed etiam accipit. D... vitam corpori, accipit vitam à Deo. Sed ô quan... differt ea, quam dat, ab illa, quam accipit! Dat ... naturalem, accipit ſupernaturalem: dat humanam, ac... cipit vitam divinam: dat miſeram, accipit beatam.

ta, quam dat anima corpori, tantùm eſt vita, ...ratis bonis. Non eſt vita opulenta, non honorata, ...jucunda: nam divitias, honores, voluptates ...nde acquirit. Sed vita, quam accipit anima à Deo, ...eſt tantum vita, ſed etiam cauſa omnium bonorum. ...vita cumulata omnibus divitiis cœli & terræ: vita ...nata omnibus honoribus, divinis, & humanis: eſt ...ta affluens omnibus deliciis, terrenis ac cœleſtibus. O vita, quæ verè es vita! in te vivitur memoria re...dationе Dei: vivit intellectus conſideratione Dei: ...vit voluntas amore Dei. Tu es verè aura vitalis ...amoris, per quam anima ſpirat, ac aſpirat ad DEUM ...um.

Sed ô ſtultitia, ô cæcitas hominis! Pluris facit anima vitam, quam dat, eâ, quam accipit. Tota occupatur in animando corpore, dando illi vitam ple...nam miſeriis, quæ mox rectiùs mors dicetur, quàm ...: & obliviſcitur, neque curat accipere vitam à Deo, quæ vera & ſola eſt vita, cauſa cunctorum bonorum. ...am ergo cum S. Auguſtino; *Moriar, ut vivam*; de...ngar vitâ corporis, ut vivam vitâ Dei!

# CONSIDERATIO XVI.

## AMOR DEI,

### *Anima Animæ.*

QUid aliud, extra Chriſtum, poteſt eſſe anima animæ noſtræ? *Chriſtus vita noſtra*, dicit Apoſtolus, ...per ſuam gratiam, & claritatem vivificat animam, ...do illi Eſſe & operari ſuperhumanum, & ſupernatu...le. Sicut *vita corporis anima eſt, ſic vita animæ Deus eſt*, ...it Auguſtinus.

O Chriſte, ô Vita! Per te ego vivo: ſine te ſum mortuus. Vivit in te anima mea vitâ divinâ, vitâ cognitionis, vitâ amoris: ſed cognitionis, & amoris



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non alterius, quàm Dei. *Hæc eſt vita æterna, ut co-*
*gnoſcam te Deum vivum*: hæc, non alia, eſt vita beata
ac divina, cognoſcere te, Deus meus, & cognoſcendo
amare te.

Sed undenam tanta magnitudo provenit animæ, ut
vivat vita divina, vita Dei? Mors Chriſti promeruit,
quæ eſt Mors divina, Mors Dei. Præmium reſpondet
merito, effectus cauſæ: Mors Chriſti eſt meritum vitæ
noſtræ, & vita Divina effectus eſt mortis Dei.

Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retri-
buit mihi? Vita mea eſt mors tua, Domine: ex
morte tuâ, vivo propter mortem tuam. Meum
vere eſt tuum mori: & mori tuum eſt meum vive-
Si ergo per te vivo, tibi vivam, ſervitio tuo, gloriæ
tota vita & mors mea, non alium finem habebit, quam
beneplacitum tuum.

# CONSIDERATIO XVII.

## AMOR DEI.

### *Amor ſe ſolo penſatur.*

A*Mor ſolo amore penſatur.* Eſt axioma receptum
in Schola amoris, amorem non alio auro æſtimari,
quàm amoris. *Si dederit homo omnem ſubſtantiam*
*ſuam*, ſi non ſimul det amorem, *pro nihilo deſpiciet eam.*
Amor non vult aliud, quàm Amorem: cibus eius
amor, pax & gaudium ejus amor, amore ſolo con-
tentus eſt. O ſanctum amorem, qui tantùm decet
Deum, ut eo ſolo ipſi ſatisfiat, & oblitteretur quidquid
ei debemus!

Si Deus eſt eſſentialiter amor, quo alio poſſit de-
lectari, niſi amore? O prærogativa & Privilegium
amoris! Ingreditur Eſſentiam Dei: *Deus caritas eſt.*
Deus eſt eſſentialiter Amor. Non ita, cùm dicimus, Deus
*humilitas eſt*. Non eſt humilitas, ſed cauſa humilitatis.
O Deus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[D]eus, ô Amor! Utrumque nomen ſignificat tuam [c]ura[m]. Etjam intelligo, quare ſic ames. Amor quid [ali]ud poteſt, quàm amare? & qui totus eſt amor, totus [am]at: & qui eſt infinitus amor, infinitum amat.

[S]ed non ſic amatur Amor, plangit quidam vir ſanctus: *Amor non amatur, non amatur amor!* Qui haberet [o]culos tantum ad videndas tenebras, & non ad videndum lumen, meliùs eos non haberet. Ita qui amat, & [non am]at Amorem, meliùs eſt, ut non habeat amorem, [nec v]itam, nec Eſſe. Amo Amorem, & aliud non amo [q]uàm Amorem.

# CONSIDERATIO XVIII.

## AMOR DEI,

### *Suſpirium cordis.*

S*piritus oris noſtri Chriſtus Dominus. Thren. 4.* Halitus [a]nimæ, ſpiritus cordis, aura vitalis, quæ in vita me [ten]et, non eſt alia, quàm Chriſtus, amor Chriſti, præ[ſe]ntia Chriſti. O mi Jesu, quod corpus eſt ſine reſpira[ti]one, hoc eſt anima mea ſine amore.

Quid facis corpus? Non deſinis reſpirare. Et tu, [an]ima, deſinis amare? Non ita, non ita: tu, corpus, ſpira [& re]ſpira; & tu, anima, ſuſpira & aſpira. Et in quem? ad [q]uem? ſuſpira ad Jesum, aſpira ad Jesum. Ecce, Do[mi]ne, ſit hoc pactum inter nos: *quoties inſpiro, & reſpiro, [tu]a Domine, ſuſpiro, & reſpiro*: quoties ſpiro, & reſpiro [cor]pore; toties anima ſuſpiro & aſpiro.

O Jesu mi dulciſſime, ſpes ſuſpirantis animæ, in te [ſu]ſpirat anima mea, ad te aſpirat cor meum. O ſuſpirium, [q]uod penetrat cœlum, & pervenit uſque ad cor Dei! [fo]ntis cervæ transfixæ! O deſiderium animæ amantis! [Suſpira], anima mea, ad primum principium, quod tibi [de]dit, ut eſſes: Suſpira ad ultimum finem, qui tibi præ[par]at gloriam.

CON-

# CONSIDERATIO XIX.

## AMOR DEI,

### *Cœleſtis Ambroſia.*

CIbus menſæ cœleſtis , & ambroſia paradiſi e
Sanctus Amor Dei, quo nutriuntur beati Spiri
& veſcuntur in cœlo. O cibum dulciſſimum, cibu
ſuaviſſimum , cibum, qui nutrit vitam divinam
beatam.

Eodem cibo gaudent beati in cœlo , quo alun
Juſti in terra ſed modo valde diverſo. Hic tan
colliguntur micæ, quæ cadunt de menſa æterni conv
Sunt micæ , ſed de pane vitæ: ſunt micæ, ſed ſuper
omnem eſcam terrenam: ſunt micæ , ſed diſponu
ſatietatem cœleſtem.

O Ambroſia divina , cibus digous palato D
O dignitas animæ, guſtantis eundem cibum cum
Amat Deus , amat anima , & in eodem
conveniunt : uterque eſt amor Dei ,
amor divious. Gratias tibi, Deus meus ,
non tantùm admittis me ad menſam tuam , ſed
tuo ipſius cibo me paſcis. Gratias tibi , & g
in æternum. Fac, obſecro, ut ex deguſtatione
divini , faſtidiam omnem alium cibum
terrenum.

CON

# CONSIDERATIO XX.

## AMOR DEI,

### *Amoroſa Spiratio.*

Materiale Cor noſtrum continuò duos motus habet. Dilatationis, & Conſtrictionis; dilatatur ad recipiendam auram ſalubrem, conſtringitur ad noxiam expellendam. Similis debet eſſe vita animæ noſtræ, duplicique motu moveri, dilatationis affectum erga cœleſtia, & conſtrictionis erga terrena. O Cœlum, ò Terra! Cœlum ad deſiderandum; Terra ad calcandum. Cœlum, patria filiorum Dei; Terra exilium delinquentium. Erga Cœlum extendatur cor meum in immenſum; erga Terram contrahatur in punctum.

Præterea materiale Cor noſtrum, aërem expellit, & aërem recipitur: aërem inſpirat, aërem reſpirat. Sic voluntas noſtra; ſpirituale Cor animæ, amorem expellit, & amorem reſumit: expellit exitialem ſuiipſius, & aſſumit vitalem Dei. Odium & Amor partiuntur cor meum: Odium meiipſius; & Amor tui, ô Deus meus: Nec poteſt admittere amorem mei, quin expellat amorem tui. Foras, foras omnis amor, qui amor Dei mei non ſit: foras Mundus & Caro: foras omne creatum: ſolum regnetur intus, quod increatum eſt.

O anima mea, ſit hæc tua occupatio: inſpira ſemper, & reſpira. Inſpira amorem Divinum, reſpira humanum, ut ſemper purum conſerves cor tuum, occupatum in ſolo Deo.

# CONSIDERATIO XXI.

## AMOR DEI,

### *Similis amori mundi.*

CONtentus eſt Auguſtinus ; ut amor noſter erga Deum ſit ſimilis illi , quem habent alij erga mundum. *Quales impetus habebas ad mundum , tales*, inquit, *habeas ad Artificem mundi*, in præfat. pſal. quanto ſtudio priùs curabas res mundi , tanto nunc intendas ſervitio Dei. Sed hæc eſt mera indulgentia Sanctorum , ac dicere volunt , ſaltem non minori ſtudio amandum eſſe Creatorem, quàm creaturas; & ea diligentia incumbendum obſequio Dei ; qua prius mundo incumbebatur.

Aliàs certè , quantum Creator excedit omnes creaturas , tanto major etiam eſſe deberet amor ſolius Dei, quàm omnium creaturarum. Quid enim eſt, obſecro, creatura comparata ſuo Creatori? quod una gutta ad fontem , atomus unus ad aërem , favilla una ad facem , unum granum arenæ ad terram : & uno verbo unum nihil ad omnia. Quia creatura de ſe nihil, Creator omnia ; omnium enim perfectionem complectitur.

Quod ſi ita eſt, ſcio, quid faciam. Colligam omnem amorem meum , per creaturas diſperſum , & eum in uno ſolo Creatore reponam ; & quamvis eas amem, non tamen amabo, niſi propter Deum, & eo modo, quo Deus vult ; ut ſemper amem Deum, vel in ſe , vel in ſuis creaturis.

# CONSIDERATIO XXII.

## AMOR DEI,

## *Amor Soli.*

SOli DEO debetur amor, quia *ſoli Deo honor & gloria.* Soli Deo debetur amor, quia *Nemo bonus, niſi ſolus Deus.* Soli Deo debetur amor, quia *Solus eſt.* Nam quidquid eſt, aut ipſe, aut ipſius eſt. O verbum amanti dulciſſimum, convenientiſſimum amato!

Quid eſt *Solus? non cum alio.* Tu es homo, ſed non ſolus es homo; quia ſunt alij præter te. Sol eſt unus, ſed non ſolus; quia licet non ſint, poſſunt tamen eſſe plures Soles. *Solus Deus, unus & ſolus:* eſt unus, non poteſt eſſe alius Deus. O infallibilis veritas! *Dominus Deus noſter, Deus unus eſt. Videte, quia ego ſum ſolus.* quaſi dicat; Cavete, ne perdatis Deum; quia non invenietis alium. Si inimicus vobis ſit Deus, non habebitis alium Deum amicum. Si Deus vos in infernum ableget, non eſt alius Deus, qui vos inde poſſit eripere. Si ergo unus & ſolus eſt Deus, etiam unus & ſolus eſt amor Dei.

Vis hieroglyphicum veri amantis? Pinge Cor, & in- ...elli *Soli.* Vis medium quo ſubito Sanctus evadas? Inſcribe in te, & in omnibus rebus vocem hanc *Soli*: in tuo Intellectu, *Soli*: in Memoria, *Soli*: in Voluntate *Soli*: in Affectibus, *Soli*: in Senſibus externis, *Soli*: in tua ... tuis facultatibus, tuo officio, *Soli*: Vis reformationem mundi, ut inde abſit omne peccatum? in omnibus inſcribe vocem hanc *Soli*: in Cœlo, *Soli*: in Terra, *Soli*: in Civitate, *Soli*: in palatiis, *Soli*: in omnibus hominibus, *Soli*: Conclude. *Sola Soli*: Habeo ſolam unam animam, ſoli Deo hanc dabo.

CON-

# CONSIDERATIO XXIII.

## AMOR DEI,

### *Vnitas cum DEO.*

AMori proprium eſt, facere unum cum ama
*Qui enim amat, amato identificatur*, ait A
Et *qui adhæret Deo*, per amorem, *unus ſpiritu*
1. *Cor.* 6. unitur in uno ſpiritu; & in una volu
cum Deo. Quis poteſt cogitare magnitudinem
jorem, quàm hæc ſit, imperrata à Chriſto cum
*Pater, volo, ut in nobis unum ſint, ſicut & nos*
*ſumus.* Sicut nos unum ſumus per eandem
ita mei fideles unum ſint mecum per eandem
tem: habeant mecum idem velle, eundem
idem gaudium.

Ad hanc unionem elevata anima ſic abſorbetur,
quodam modo non compareat inter mortales
quaſi impaſſibilis & immutabilis. *Abſcondes*
*ſcondito faciei tuæ, à conturbatione hominum,*
Non dixit Propheta, ut notat Auguſtinus,
eos in cœlo, in paradiſo tuo, in ſinu Abrahæ
omne vileſcit, quod DEus non eſt. Sed. abſc
abſcondito faciei ſuæ. Abſcondet te DEus
Eſſentiam in abyſſo ſuæ lucis, in oceano ſuæ p
dinis, in mari immenſo infinitæ ſuæ dulcedinis;
det te intra ſe; uniet te, & faciet te velut eandem
cum Divinitate ſua.

Et tunc eris liber *à conturbatione hominum;*
perſecutiones hominum tibi non creabunt
moleſtiam, nec turbatio-
nem.

CON

# CONSIDERATIO XXIV.

## AMOR DEI, *Mors beata.*

Quatuor ſunt gradus perfectæ, & violentæ charitatis: *Vulnerari, Ligari, Languere, Deficere.* Quia amor Dei vulnerat animam in affectu, ligat in intellectu, facit languere in actionibus, deficere in propria. Unde cum beata quadam morte, vivit ſolùm in illo: amando cogitando, ac deſiderando mori in Deo.

Examina teipſam, anima mea, & vide, an experiaris hos affectus in te. Sentis Deum in affectu? ſignum eſt quòd vulnerata ſis. Non cogitas aliud, quàm Deum? ſignum eſt quod ligata ſis. Inepta es agendum pro mundo, ac tantùm laboras pro Deo? ſignum eſt, quòd in ſtatu languentium. Deſideras exire de vinculis corporis, & præſens Deo conjungi? ſignum eſt, quòd in te ipſa ſis mortua, & vivas tantùm in Deo.

Hos affectus experiebatur Sponſa, cùm diceret: *Vulnerata charitate ego ſum: tenui eum, nec dimittam. Amore langueo: anima mea liquefacta eſt.* Et quilibet horum graduum eſt major altero. Primus Deo alligat affectum: ſed major eſt ſecundus, qui ligat etiam intellectu: & hoc major eſt tertius, qui etiam actione ligat: ultimus omnes excedit, qui facit animam deſiderare egredi à ſeipſa, & collocat in Deo. Precare itaque Deum tuum, anima mea, & dic ei;

*Vulnera me, liga me, fac me languere, & deficere in me, & vivere ſolùm in te.*

# CONSIDERATIO XXV.

## AMOR DEI,

### *Amor finis.*

DEUS eſt finis, quia DEUS eſt Principium, in agendo ſeipſum habet pro fine, faciens om propter ſuum amorem, & propter gloriam ſu Si ergo Deus eſt finis meus, Deus erit mea pax, quies, vita, perfectio, gaudium: finis genera mnium virium animæ, omnium paſſionum app omnium ſenſuum corporis: finis memoriæ, ut sim Dei: finis intellectus, ut cogitem Deum: affectuum, ut ordinem eos in Deum: finis num, ut dirigam eas in Deum. O DEUS meus ſolus es finis deſideriorum meorum, finis cogitatio finis amoris mei.

O finis ſine fine! quando hæc vita mea ſum attinget? quando veniet ad Deum ſuum? Deum! ô Deum finem! Non eſt Deus ſine nec finis ſinè Deo. Ultimus finis eſt Deus, eſt ultimus finis. *Quando veniam, & ap quando veniam, & requieſcam?* Veniam & eſcam; & non in alio, quàm in meo fine ultimo fine: fine, qui non ſignificat ſolam tionem motus, ac deſiderij; ſed poſſeſſionem pacis, fruitionis gaudij, æternitatis bonorum.

# CONSIDERATIO XXVI.

## AMOR DEI,

### *Petitio Animæ.*

*Unam petij à Domino, hanc requiram. Pſal.* 26. Gratia Divini amoris ſola ſufficit ad quietem cordis. Magnes movetur ſemper; at cùm reſpicit polum, ſtatim quieſcit. Sic anima noſtra inquieta circumibit turbata, famelica, vaga, per creaturas mundi: ſed ſi aſſequatur amorem Dei, en ibi ſubitò pax & quies: non aliud petit, non aliud deſiderat; ſed dicit: *Inveni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.* Cant. 3. Circumivi multum, atque diſcurri per varias regiones, ut invenirem meum amorem: inveni tandem: jam illum tenebo, ne diſcedat: ſentio magnam quietem, & pacem.

*Da mihi, Domine, ſentire per affectum, quod ſentio per intellectum. S. Aug.* O quàm longa eſt via cognitionis, & quàm compendioſa & brevis via amoris! Fac, Domine, ne celer intellectus præcurrat, ac lentè ſequatur piger affectus: quod teneo cognoſcendo, ſed etiam complectar amando. O Amor, ô ſancte Amor, Divine Amor, ubi es? ubi moraris? ubi habitas? Heu me miſerum! quis credat? Es exul à terra; mundus te non novit; non eſt ibi, qui te æſtimet.

O mundani, quantùm aberratis cæci à via? quid quæritis? quid petitis? quid deſideratis? Una eſt veſtra petitio, *Velle gaudere*: conſequi pacem, gaudium, conſolationem. Sed non videtis vos aberrare à via? non reperitur gaudium, quàm in Deo; Aperite oſtium cordis ſancto, & divino amori: & invenietis, quod vultis: & *gaudium veſtrum nemo tollet à vobis*: non habebit finem, ſed in æternum durabit.

# CONSIDERATIO XXVII.

## AMOR DEI,

### *Amor liberator.*

PRoprium eſt Amori Divino, cùm purus, & perfe eſt, liberare cor omni moleſtia, & dolore Cùm *hæſero tibi ex omni me, non erit ampliùs labor* ait *S. Auguſt.* 10. *Conf.* 28. Cùm totus ero Dei, perceptus ejus amore, quanta pace gaudebit cor liberum omni moleſtia ac dolore!

*Et viva erit anima mea, tota plena te.* Tunc verè dici poterit anima mea vivere, cùm tota fuerit vitâ ſuâ, qui es tu, Deus meus. Cor plenum Deo, eſt cor vivum per Deum; Divinâ. O vita, quæ ſola es vera vita: Beatus amat, ac te deſiderat; ſed beatior, qui te poſſidet!

*Ex omni me*: totis meis viribus, & quan ſum, in agendo & patiendo, non aliud volo ô Bonum meum, bonum, quod es omne Renuncio omni alteri bono: amplector bonum: in te me ſtringo, tibi me unio, in te O felix converſio, beata transformatio: ego & Deus in me: ego intra Deum, & Deus

*Deus & Ego*. Non eſt, ibi ampliùs mundus, pro non infernus, non cœlum, non alia creatura pro me. *Deus & Ego.*

CON-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XXVIII.

## AMOR DEI,

## *Sanitas Animæ.*

COrpus eſt *vivum* per animam; *Sanum* per uſum perfectum ſuarum virium, ad quem movetur ab anima: Sic anima eſt *viva* per Gratiam, & Amorem Dei; Sana & Sancta per uſum perfectum Gratiæ, & Virtutum. O mi Deus, Cor mei cordis, & ſpiritus mei ſpiritus fac, ut anima mea non tantùm ſit viva in te, ſed etiam ſana, & ſancta in tui amore.

Quod malum, quæ afflictio, quæ miſeria eſt, ſi vivat corpus, at ſemper infirmum, & ſine operatione? Talis eſt anima tepidi: vivit ſed non vitâ perfectâ; non operatur, non ſentit divina ſolatia, neque deſunt timores, ſtimuli remorſus, & ſcrupuli. Libera me Deus, à tali infirmitate. Malo citiùs mori, quàm imperfectè in te. Vivat in te cor meum, ſe vitâ ſanctâ & perfectâ; fugiat omne peccatum, non ſolùm grave, ſed etiam leve; nec ſolùm culpam, ſed omnem etiam umbram illius. Amem ſemper meum Amorem, & quidem amore perfecto.

Amo te, plus quàm me: neque me, ſinè te. Amo, & quidem amore vivo, conſtante, & forti: amo ſine alio amore; unus & ſolus eſt amor meus, ſicut unum, & ſolum eſt meum bonum, ſummum & infinitum Bonum.

# CONSIDERATIO XXIX.

## AMOR DEI,

### *Identitas cum DEO.*

EA vis eſt Amoris, ut, quantum poteſt amante[m]
ciat idipſum cum eo, quod amat. *Qui amat, am*[...]
*identificatur: quia amicus eſt alter ego*, ait Abu[...]
in Geneſ.1. ad Epiſt. Hieron. Tranſit enim in ama[...]
amari, quia amat ſicut ſeipſum. Quid ergo dicem[...]
Amore Dei? *Qui amat Deum Deo identificatur*[...]
quantum licet creato cum increato: *& Deus alter*
*ego, & ego alter Deus.*

Quis non amaret, ſi tale eſt meritum, & merces [...]
ris? Amando Deum, migro in Deum: & quanto [...]
creſcit amor, tanto penitior eſt unio, unio [...]
& participativa, quæ communicat nobis Eſſentiam [...]
perfectionem Dei. Poteritne aliud magnifacere C[hri]
ſtianus? poterit parvi ducere tantum bonum? [...]
bitur tantum theſaurum?

Sume exemplum B. Mariæ Oegnicæ, quæ in [...]
*cordis ſui, ignem caritatis, oleo miſericordiæ*, [...]
fovebat. Curabat cor ſuum, ut lampadem ac[...]
qua ſemper divinus amor arderet; & ne quando [...]
ma deficeret, quotidiè nutriebat eam oleo miſericor[diæ]
& caritatis proximi. Idem faciamus & nos; [...]
caritate ſemper propiùs accedemus & reperi[...]
intimam unionem; imò identitatem, a[c]
transformationem in
Deum.

# CONSIDERATIO XXX.

## AMOR DEI,

## *Correſpondentia cum DEO.*

Res eſt naturali rationi valde conformis, amare ſuum Conditorem, Benefactorem, & Conſervatorem. Et qualis eſt noſter Creator, & Conſervator? quis major Benefactor noſter, quàm Deus? quando amo Deum meum, amo eum qui me creavit, qui me conſervat, & quod majus eſt, qui me deſtinavit ad altiſſi-[illegible], ad beatum finem æternæ gloriæ.

Quis tantum amorem non amaret? quis non reſponderet tam munifico Largitori? Magna ratio eſt, ut omnis amor ſparſus, ac diviſus per creaturas, totus colligatur in ſolum Creatorem. Amo Deum meum, neque aliud volo quàm Deum. Solus Deus eſt amor meus: Solus, Deus, Spiritus meus, cor meum, anima mea.

*O Amor, qui ſemper ardes, & nunquam extingueris: veni in nos, & poſſide nos,* ait, S. Auguſt. Veni in nos, ignis cœleſtis: flamma divina illumina intellectum noſtrum in cognitione infinitorum, & immenſorum beneficiorum tuorum: inflamma affectum noſtrum [illegible] amore Bonitatis, ac liberalitatis tuæ: Separetur cor noſtrum ab omni eo, quod tu non es: & uniatur tibi ſoli, unione forti, unione inſolubili, & æternâ!

# CONSIDERATIO XXXI.

## AMOR DEI,

### *Cibus Animæ.*

AMor DEI, *cibus animæ dulciſſimus*, *&*
*habens in ſe ſuavitatem.* ait S. Bern. Cibus
ciſſimus, quia Dei dulciſſimi, qui eſt ipſa ſuavi
eſſentiam ſuam.

Sed hæc dulcedo in Deo ſuos gradus habet,
plus minuſve guſtatur. *Dulcis eſt in medi*
*dulcior in oratione*, *dulciſſimus in contemp*
*ſuperdulciſſimus in beatificatione.* O dulcedo
bilis! ô cibus vitæ æternæ! Regnet tua
ſuper omnes mundi oblectationes. *Vincat*
*in Domino, donec finiatur gaudium in ſeculo.*
*in Domino ſemper augeatur, donec compleatur:*
*dium in ſeculo ſemper minuatur, donec finiatur,*
S. Aug.

Hoc debet eſſe deſiderium Chriſtiani, ut quod
attingit, *ſemper augeatur, donec compleatur:*
*ſemper augeatur, donec compleatur:* dulcedo De
*augeatur, donec compleatur:* gloria Dei *ſemper*
*donec compleatur.* Sed quod ſpectat ad mu
*ſemper minuatur, donec finiatur.* Minuatur
erga mundum, & oblectatio in rebus mundan
donec omnino conſumatur,
& pereat.

CON

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XXXII.

## AMOR DEI,

### *Puritas cordis.*

…is ferrum purgat à rubigine, Amor Dei cor à labe …parum. Cor purum, cor amans; & tam purum, …am amans. Utinam cor meum eſſet plenum cœleſti …ore, ut totum vacuum inveniretur à culpa! *Fiat cor …m immaculatum, ut non confundar:* ac proinde to…m inflammetur igne cœleſti atque divino.

*…ad oſtium tuum, ſumme Pater familias, mendicus …; jube aperiri pulſanti.* Exaudi orationem ſervi tui. *Cor mundum crea in me, Deus,* & purificatum puriſ…ſimâ flammâ Divini Amoris. Cor meum, Deus …, eſt habitatio tua: convenit, ut ſit longè mun…iſſima pro te ſuperpuriſſimo. Puriſſimus eſt Amor …, quo amas teipſum: puriſſimus etiam ille amor, quo venis ad nos: ita puriſſimus pariter ſit amor meus erga te.

Deſidero te amare illa puritate amoris, qua Seraphini te amant: amare te divina puritate, qua tu, Deus amas teipſum: amare te amore tam puro, ut vellem aliud nihil eſſe, quàm amor, totus amor, totus amatus, totus amans tui.

# CONSIDERATIO XXXIII.

## AMOR DEI,

### *Oculus amoroſus.*

Quia Divinus Amor ſupponit unum trium luminum, Fidei, vel Intelligentiæ, vel Gloriæ; quæ differunt,

ſicut ſtellæ, Luna, & Sol: in hac vita non debemus con-
tenti eſſe lumine Fidei; ſed ulteriùs progredi ad lumen
Intelligentiæ, quod eſt donum Sapientiæ, donum Spiri-
tus Sancti, quo altiſſimè deguſtamus, ac penetramus
myſteria noſtræ Sanctæ Fidei.

Hæc Sapientia *eſt unio amoroſa cum Deo, & ipſius*
*in Deum transformatio: non quidem ſecundum ſubſtan-*
*tiam, ſed ſecundùm accidentia: ut ferrum candens, ut aer*
*illuminatus, ut materia formâ informata*, ait Gerſon.

Concede mihi, Domine, hanc divinam Sapientiam:
fac, Domine, ut oculus mei intellectûs, ſit ocu-
amoroſus: intellectus cum affectu, Fides cum Cari-
Sapientia cum divino Amore. *Cognoſcam te,*
*meus; cognoſcam, ut ſapiam: ſapiam, ut amem:*
*quieſcat anima mea, ut materia in forma, lapis in centro,*
*& qualibet res in fine.*

# CONSIDERATIO XXXIV.

## AMOR DEI,

### *Ars Divina.*

ARs *eſt artium, ars amoris*, ait Bernardus.
ſuperat & excedit omnem artem: quia
humana, ſed divina; quam non induſtria huma-
venit, ſed Bonitas & caritas Dei. O Divine
qui ab æterno te occupaſti ſemper in hac arte,
modum, quo me continuò in illa exerceam.

Quanti æſtimatur in mundo ars parandi
quàm multi eam ſectantur? quanto ſtudio in
cumbunt homines mundani? Et tamen haud
tur. Veræ divitiæ ſunt in amore divino: omne
totius mundi comparatum ad eas *æſtimabitur*
*arena exigua.*

Qui vult evadere inſignis in aliqua arte, debet
ſe exercere in ea, ſemper inſtrumenta habere in
Ita me gerere debeo in arte divini amoris; ut

[illegible] in amando. Aliarum occupationum quælibet tempus habet: nulla eſt continua; ſed aliam alia rumpit. Amor neſcit interruptionem. Ergo ſemper ſine ceſſatione, in omni loco ac tempore: & quando amaveris, ceſſa amare, ſed ceſſatio ſit amoris causâ, ceſſes propter amorem.

# CONSIDERATIO XXXV.

## AMOR DEI,

### *Refugium animæ.*

REmedium efficaciſſimum in omnibus ærumnis, & neceſſitatibus eſt, recurrere ad ſanctum Amorem. Hic, velut in loco ſuaviſſimo, abſcondit animam in ſanctuario ſacratiſſimo Divinitatis. *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ. Non dixit. Abſcondes eos in paradiſo, in ſinu Abrahæ: omne vileſcit, quod Deus non eſt,* ait S. Auguſtinus.

O digniſſima habitatio animæ, Divinitas, & facies Dei: Ibi anima vivit ſecura *conturbatione hominum*: ab omnibus malis, quæ ſolent eſſe moleſtiæ, & turbationes [illegible] hominibus. Sanctus Amor clavem habet hujus altiſſimæ turris Divinitatis: & apertâ januâ, animam introducit meam, quæ ibi non ſecurè tantùm & ſinè perturbatione quieſcit, ſed etiam feliciter ac beatè.

O divine Amor, potentiſſime defenſor, Sodalis fideliſſime: cœleſtem paradiſum *aperis, & claudis.* Non ſolùm deſidero, ut aperias; ſed ut etiam claudas: ut quando cor meum ſemel intraverit ad theſauros Divinitatis, nullâ ampliùs ex causâ inde recedat.

CON-

# CONSIDERATIO XXXVI.

## AMOR DEI,

### *Pactum cum DEO.*

AH! vellem ſemper amare; clamando, Ego *ego amo* : ſed non ſcio modum id agendi, Tam mihi permiſſum non eſt : ecce cor languet, ac de etiam lingua. Scio, quid faciam : concede Domine, ut agam tecum per ſigna, ſicut mutus, qu cogitationes explicat variis geſtibus. Similiter ego. Cogitatio, quam exprimere velim, eſt *quod amem.* Cupio hoc ſignificare per omnes corporis, per omnes actus animæ : volo, ut tum explicandi meum amorem, non ſit cor ſolum, lingua ſola; ſed omnis geſtus, omnis paſſus, actus animæ meæ, omnis modus corporis mei, cupio eſſe veluti pactum ſtabile, ſemperque firm duo corda, Dei & meum.

Atque hoc mihi ſufficit ; quia ſic potior ut ſemper amem ; dum omnia mea verba, om ſus mei, omnes cogitationes, motus, & affectus anhelitus in vigilia, & in ſomno, erunt amoris mei erga Deum, ac pro talibus a me Bonitatem Divinam, ut pro talibus recipiat. mihi vita beata.

Fac, ô Deus, ut hoc pactum noſtrum ſemper latum permaneat : equidem pro mea parte, unquam in contrarium egero ( quod ſpero, nunquam futurum ) volo id, pro non facto vel potius pro tali actu, quo non revocet pactum hoc noſtrum, ſed confirmetur.

# CONSIDERATIO XXXVII.

## AMOR DEI,

## *Requies in laboribus.*

QUalis erit amaritudo, quæ amore dulcis non fiat? Quod onus tam grave, ut non levetur amando? Quis invenire cor tam afflictum & gravatum, ut in amore quietem non ſentiat? *Qui amat, non laborat,* ait Auguſtinus. *Verus amor nomen difficultatis erubeſcit:* pudet eum oſtendere difficultatem in rebus, ad gloriam dilecti ſpectantibus.

*Quia verus amor non ſentit amaritudinem, ſed dulcedinem. Soror amoris dulcedo, Soror odij amaritudo.* En [illegible], cur verus amor, qualis eſt Sanctus Amor Dei, non ſentiat amaritudinem; quia ſemper comitatur eum dulcedo; quæ longiſſimè ſuperat omnem amaritudinem corporis.

Qui vult ergo laborare ſine labore, amet, & videbit mirandos effectus amoris. De S. Ignatio Lojola [illegible], quod in omni moleſtia, ærumna, & perſecutione, quas habuit continuas, *in una Dei recordatione & quaſi amplexu, per ſummam delectationem* [illegible]. Quam primum enim recurrebat ad Deum, velut infans in gremio matris, uno velut impetu amoris ſe conjiciebat in brachia Dei, ſentiebat in anima ſua magnam pacem, & cum pace gaudium, ac cœleſtem conſolationem.

CON-

# CONSIDERATIO XXXVIII.

## AMOR DEI,

## *Amor noſtri ipſorum.*

QUis crederet, amorem proprium fœderatum
cum amore Divino; & eum qui amat Deum,
re ſeipſum; & qui non amat Deum, etiam non
ſeipſum? Audi hoc ab Auguſtino: *Qui ſeipſum,*
*& non Deum amat, non ſe amat: & qui non ſe,*
*amat ſeipſum amat.* Rationem adjungit; qui
non amat Deum non amat propriam vitam
quam creatus eſt: Vitam divinam, quæ in
& amore Dei conſiſtit: ac proinde non ama
Ergo qui non amat Deum, non amat ſeipſum
amat ſeipſum, amando propriam vitam, qu
eſt, amat etiam Deum. *Moritur ergo anima*
*vivit, amando Deum.*

Vellem hoc intelligerent amatores mundi,
cogitant amare ſeipſos, falluntur. Non
Deum, non amatis vos ipſos. Amate Deum,
amabitis.

Ego itaque amo te, Deum meum; &
ſolum, ſine me: quia amando te, amo me,
tuo amorem meiipſius invenio. Qui ama
quantumlibet ſolum, amat in eo & partem
tantum partem amat, hic non amat totum.
do Deum meum, amo me, & omnes creaturas
Sed ſi me amo extra Deum, non amo neque me,
Deum. Amo, & amo ſolum; quia in uno
invenio omnem alium amorem, & in uno
Bono omne aliud
bonum.

CON

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XXXIX.

## AMOR DEI,

### *Æmulus Amoris.*

AMor noſter æmulus eſt Amoris Divini, qui regnat in corde Dei. O Amor, partus Amoris, creatus increati! Similem exhibere te debes cauſæ tuæ. Amor in Deo ſimul eſt cum ſumma æſtimatione & ardore. Æſtimo, ſuſpicio, & extollo, ſummo affectu & ardore Bonitatem infinitam, & pulchritudinem æternam Dei.

O Amor, diſce amare à ſummo Amore. *Ama, & ama totus*: ita Deus amat: amat, ac totus amat. *Ama, & ama ſemper*: ſic eſt & Amor Dei, amor ſempiternus, ſine interruptione. *Ama, & ama fideliter*, ſine fuco, & quæſtu: talis eſt amor Dei qui bonorum noſtrorum non eget. *Ama, & ama non ut homo, ſubjectus terrenis & humanis affectibus; ſed ut Angelus, ima ut ſeraphim*, ut purus quidam ſpiritus, ſine corpore, & affectu.

Neque hoc ſufficit Christo, Magiſtro noſtro, qui ait, *Eſtote perfecti, ſicut Pater noſter cœleſtis.* Igitut *ama, & ama, ut Deus.* Hæc eſt regula amandi, hæc eſt forma amandi, propoſita Chriſtiano: *amate, ut DEVS; exultare, ut DEVS, vivere, ut DEVS. Abſorbeatur humanum in divino: abſcedat vanitas, accedat divinitas, & totus fiam divinus*, ait S. Bonaventura.

CON-

# CONSIDERATIO XL.

## AMOR DEI,

## *Aqua ſaliens.*

CAritas per ſeipſam , vel per Gratiam à ſe c[illegible] ctam, eſt *fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Semper ſalit in altum, in cœlum, in æternitatem; ſicut materialis aqua tantum aſcendit, quantum de[illegible] derat; quia ſcandendo ſe jungit primo fonti & orig[illegible] ita aqua Gratiæ, & Caritatis, quæ à Deo deſcendit in [illegible] mam, ab anima, vel potius cum anima ruſum a[illegible] ad Deum.

O mira vis gratiæ cœleſtis! Corda gravia, [illegible] rata pondere corporis hujus mortalis elevat, & [illegible] in altum. Et hoc ſignum eſt Gratiæ præſentis, [illegible] tias in te internos impulſus, & efficaces motus, [illegible] in altum leveris: quia eſt fons ſalientis, id eſt, [illegible] ſalire in vitam æternam: eſt aqua, quæ aſcende[illegible] vires etiam vaſi, in quo eſt, ut ſimul aſcendat.

*Ad cœlum , ad cœlum , ad Deum aſcendamus,* [illegible] *Deum volemus,* ajebatur S. Franciſcus. In hoc [illegible] in hoc beato volatu conſiſtit quies animæ. *Vola[illegible]* *requieſcam.* Simul ſunt volare , & requieſce[illegible] mihi, Domine, alas Sancti Amoris. Dentur [illegible] ut volet anima mea ad locum ſuum: Alæ contem[illegible] tionis, & amoris: quibus evolet anima in locum [illegible] qui es tu, Deus meus: *ad locum pacis,* [illegible] *quietis, & felicitatis æternæ.*

S. Bern.

# CONSIDERATIO XLI.

## AMOR DEI,

### *Flamma amoroſa.*

Lumen Sanctæ Fidei accenditur flammam Sancti Amoris: quia ſacrum hoc lumen oſtendit in Deo [illegible]tatem infinitam, quæ trahit; Pulchritudinem æter[illegible], quæ accendit. Si vis ergo te accendere in amore [illegible], *ama, & ama in lumine.* Præcedat lux, ut flamma [illegible]: aperi oculos Fidei, & vide quàm pulcher, [illegible] dulcis, quàm ſuavis eſt Deus tuus.

Perge ulterius cum Spe, ſperando videre, quod cre[illegible]. Ah quàm cognitio per fidem eſt cognitio imper[illegible]! non ſatiat cupiditatem amantis. Spera igitur vi[illegible] in unione beatifica videre facie revelatâ, quam cre[illegible] Bonitatem Dei immenſam: & ità credendo, ac ſpe[illegible], pervenies tandem ad amorem, ut ames, quod [illegible] & ſperas; deſiderans uniri cum ipſo unione indiſ[illegible], unione intellectus & affectus, & poſt mortem, [illegible] præſentiæ: credendo, ſperando, amando.

Non amatur, quod non videtur, neque cognoſcitur: [illegible] videtur, quando clauſi ſunt oculi. Aperi ergo ocu[illegible] tantæ Fidei. Experientia docet, quod ſi videas, [illegible]: & ſi non ames, eſt ſignum, quod non videas. *[illegible], Domine, ut te diligam: videam te lumen oculo[illegible] meorum: diligam te, vitam animæ meæ.* S. Auguſt. [illegible] cap. 1. O videre, ô amare! ô lux, ô flamma, [illegible] oculus, ô Cor, ô Fides, ô Amor! ô Fides amans, [illegible] Amor credens! ô Gratia, ô neceſſaria unio fideī & amoris! credere amando, & amare credendo: credere, ut ames; & amare, ut ampliùs creſcas in fide!

# CONSIDERATIO XLII.

## AMOR DEI,

### *Aqua ſitim reſtinguens, & accedens.*

*QVi biberit ex hac aqua, non ſitiet in æternum.* Am[illegible] Gratiæ, vel Amoris Dei, eſt ejus naturæ, ut [illegible] in quo eſt, efficiat liberum à deſiderio, & amore [illegible] turarum. Quia ſicut unus gradus Gratiæ, & Am[illegible] Dei, dignitate & perfectione ſuperat omne, quod [illegible] chrum & bonum eſt in tota Natura; ita qui eſt in Gra[illegible] non poteſt inordinatè appetere aliud bonum ſe [illegible] naturale & creatum.

Sed eadem Gratia, quæ extinguit ſitim, ac deſider[illegible] rerum creatarum, accendit ſitim ac deſiderium Cr[illegible] ris! Qui guſtant res divinas, quanto plus haben[illegible] plus deſiderant. *Qui bibunt, adhuc ſitient.* Eccl[illegible] *bentes Deum per gratiam, cupient habere ipſum per* [illegible] ait Liranus, ut quem amant ex cognitione obſcu[illegible] Fidem, perfectè ament ex viſione clara in gloria. [illegible] iſti effectus Gratiæ, *Reſtinguere, & Accendere,* [illegible] contrarij, ſed neceſſariò connexi: quia cum deſider[illegible] Dei accenditur, neceſſe eſt extingui deſiderium [illegible] rarum; quandoquidem omne bonum, quod in illis [illegible] perfectione in infinitum majore continetur in Deo[illegible]

Ideo qui Deum habet, is habet omnia, nec [illegible] ampliùs quidquam deſiderare. Hinc dicit, *Deum* [illegible] *& omnia: in Deo omnia, & extra Deum nihil.* [illegible] dero te, Deus meus, qui es totus deſiderabilis, & [illegible] deſiderabile. Amo te, Deus meus, qui es totus ama[illegible] & omne amabile. Habendo te, habeo totum [illegible] & amittendo te, totum tecum amitto.

# CONSIDERATIO XLIII.

## AMOR DEI;

## *Eſt omnia.*

Auguſtinus de mortuo quodam ſuo amico dicebat; quod fuerit *dimidium animæ ſuæ* Et ideo *timebat vitam, ne dimidius viveret, & timebat mori, ne ille totus moreretur.* Si euſque pervenit amicitia humana; quid faciet? Si tantum poteſt unus homo in corde alterius hominis, quid Deus poterit in corde noſtro, cum ſe totum Sancto Amori dediderit?

Dicebat hoc S. Apoſtolus, totus per amorem transformatus in Chriſtum. *Vivo autem, jam non ego: vivit verò in me Chriſtus.* Chriſtus eſt mea vita, non pars mei, ſed totum. O vis amoris divini! tollit me mihi, ſubinde me: is qui vivit, non ſum ego, ſed Chriſtus: quia totum meum cogitare, & velle, non eſt aliud, quàm cogitare Chriſtum meum, & ipſum amare. Unde ſine Chriſto non poſſum dicere, *dimidius ſum*; ſed ſimpliciter, *nihil ſum.* Sicut Apoſtolus dicit; *Si caritatem non habuero, nihil ſum.* Si tum ſine amore Chriſti, ſum ſine proprio eſſe: quia meum eſſe ſupernaturale, & Spirituale vivere animæ meæ ſic dependet ab amore Chriſti, ſicut naturale eſſe, & corporale vivere pendet ab unione animæ.

Vivere hominis non eſt aliud, quàm uniri animam corpori. Sic vita animæ meæ eſt uniri per Amorem Chriſto. O DEUS meus, totum eſſe meum, omnia bona mea! Vivam ſemper in te, & per te, ne moriar, & in nihilum vertar in me.

# LIBER III.

## CONSIDERATIO I.

### AMOR DEI,

### *Gaudium DEI.*

GAudium, effectus divini Amoris, *quædam ſuavitas de bono divino dùm ſe.* Eſt vitalis quædam dulcedo, quam ſentit cor amans, de divino in ſeipſa. Omnis res, ut habet priam bonitatem, ſic etiam habet prium ſaporem. Sed ô qualis erit ſapor infinitæ tatis Dei? Infinitus certè, & generans infinitam vitatem in eo, qui cum Amore deguſtat. O quæ ſola paradiſum inebrias! O ſuavitas, facis omnem animam, quæ amoroſè teguſtat! nitas, tu ſola es pelagus, & fons omnis dulcedinis eſt delectatio, niſi in te, & per te.

Veniant huc mundani, & dicant, quem ſaporem beant in bonis terrenis abſque Deo. Amarum ſed opertum fictâ & apparente dulcedine. qualiſcunque ſit ea dulcedo, eſt exigua ſtilla & infiniti Oceani ſuavitatis divinæ. Cur ergo gutta dimittitis fontem? Sed parùm hoc eſt; tula talis eſt, ut vos ad amaritudinem æternam cat. Aperite igitur oculos, erigite mentem ſaporem æternorum bonorum: amate æternam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ipſo ſuavitatem Dei : & invenietis illam ſolam eſſe [illegible]tatem dignam amore ; verum ſaporem , qui ob-[illegible], ac ſatiet cor noſtrum ; veram pacem, quæ men-[illegible] noſtram quietet ac pacet.

O Divinitas Domini mei ! tua Infinitudo, tua Im-[illegible]ſitas, tua Æternitas, tua divina Pulchritudo, ac [illegible]cedo ſic abſorbeat cor meum, ut mortuum ſibi ipſi, [illegible] ſoli vivat.

# CONSIDERATIO II.

## AMOR DEI,

### *Impotens ad malum.*

PRimus gradus Caritatis eſt , *languere utiliter* , & [illegible] efficere animam languidam, infirmam, & impoten-[illegible] ad peccandum. *Anima cùm primò amare incipit, [illegible] peccato languеſcit* , ait S. Thomas. Hic eſt primus [illegible] quem ſcandit anima in Scala Sancti Amoris, [illegible] & fugere, & inhabilem fieri ad peccandum. In-[illegible] hæc non eſt ad mortem, ſed ad mortem mortis, [illegible] peccati.

O quis mihi det ſic languere & infirmari in omnibus [illegible] corporis , in omnibus facultatibus animæ ! ut [illegible] languеam in intellectu, ne ampliùs cogitem , quod non [illegible] : langueam in voluntate , ne amem ullam [illegible] inordinato affectu. Langueant oculi, ut ad [illegible] curioſitatem cæcutiant : langueat lingua , ne [illegible] aliquid inconveniens. Ac denique totus ſim [illegible]guidus, & ſemper languidus ad peccatum, ad diabo-[illegible], & ad carnem.

Langueo, Domine, langueo, neque curo ſanari ab [illegible] infirmitate. *Gloriabor in infirmitatibus meis* : in [illegible] omnis gloria, & omne gaudium meum. Quia [illegible] *in infirmitate perficitur* , & majus gratiæ robur [illegible], & magis aſſecuratur ſpes Gloriæ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO III.

## AMOR DEI,

### *Potens ad bonum.*

SEcundus gradus Amoris *facit quærere inceſ*... bonum amatum. *Quæram, & inceſſanter quæ*... donec inveniam Dilectum meum. Quæram... Amorem, 1. ubi quæſivit, & invenit eum Sanct... ſua? in profunda cognitione meiipſius. 2. ubi quæ... & invenit eum Magdalena? ad Sacros pedes C... plorando ex dolore de peccatis. 3. ubi quæſier... invenerunt eum Sancti Martyres, & Confeſſ... ligno Sanctæ Crucis, in doloribus corporis, &... cordis.

Ecce languoris effectum: quanto debilior ad m... tanto robuſtior ad bonum: languidus ad m... validus ad vitam. Aſpice Sanctos Martyres... firmos ad malum, ut viderentur non poſſe... quam fortes, & conſtantes fuerint ad omn... heroicarum virtutum.

O Sancte, ac divine Amor: hæc ſunt opera... effectus tuæ virtutis. Das eodem tempore langu... & fervorem: languorem erga terram, fervo... cœlum. *Langueat & ferveat cor meum: langu... ferveat caro mea*: ut non ſolâ animâ, ſed... corpore me diſtineam in Sancto obſequio divini Amoris.

CON

# CONSIDERATIO IV.

## AMOR DEI,

### *Indefeſſe laborans.*

TErtius gradus Amoris Divini, *facit operari indefeſſenter.* Quia verus amor nunquam eſt otioſus. *Operatur magna, ſi eſt: ſi operari renuit, amor non eſt,* ait S. Gregorius. Imò in hoc gradu Amor non operatur parum, ſed *operatur magna, & reputat parva: operatur multa, & reputat pauca: operatur diu, & reputat brevia,* ait S. Thomas.

Neque hoc eſt mirum: quia Caritas dilatat affectum, & magnum cor facit. Solus Deus eſt major eo, qui vivit in caritate. *Nihil majus eſt animo habente caritatem, præter eum, qui dedit caritatem.* S. Auguſtinus.

O Caritas, ò Amor, dilata cor meum, ad operandum ſemper, ſine ceſſatione, quidquid requirit beneplacitum tuum, gloria tua. Heu me miſerum! Si parum laboro, ſignum eſt, quòd parum te amem. Vellem multo magis, & ſine fine amare. Da mihi vires, ut plus & ſine fine laborem.

# CONSIDERATIO V.

## AMOR DEI,

### *Patientia invicta.*

QUartus gradus Sancti Amoris *facit ſuſtinere infatigabiliter, magna operatur, & magna ſuſtinet.* Non contentus eſt facere magna, ſed etiam pati vult terribilia, quin adeò mortem. *Caritas patiens eſt,* delectatur

ac gloriatur perpeſſione: deſiderat pati, & mori, ut gratior fiat dilecto. Magnum ſignum veri amoris continuò pati; & in eo moritur unus amor, & alter Moritur amor proprius, vivit amor Dei.

O beata mors amoris proprij, felix vita Sancti amoris. En meum corpus, promptum ad omnes dolores idem gladius, qui perimit unam vitam, reſuſcitat alteram: idem fertum, quod conſtringit in uno carcere, liberè facit ſpatiari per campos cœli: idem tormentum quod cruciat, me conſolatur.

Amor crucians, amor regnans, mortificas, & vivificas. Totum amorem proprium ſacrifico in tui amore amor tui eſt amor meiipſius: Sum ſine amore, & corde, ut amem tuo amore, ut vivam tuo corde. O ratio feliciſſima, ſors beatiſſima! dare amorem proprium, vivere ſine amore mundano, ut vivam ſemper amore divino.

# CONSIDERATIO VI.

## AMOR DEI,

### *Amor impatiens.*

IN quinto gradu Amor Dei *facit appetere impatienter.* Infundit cordi magnum, & quodammodo impatiens deſiderium potiendi, ac gaudendi ſummo Bono *quo impatientiùs* deſiderat præſentiam Dei, bilius ſuffert mala vitæ præſentis. O impatientia Amoris patientiſſimi! impatientia, quæ generat ducit patientiam. Beatus, qui eſt impatiens verſus cœlum, quia erit patiens in terra.

*Da mihi liberos, alioquin moriar,* dicebat Rachel, quæ ex impatienti deſiderio liberorum, malebat mori, quàm prole carere. *Malens non eſſe, quàm non quod appetit, eſſe. Cum quanta ergo vehementia, & impatientia, tibi eſt appetendum, quo dato, non morieris, sed vives in æternum?* ait S. Thomas.

T

a mihi tale deſiderium , Domine : deſiderium ar-
deſiderium vehemens, deſiderium impatiens æter-
s, cœli, Dei, Domini JESU, MARIÆ Sanctorum,
ngelorum : ut cum ſumma patientia paucos iſtos
itæ, qui adhuc ſuperſunt, ego tranſigam in adim-
one tui divini beneplaciti in omnibus rebus.

# CONSIDERATIO VII.

## AMOR DEI.

### *Amor velox.*

Nſexto gradu Sanctus & Divinus Amor *facit curre-
re velociter*: alas addit cordi amanti, ut currat, ac
s prætergrediens omnes creaturas, neque pedem
gens in illis. Amor ardens, amor anhelans in curſum,
me velox: *ut qui amat ardentiùs, currat velociùs,*
omnia transgrediens, omnia vilipendens, in uno ſolo
mmo Bono ſuam cogitationem, deſiderium & affectũ
ponens.

*Quemadmodum cervus deſiderat ad fontes aquarum,
a anima mea ad te, Deus.* O fons perennis æterna-
m dulcedinum, quando erit, ut ego ad te perveniam?
ando reſtinguam ardentem ſitim in aquis tuis? quan-
erit anima mea, *nullâ interveniente creaturâ, ſolo bea-
o Deo?* quando orietur dies illa ſine occaſu, lux illa ſinè
entis, pax illa ſine turbatione, felicitas illa ſine omni
ſeria? O beata illa anima!

*Cum pertranſiſſem, inveni, quem diligit anima mea.*
veni meum Amorem ſed quando? *Cùm pertran-
ſſem*, quando me dedi curſui, ac velociter cucurri,
anſivi ac præterivi omnia creata, *ab imo deorſum,
uſque ad ſummum ſurſum*: ab infimo uſque ad
ſummum. *Amabo igitur ardentiùs,
ut curram velociùs* in
via Dei.

# CONSIDERATIO VIII.

## AMOR DEI,

### *Amor audax.*

SEptimus gradus Sancti Amoris *facit audere*
*menter*: facit audacem, & magnanimum eum
eſt. Sperat & audet grandia: non acquieſcit
dilecti, *aſpirat ad oſculum*, ad ſacri ac divini b
*In hac vita ſperare, multorum; audere,*
*ſecuritas pauciſſimorum*, qui curent ſalutem
timore.

O cœleſtis audacia, quæ facis cor noſtrum
& magnanimum, ut contemnat modica,
tentum mediocribus, anhelet ſemper ad ſumm
Vide magnanimitatem Apoſtolorum: *Audem*
quit, *magis peregrinari à corpore & preſentes eſſe*
*num*, deſerere corpus, ut præſentes, facie
uniamur cum Deo. Spiritum generoſum! a
vitam futuram, ſpernit præſentem: deſiderat
vinam, & humanæ rationem exiguam habet.

O Sancta peregrinatio, peregrinari à mund
grinari à noſtris inimicis, peregrinari à pericu
ærumnis mundi: & hoc non longo itinere,
paſſu, qui fit in morte; quando anima,
temporis, uno brevi anhelitu complet ſuam
tionem, & ingreditur patriam, ut gaudeat De
& Reginâ ſuâ Mariâ. Amo, Domine, amo, &
eligo peregrinari, eligo præſentari: p
eſſe à corpore, & Deo me
ſiſtere.

# CONSIDERATIO IX.

## AMOR DEI,

### *Strictus notus cum DEO.*

IN octavo gradu Sanctus ac divinus Amor *facit ſtringere indiſſolubiliùs*, aſtringit animam Deo nodo, & vinculo indiſſolubili. Iſte gradus eſt perfectior omnibus præcedentibus; quia illi ſunt cum diſtantia Dei, ſed iſte eſt cum unione. *Languens diſtat, quærens diſtat, currens diſtat, & ſic de aliis. Sed qui ſtringit tenet: qui tenet, tangit: qui tangit, non diſtat.* In gradibus præcedentibus *anima amat, & amatur: quærit, & quæritur: vocat, & vocatur.* Sed in iſto gradu *anima rapit, & rapitur: tenet, & tenetur, ſtringit, & ſtringitur: & una uni per amoris copulam ſociatur.* S. Thomas Opuſc. citato.

Sed animadvertendum eſt, quod in iſto gradu ſunt aliqui, *ſicut hoſpites tranſitorij: eunt, & redeunt: ſtringunt, & poſtea dimittunt.* Alij verò ſunt, *ut incolæ, & manſionarij: tenent illum, nec dimittunt:* ita fortiter aſtringuntur Deo, ut nulla ex cauſa eum dimittant, ſed dicant cum Apoſtolo; *Quis me ſeparabit à caritate Chriſti?* nulla creatura. *Nullus ſeparat à fonte pollicendo* [illegible].

Amore, Domine, unione indiſſolubili: ſtringo, teneo, tango; & tenendo fortiter, nunquam dimittam.

CON-

# CONSIDERATIO X.

## AMOR DEI,

### *Amor ſuaviſſimus.*

IN nono gradu *facit amor ardere ſuaviter.* Sicut in calore ſunt tres differentiæ, *Calidum, ferv*... *& ardens: calor, fervor, & ardor:* ita in amore ſummus gradus amoris eſt in ardore: qui gradus eſt tenſiſſimus, & ſimul ſuaviſſimus. Quia qui ... in hoc gradu, *ardet maximè utiliter, & minimè* ...*ter, & ideo ſuaviter:* magno cum fructu, ſine mo... multa cum ſuavitate.

Sed tales ſunt valde pauci. *Invenies,* ait S. Grego... *inter contemplativos calentes, & ferventes: ſed* ... *ardentes, qui ſedentes in Ieruſalem, ignem* ... *excipiunt;* hoc eſt, mente habitantes in cœlo, ... amore divino. O Seraphini cœleſtes, calentes, fer... & ardentes: (nam ſeraphicum eſt calidum, ferv... ardens) temperate, extinguite, perimite ... cordis veſtro ſummo ardore. O ſi arderet ... quàm ſuaviter amaret!

O amor, ô ardor ſuavitatis, ſine labore, ſine ... Sed *neque hoc mirum, ſi exul à corpore, dolores* ... *corporis,* inquit Bernardus. Si anima cogitatio... ſit in corpore, ſed alibi, in vulneribus Chriſti, ... Sanctorum, non ſentit moleſtias corporis. *No... facit ſtupor, ſed amor. Submittitur enim ſen... non amittitur. Non deeſt dolor, ſed ſuperatur, ſed contemnitur.*

# CONSIDERATIO XI.

## AMOR DEI,

## *Similitudo DEI totalis.*

IN decimo & ultimo gradu *facit amor aſſimilari totaliter.* Hoc eſt officium Sancti Amoris, aſſimilare imaginem exemplari, animam Deo, ſecundùm capacitatem uniuſcujusque. Summus gradus iſtius ſimilitudinis eſt in ſanctiſſima anima Chriſti, per unionem perſonalem Verbi: in aliis creaturis, *per acceſſum ad ipſum*, unaquælibet Chriſto vicinior eſt.

Sed inter Chriſtum, & alias creaturas *medium intercedit, perſona ſcilicet glorioſiſſimæ Virginis, quæ in cognoſcendo ac diligendo, omnium quidem creatarum perſonarum eminentiam ineſtimabiliter exceſſit.* Et ſi de Angelo dicitur, quòd ſit *Speculum clarum, clariſſimum, immaculatum, incoinquinatum, incontaminatum*, quid dicemus de illorum Regina? In hoc ſpeculo, poſt illud Chriſti, contuentur omnes Angeli, & ſancti Dei vident quanta ſuorum gratia, & gloria.

Veneror te Imago beatiſſima, quæ tantum repræſentas in te, de lucis æternæ immenſis ſplendoribus: Speculum amoroſum, infiniti Amoris diviniſſimus partus: impetra nobis hunc ſanctum Amorem, ut ſemper in eo vivamus, & in eo moriamur, ad gloriam tuam, & ſanctiſſimi Filij tui, Amen.

CON-

# CONSIDERATIO XII.

## AMOR DEI,

### *Amor inſuperabilis.*

QUid mirum eſt, ô Amor, ſi ſis inſuperabilis & in-
vincibilis, cùm ſis Amor Dei, qui ſuperari, & vinci
non poteſt? Proprium eſt hoc divini Amoris, ...
commune cum altero amore, qualiscunque ſit, ...
rarum. Sicut unum bonum ſuperat alterum bonum,
ſic amor amorem. O Amor, tu accipis robur ...
objecto, es inſuperabilis in Deo, es invictus in Deo, ...
omnipotens in Deo. Mane in Deo, ſtabilire in ſe, ...
vive in Deo: & eris formidabilis mundo, terribilis in-
ferno, admirabilis toti Univerſo.

Canta canticum Amoris, anima Deo dilecta: gratias
age tuo Benefactori, quia tuum amorem ad...
Sed ô tu amor meus, qualis es in Deo? quantum ...
à Deo? Amo, & amabo Deum meum, & aliud ...
volo, quàm Deum. Sed qualis eſt mea confuſio, ...
conſidero, quoties Deum meum dimiſerim? Quid
dimiſi? quid acquiſivi? quis me decepit? *Peccatum
meum contra me eſt ſemper.* Ego ſolus ſum culpa...
ego ſolus peccavi, ego ſolus cæcus ad tantum ...
ſurdus ad tot clamores, ingratus pro tot bene-
ficiis.

Quid retribuam Domino? amorem pro amore,
amorem pro culpis, amorem pro offenſis. Volo,
Deus meus, tantum amare te, quantum offendi,
& ampliùs, & ſemper ampliùs amare te
intenſè, amare te æter-
num.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XIII.

## AMOR DEI,

### *Amor inſeparabilis.*

...N cauſam, cur Amor Dei dicatur *inſeparabilis*; quia ...licet eſt inſuperabilis, eſt amor conjunctus DEO, ...intimus, amor penetrans, & *unitivus duplici glu... cognitionis & amoris.* O quis mihi det, ut iſtud ...meum uniatur cordi Dei funibus, catenis, & clavis, ...nullo tempore, nulla ex cauſa poſſit ab eo ſeparari; ...conjunctio amoris fiat cor unum, unus ſpiritus, ...voluntas!

O me felicem, ô me beatum, ſi ſemper ſim unitus ...eo, ſemper unitus vitæ! Petis iſtam converſio... anima mea? non ſeparetur cognitio, non ſeparetur ...tio. Conſidera tuum Bonum, dilige tuum Bonum: ...ſidera Deum tuum, dilige Deum tuum: oculus ſit ...tus Vero, affectus Bono.

*...gnoſcam te ſumma Veritas: amem te, ſumma Bonitas: ...biliter tecum uniar, ſumma æternitas.*

# CONSIDERATIO XIV.

## AMOR DEI,

### *Amor infatigabilis.*

...i amor eſt, *labor non eſt, ſed ſapor eſt*, ait Ber...nardus. Amor vincit omnem laborem, & talis eſt ...dulcedo, ut fatigationem non ſentiat. Labores mi... ..., & enervant vires corporis; ſed Amor reficit, & au-

& auget vires animæ. *Cùm infirmor, potens ſum,* di-
cebat Apoſtolus. Cùm debilitatur cato ſub pon-
laborum, ſpiritus accipit robur à virtute amoris. Et
verus Amor, Sanctus ac divinus Amor facit
ſum quodammodo corpus ad labores corporales,
to magis vegetus erit ſpiritus ad ſpirituales? qua-
in amando?

Vellem totus cor eſſe, ut poſſem totus amare:
lem, ut cor meum, quemadmodum ſemper mo-
ut vitam det corpori, ſic etiam ſemper amaret,
ferat ac ſervet vitam animæ.

Sol non ſentit fatigationem dum lucet: neque
dum calefacit. Talis eſt anima, libera paſſionibus
renititur amori, ſed facilis ac dulcis eſt ei, & qua-
ralis. Labor eſt non amare: fatigatio eſt otium
quies, ac paradiſi ſomnus amare, ſemper, ſine
intermiſſione amare.

# CONSIDERATIO XV.

## AMOR DEI,

### *Amor invariabilis.*

NOn variatur Amor, quia non mutatur ob-
verus amator ſemper habet præſens ſummum
num, quod amat. *Amor enim vehemens,* ait Aug-
*non poteſt non videre quem amat.* Nam utitur
*pro ſpeculis,* Deum ſuum repræſentantibus.
*Sanctus in ſapientia manet, ſicut Sol: Stultus,*
*mutatur. Eccl 27.* & qui perfectè amat Deum
ſemper eſt immutatus & fixus, ut Sol in ſua luce
tor mundi ſemper mutatur, ut luna in ſuo ſplendore.

Quid cogitari dignius, vel utilius poteſt,
ſubjectum eſſe inconſtantiæ mundi, & viciſſitudini
turarum: inter res mutabiles non mutari:
eodem ſtatu conſiſtere, conſtantem in cogitatio-

ſtantem in affectibus: perſeverare ſemper in uno ſolo ſiderio Amoris Divini, & æternæ gloriæ?

*Cor humanum, in deſiderio æternitatis non fixum, ſtabile eſſe non poteſt* ait S. *Auguſtinus.* Vis eſſe ſtabilis? Firma deſiderium tuum, ne deſideres, quidquid venit in mentem; totum deſiderium tuum ſit Deus ſolus. Dic cum Propheta, *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum!*

# CONSIDERATIO XVI.

## AMOR DEI,

### *Amor inſatiabilis.*

Qui fame uteretur pro cibo, quo plus manducaret, eo magis eſuriret. Talis eſt Amor Dei, *ſimul cibus & fames animæ,* ait Bernardinus. Cibus, quia nutrit: fames, quia facit orexin. *Qui edunt me, eſurient.* Eccl. 24. Ita quidem eſurient, ut in hac vita ſatiari non poſſint, ſed primum in altera.

Si ratio hujus quæratur, in promptu eſt. Nam objectum amoris eſt Deus, in infinitum ſemper magis amabilis. Nunquam ergo ſatiatur amor amando, deſiderat ſemper magis amare; quia videt ſuum dilectum ſemper magis amabilem. Et quid eſſet ſtilla noſtri amoris, comparata immenſo Oceano Bonitatis, & Pulchritudinis Dei: Ecce vim Sancti Amoris: reddit animam ſaturam, & famelicam: Saturam creaturarum, famelicam Creatoris: Saturam terræ, & famelicam Dei, ac rerum æternarum in cœlo.

Eris tamen anima mea, ad amandum tam pigra es! amo amo; *amo amorem amo eſuriem, amo deſiderium,* S. Bernard. Igitur amando creſcis in amore, nec in amando ſubſiſtis, ſemper ſatura, ſemper famelica;
Satura illius, quod habes, famelica ejus,
quod non habes.

# CONSIDERATIO XVII.

## AMOR DEI,

### *Amor inſociabilis.*

NOn admittit ſocium Amor: qui totum dat, erg[illegible] totum. *Deus meus, tu totus meus, & ego non [illegible] tuus?* Singularis eſt Amor Dei: non potes amare [illegible] Deum, & creaturas. Singularis eſt pax Dei: [illegible] guſtare ſimul pacem Dei, & tuiipſius. Singulare [illegible] dium Dei, neque admittit idem cor ſimul gaudium [illegible] vinum, ac terrenum.

O Amor inſociabilis, intelligo bene ſenſum [illegible] Sicut amas creaturas tantùm propter illarum [illegible] dum, non propter tuum; ita vis, ut ipſæ te [illegible] ſolùm propter tuam gloriam, non propter [illegible] priam. O Amor ſolitarius, ô Amor ſingu[illegible] ô Amor unicus! Talis deſidero ſit amor [illegible] ut amem amore ſolitario eum, qui in ſeipſo [illegible] lus: amem amore uno, & unico eum, qui [illegible] Bonus, & unicum Bonum. *Solus ſoli, unus uni, [illegible] unico* convenit, Deo, qui ſolus, qui unus, & [illegible] eſt amatus.

Hoc ipſa experientia docet. Sentio in amando [illegible] reſolvi à pectore: curſu tendit in altum; imò [illegible] ac Seraphinos tranſcendit: & ecce in uno mo[illegible] invenitur extra omne creatum: non videt crea[illegible] videt ſolum Deum ſuum. Non eſt ibi aliud, qu[illegible] unus ſolus Deus: neque aliud erit, quàm una[illegible] ſolus Amor, Amo dilectum Bonum meum, & ſolum Bonum amore ſolo.

# CONSIDERATIO XVIII.

## AMOR DEI,

### *Amor inacceſſibilis.*

DUobus modis anima tendit in Deum: *acceſſoriis gradibus, vel inopinatis raptibus*: vel ambulando, vel volando: vel adjuta à Sponſo, vel rapta à Dilecto. O Amor inacceſſibilis; ô Amor altus, & ſecretus! O Amor cœleſtis, qui in mari quodam dulcedinis alis, & oblectas tuos dilectos! Nullus eſt, qui ad te poſſit accedere: opus eſt ſummi Amoris, trahere animam illuc.

Hæc eſt merces laborum, hic finis amoris, intrare in Sancta *Sanctorum*, ubi abſconditum eſt manna divinæ dulcedinis: hoc eſt tertium cœlum, in quod raptus fuit Paulus Apoſtolus: hæc eſt menſa cœleſtis, ad quam Sancta Magdalena divinis epulis quotidie accedebat ſepties. *O felix hora! ſed brevis mora.* O tempus feliciſſimum, ſtatus paradiſi: Sed parùm durat, celeriter tranſit. *Septies in die cadit juſtus*, de conſolationibus cœleſtibus, ad nativas miſerias.

O Amor, ô Gaudium, ô Suavitas! inacceſſibilis quidem in terra; quia pondus corporis impedit fervorem animæ: Sed acceſſibilis in cœlo. In cœlo, ubi eſt noſtra patria, pater noſter, mater, cognati, amici: In cœlo, in plenitudine Gaudiorum, in felicitate Deliciarum.

# CONSIDERATIO XIX.

## AMOR DEI,

### *Amor reverens.*

ANima amans accedit ad Deum, ſed cum humilitate & reverentia. Semper duos oculos habet apertos ad conſiderandum ex una parte altitudinem Dei, ex altera vilitatem propriam. Accipiamus exemplum à Sanctiſſima Virgine. *Continuò habebat actualem relationem ad Divinam Majeſtatem, & ad propriam nihilitatem,* ait S. Bernardus ſ. 61.

Ecce in duobus punctis brevem epilogum, & compendium magnæ artis amandi Deum. Conſiſtit duobus motibus inter ſe contrariis: recto, & reflexo; ſublimi & humili: creſcendi, & annihilandi. Fertur anima rectâ viâ ad magnitudinem Dei, & reflectitur in propriam parvitatem: elevatur in ſublimitatem Divinitatis, deprimitur in profunditatem ſuæ vilitatis: creſcit in Deo, annihilatur in ſeipſa.

O Amor ſimul fervens, & reverens! Fervor facit ingredi in penetralia Cordis Chriſti, & ibi dum unum duo corda, ſcilicet noſtrum & Chriſti, uniuntur & ardores, ut duo corda, & duo amores faciant unum ſolum Cor, unum ſolum Amorem. Sed reverentia efficit ut deſcendat ad ſacros pedes, & ibi maneat: nec audet ulteriùs procedere, donec supernâ virtute rapiatur in altum. In hoc exercitio occupatur Sanctus Amor, modò cum Maria Magdalena ſedem ſuam ad Sacros pedes, modò cum Maria Matre Dei triumphabunda collocat in ſacro latere.

# CONSIDERATIO XX.

## AMOR DEI,

### *Socius fidelis.*

Beatus, qui vivit in Societate Amoris; beatus, qui converſatur cum illo, ambulat cum illo, agit, cogitat, loquitur cum illo. Beatus, qui quidquid agat, ſemper præſide & ductore *Amore*, ait S. Ennodius. l. 2. ep. 7. ducitur ab amore, ut amori obediat. Siquidem *Imperatoris loco dominatur, ſemel penetralibus cordis infixa Dilectio*, & velut abſolutus Dominus, in omnibus negotiis, movet, gubernat, ac regit.

Vis accipere veram methodum, veram regulam Chriſtianè & perfectè vivendi? In omni actione particulari cogita, quid te moveat, & quare agas: Amor ſit principium, Amor ſit finis. Dic initio operis: Amor eſt is, qui mihi hoc imperat: libens obedio: & quia opus eſt Amoris, ex amore id opero. Amor ſit agendi principium, medium, & finis. Non ſubintret aliud motivum terrenum, & humanum: totum dedicetur Amori, in toto regnet Amor.

O vitam felicem felicitate beata, vivere in Societate Amoris, agere omnia in Societate Amoris! Ergo ut in vita, ſic etiam in morte, Amor ſemper ſit principium, Amor ſit finis.

# CONSIDERATIO XXI.

## AMOR DEI,

### *Amor floridus.*

SAnctus & purus Amor libenter moratur in floribus, & inter flores virtutum, præcipuè delectatur Rosâ Caritatis, Lilio Humilitatis, & Violâ Patientiæ. Floride Amor, quia naſceris ab eodem flore, qui dicitur Flos campi. *Ego flos campi*, ait, vel ut alij legunt, *flos abundantiæ, flos ſaturitatis*: flos, qui ſatiat abundantiâ omnis boni: Floride Amor, ideo vis, Cor, ubi quieſcis, totum eſſe floridum. *Lectulus noſter floridus.* Cant. 1. quaſi diceret Sponſa, Lectulus cordis mei totus conſperſus eſt, & halat floribus; ac proinde dignum te hoſpitium. Veni ergo Sancte Amor, ſubi cor meum, quam dignum te habitaculum.

Sanctum exercitium, propria occupatio veri Chriſtiani, de die in diem ornare animam ſuam floribus variarum virtutum. Digna eſt praxis, quam in quodam ſuo libello, *Teſtamento Chriſtiani*, quidam ſervus Dei proponit, ut offerantur quotidie Sanctiſſimæ Virgini ſaltem tres flores virtutum, Roſa Caritatis, Lilium Humilitatis, & Viola Patientiæ: & poſtea ſub mortem extremis *ex illis ſertum ipſi compingatur*, pro coronâ diademate venerandi ſui capitis.

O mortem felicem, ô beatam mortem! Quomodo tributum hoc remunerabitur Virgo? Certus ſit, præmium fore flores cum fructibus. *Flores mei, inquit, fructus honoris.* Eccl. 24. *Flores* mihi oblati, in manu fructus dabunt, fructus immarceſſibiles honoris & conſolationis, in æternitate gloriæ.

CON-

# CONSIDERATIO XXII.

## AMOR DEI.

### *Memoria continua.*

NOn eſt res, quæ magis animet noſtram tenuitatem, roboret & confirmet noſtram debilitatem, quàm conſideratio & memoria Divini erga nos Amoris. *Exultabimur, & lætabimur in te, memores uberum tuorum*, vel ut alij legunt, *Amorum tuorum*. Accipimus [illegible] & fiduciam, cum exultatione & gaudio in Deo, cum in memoriam revocamus magnitudinem Divini Amoris, unicam & ſolam materiam veræ lætitiæ: quando ab Amore, velut à prima origine, omnes gratiæ ad nos derivantur è cœlo.

Amor ſemper amans, quid inveniſti in nobis dignum tuo amore? Amaſti fortè noſtra peccata, imperfectiones, ac defectus? Teipſum, tuam Bonitatem, tuam Divinitatem in nobis amaſti: id amaſti in nobis, quod tu ipſe creaſti, Naturam à te creatam, Gratiam à te nobis infuſam. O quàm bene dicebat S. Apoſtolus, *Mihi abſit gloriari, niſi in Cruce Domini*! nunquam [illegible], nunquam glorier in alio, quàm in Amore tam magno, quem in Cruce mihi Chriſtus monſtravit. Abſit, abſit: nunquam permittat hoc Deus, ut alius amor miſceatur iſti amori, qui vel tantillum imminuat Sanctum Amorem.

Si amari à magnis perſonis pollere gratiâ Principum, eſſe intimum Regi, tanti æſtimatur à mundo; quanto pluris æſtimandum erit amari à Deo, eſſe amicum & familiarem Chriſto, honorari ab Angelis, coli ab omnibus creaturis, ſuſpici ab Univerſo?

# CONSIDERATIO XXIII.

## AMOR DEI,

### *Amor aſſocians.*

MAgna differentia, ac diſtantia eſt inter cives C ac terræ: inter Beatos, qui vident; ac Via qui credunt; Sed per ſanctum Amorem, *Solem ſatis velo dividimur à Sanctis*, ait S. Laurentius pianus; quia per Amorem etiam in iſto corpo tali, *unus omnino ſpiritus ſit anima cum DEO.*

Sed ad hunc finem non ſatis eſt charitas quæ requiritur charitas perfecta; Charitas illa, quam Sponſa, cùm diceret Sponſo: *Indica mihi, ubi cubes in meridie. Cant.*1. Vellem, Domine, nire in meridie. *Quid ſignificat meridies?* ait Augu *Magnum fervorem, & magnum ſplendorem*: *fer Caritatis, & ſplendorem Veritatis.*

Hæc perfecta Caritas facit ſimiles Sanctis, Beatis Spiritibus. Caritas non matutina, non tina, ſed meridiana perfectiſſima, procedens riſſima cognitione, quæ poteſt haberi in hac Divinæ Bonitatis. *In meridie*, anima mea, *cus tuus, in meridie habitatio tua*: in meridie, fervore Caritatis, in ſplendore Veritatis; *in fervore, & in ſplendore*: in fervore Amoris, in claritate cognitionis.

# CONSIDERATIO XXIV.

## AMOR DEI,

### *Ornamentum animæ.*

*Nigra ſum, ſed forma. Cantic.* 1. Debet anima ſe agnoſcere deformem à ſuis peccatis, ſed pulchram ... Amoris Divini. *Nigra ex peccato, formoſa ex* ..., ut Auguſtinus. *Nigra propter peccata præterita, formoſa per pœnitentiam.* Origenes. *Nigra per tribulationes, formoſa per coronas.* Ambroſius.

Hic doctrinâ inſtituit nos Amor cœleſtis, quomodo conſiſtamus in medio, procul à duobus ma... extremis, præſumptione ac deſperatione. Non ... deſperare, quòd *nigra* ſim ex peccatis; ne... præſumere, quòd *formoſa* ex gratia. Hinc ... agnoſcitur diſcrimen inter Amorem proprium, ... Divinum: ille enim deformat ſuapte naturâ, iſte ... format.

... ſancte Amor DEI, pulchritudo animæ meæ tu ... pulcher & formoſus in æterna pulchritudine DEI, ... hanc animam, ut placeat oculis DEI. O corda ..., deſideratis pulchra comparere inter Angelos cœli, inter Seraphinos paradiſi? Amate, amate: quia quantum creverit amor, tanto major pulchritudo veſtra futura eſt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XXV.

## AMOR DEI,

### *Amor experimentalis.*

PErfectus Amor eſt amor experientiæ, quâ ſenti... & experitur in ſeipſo quidquid res amata ſentit... ſe. Ad hunc amorem exhortabatur Apoſtolus, cum... cebat: *Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto...* *Philip.* 2. Non dicit *Intelligite*, ſed *Sentite* co... experimentali, practicâ, & amoroſâ. *Magnum...* *dem ſentire Chriſtum in ſua Humanitate; majus...* *illum in ſua Divinitate: ſed maximũ, & inæſtimabile...* *quando tanta fit conjunctio dilecti ac diligentis, ut...* *cunque agitur circa dilectum, experimentaliter ſenti...* *ipſe diligens*, ait S. Bernard. ita ut quidquid... Chriſtus in ſua Humanitate, ac Divinitate, id ſe... tiat amans in ſeipſo quaſi dolor, & gloria ... propria.

Hæc eſt igitur amantis perfectio, ſentire & ... in ſeipſo ſenſum amati. Si amo JESUM crucifixum... debet etiam crucifixum eſſe cor meum: Si amo JESUM... in gloria ſua, debet eandem gloriam per affectum ... anima mea.

Talis erat Paulus Apoſtolus, de quo dicebat S. Augu... ſtinus: *Paulum dico crucifixum cum Chriſto, & glorio...* *ſum cum Chriſto.* Crux & Gloria Chriſti, erat crux... & gloria Pauli: quia utramque ut propriam experie... batur in ſeipſo. O mira vis veri Amoris! Mutat, transmutat, conjungit in unum corda, amores, affectus.

# CONSIDERATIO XXVI.

## AMOR DEI,

### *Dulcis in amaritudine.*

Inter alios titulos, quos dat Sponſa ſuo Sponſo, Chriſto, unus eſt, quo nominat eum ſimul Faſciculum Myrrhæ, & Botrum Cypri. *Faſciculus Myrrhæ*, inquit, *& Botrus Cypri, Dilectus meus mihi.* Sed quomodo convenit amaritudo Myrrhæ, cum dulcedine Uvæ? Hoc myſterium in Cruce Chriſti! Eadem paſſio Chriſti conſiderata ab eo, qui amat, fit ei ſimul myrrha & uva, amara ac dulcis: amara corpori, dulcis animæ: amara carni, dulcis ſpiritui.

*O Paſſio deſiderabilis, ô Mors admirabilis!* clamat S. Bonaventura. *Quid mirabilius, quàm quòd mors vivificet, vulnera ſanent, ſanguis album faciat, & mundet intima, & nimius dolor nimium dulcorem ingerat*, ut quantum creſcit dolor, tantum creſcat ſimul dulcedo? O Amor dulcis & amare: vel, ut melius dicam, totus dulcis: quia ipſa amaritudo vertitur in dulcedinem! O mira vis amoris! Ex amaro planctu elicit dulcem liquorem, diſtillat mel ex amaritudine ...

Jam autem quid erunt tuæ dulcedines, Amor pulcherrime, quando tales ſunt amaritudines? O dulciſſime Amor ſemper dulcis, ac ſuavis, etiam in amaritudine! Sed quid mirum, quod talis ſit amor? Si conſideretur ejus origo, reperietur, quòd Mater Sancti Amoris ſit ipſa ſuavitas, ipſa Dulcedo, Deus ipſe.

# CONSIDERATIO XXVII.

## AMOR DEI,

### *Amor cum Amore,*

NOn deſcendit in animam noſtram Sanctus Am[illegible] ſolus, ſed cum ſocio: Creatus cum [illegible] Actus cum ſuo Objecto, Affectus cum ſu[illegible] Quis id crederet, niſi Veritas ipſa dixiſſet: *Carita[illegible] diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum Sanctum [illegible] datus eſt nobis*: Rom. 5. datus inquam, etiam [illegible] pria ſua perſona. Nota, *Caritas diffuſa, Spiritu*[illegible] Cum dono Caritatis datur ipſe Donator, qui [illegible] tus Sanctus.

Ecce *Amor cum Amore*: Amor creatus cum [illegible] creante. Igitur amando, non aliud amatur [illegible] Amor. *Amo Amorem* Perſonalem, qui eſt [illegible] Sanctus: amo Amorem Eſſentialem, qui eſt ipſe [illegible] cujus Eſſentia eſt Amor. O Deus, ô Amor, ô Deu[illegible] Amor, totus amatus, totus amans! qui vult am[illegible] eſt ut dicat *Amo*: Sufficit hoc verbum, ſine alio [illegible] turâ ſuâ tendit ad ſimile, ruit ad amorem.

*Amo*, verbum breve, tantùm trium literarum [illegible] *tum tres literæ valent*? literæ potentiſſimæ, [illegible] ſimæ, ait Gerſon. Claudunt infernum, aperiunt [illegible] feriunt cor Dei, exhilarant paradiſum, [illegible] eſt; aſcendunt, & evolant in Conſiſtorium Sanct[illegible] Trinitatis, & indè auferunt, ac ſecum deferunt [illegible] rem, & ſimul attrahunt omnia. Quia Amor eſt [illegible] Pater, Amor eſt Filius, Amor eſt Spiritus Sanct[illegible]

Et cum tam nobili ac divina Societate, gaude[illegible] felix, beatus vivit, & regnat in omni loco.

# CONSIDERATIO XXVIII.

## AMOR DEI,

### *Canticum Cordis.*

Q[illegible]uid rei eſt Amor? *Cordis gaudium, cordis canticum*, & jubilus animæ; quia æſtimationi [illegible] affectum, neque ſolùm præfert increatum [illegible], ſed etiam delectatur in illo. *Beatus, qui in*[illegible]*; ſed multo beatior, qui canit cantica canticorum*, [illegible] Origines. Beatus, qui percipit intellectu bona [illegible]; ſed multo beatior, qui per affectum guſtat [illegible].

[illegible] eſt amor fruitionis, amor ſatietatis, quem exer[illegible] beati in cœlo. *Sic affici, Deificari eſt*, ait Ber[illegible]. Ergo verus Amor animæ, eſt affectus cordis; [illegible] affectus cordis, eſt canticum Spiritus. Ita cantabat [illegible] Mater Dei, cùm dicebat; *Exultavit ſpiritus meus* [illegible] *ſalutari meo*.

Ergo qui vivit ſemper amando, vivit ſemper can[illegible] vivit exultando, vivit jubilando eo jubilo cor[illegible] æterno, qui *ſentiri poteſt*, *explicari non poteſt*. [illegible] citas cordis amantis, ſed veri amantis; amantis [illegible], amantis cœlum, amantis æternitatem.

# CONSIDERATIO XXIX.

## AMOR DEI,

### *Amor mellifluus.*

S[illegible] quis interroget, quid ſit Sanctus Amor, reſpon[illegible] *Mel, melos, & jubilus; mel in ore, melos in aure,*

*jubilus*

*jubilus in corde.* S. Bernardus. Mel in ore dulciſſim[um,] melos in aure ſuaviſſimum, jubilus in corde jucundiſ[ſi]ſimus. Eſt mel, in cujus comparatione omne mu[ndi] nectar pro felle habendum eſt: eſt harmonia, cui co[m]parata omnis Muſica mundi, videtur turpis diſſon[antia:] eſt jubilus, qui ſpatiatur in immenſitate Dei, gau[det] infinitate, durat in æternitate.

O quàm verum eſt, quòd *meliora ſint ubera tua*, v[el ut] alij legunt, *amores tui vino!* Suavitas Amoris c[œle]cum infinito exceſſu, ſuperat omnem conſolatio[nem] amoris terreni. Quia, ut S. Thomas ait, conſolatio [di]vina eſt *univerſalior*, quia afficit totum hominem: [in]*timior*, quia penetrat intima cordis: & *durabilior*, [quia] non finitur cum vita præſente; ſed durat etiam in [æter]nitate futura. Has conditiones non habent volup[tates] mundi, ut manifeſtum eſt.

Si ergo deſideras transferri velut in paradiſum, [in]gredi manſiones cœleſtes, bibere fontem vitæ, [in]tenſum actum Amoris, dic ex intimo corde, *Amo,* [&] *amabo ſemper verum bonum.* Per hunc actum mel[le] lingua, aures reſonabunt melodiâ cœleſti, Cor ju[bilabit] præ vero gaudio & voluptate, nec ſciet, nec vid[ebit,] nec ſentiet aliud, quàm amorem.

# CONSIDERATIO XXX.

## AMOR DEI,

### *Sigillum cordis.*

DUo effectus habet ſigillum naturale: conſerv[at] ſ[cri]pturam, quæ in charta eſt, ne poſſit deleri; [pro]hibet, ne aliud poſſit inſcribi de novo. Idem facit ſ[piri]tuale ſigillum Amoris Divini in anima: conſervat [affe]ctum, & prohibet profanum amorem. O Amor Di[vine,] *ſignaculum ſuper cor meum*, obſigna cor meum, [ut clau]ſum ſit mundo, carni, ac dæmoni. *Quod ſcripſi, ſcripſi:* habeo ſcriptum in corde meo ſanctum, & purum [amo]rem: non alius amor introducatur.

O Amor

Amor, quid facis? Ne ceſſa; *intende, proſpere procede & regna.* Debella tuos inimicos: proſterne hunc ſenſum, enerva paſſiones, annihila inordinatos affectus. *Vexillum ſuper me Amor*: legunt alij. Non aliud me tegnet, quàm Amor. O Sancte Amor, Sigillum cordis mei! Beatum cor, quod eſt obſignatum à te, Amor Divine! Vivit ſecurum & lætum: non timet inſidias neque vim foris.

O miſerum cor, à mundo ſignatum! Infelix & mœſtum vivit: admittit ſolummodo mala, bonum excludit. *Cor meum, Domine, tanquam cera liqueſcens*, ſed tibi Amor meus: mundo verò adamantinum: recipias imaginem cœleſtem, terrenam reiiciat.

# CONSIDERATIO XXXI.

## AMOR DEI,

### *Amor abalienans.*

Ait S. Ambroſius: *Beatus, qui, factus à ſemetipſo alienus, contemnit viſibilia, & ad inviſibilia aſcendit, ad illud Bonum Divinitatis intendit;* Bonum illud, quod ſolum eſt Bonum, Increatum ac Divinum bonum. *Nihil aliud requirendum putat; quia tenet, quod ſummũ eſt, in quo continetur omne bonum.*

O Divina alienatio, ô cœleſtis tranſmigratio: tranſire à terra in cœlum, à carne ad ſpiritum, à proprio corpore in corpus Chriſti? Et hæc vis eſt Sancti Amoris. Quantum adjunges te Deo per amorem, tantum diſcedes à teipſo: tantum alienaberis, quantum amaveris.

Hæc ergo deberet eſſe petitio noſtra continua, *Domine, trahe me poſt te. Cant.* 4. trahe hanc animam per affectum extra hoc corpus: trahe hunc ſpiritum extra hanc animam. Neque cogites, te hoc tractu paſſurum violentiam. *Hæc tractio dulcor eſt, ſuavitas eſt, ipſa ſuavitas trahit,* inquit S. Auguſtinus.

# CONSIDERATIO XXXII.

## AMOR DEI,

### *Amabile reſponſum DEO.*

AMo te: reſponſio Petri fuit, cùm Chriſtus eum interrogaſſet. *Petre amas me?* Neque ſemel in-terrogaſſe contentus, ter eandem quæſtionem repetiit, *Amas me?* ac toties ei Petrus reſpondit, *Amo te.* quoties in corde noſtro, nos à Chriſto interrogamur ſicut Petrum, *Amas me?* Quis reſpondebit cum Petro *Amo te*; non dicet, *Vellem amare te*; quia amor actus abſolutus & efficax: neque dicet, *amabo*, ſed *amo*; quia amor eſt præſens: neque dicet, *Poſſum amare te*, ſed *amo*; quia amor eſt non in habitu ſolum, ſed in actu.

O dulciſſime JESU, Rex cordis mei, ſicut interrogatio tua eſt, *Amas me?* ſic deberet eſſe reſponſio mea, *amo te.* Da mihi gratiam, Redemptor mi, ut ſemper te amem amore vero, perfecto, ardenti, præſente, & actuali, ſemper, & in omni loco, in omni actione, & in omni negotio dicam hæc verba: *Amo te*; ac citiùs obliviſcar meiipſius, quàm amoris tui. *Amo te*, hæc ſit anchora mea, quæ me & ſtabiliat in omni viciſſitudine vitæ iſtius: ſit mea cynoſura, quæ me feliciter in portum patriæ cœleſtis ducat: ſit meus cibus, mea conſolatio, mea ... meus theſaurus: ſit denique pax, quies, & ... cordis mei.

*Cor hominis, divino Amori affixum, ſtabile ...* ait Hugo Victorinus. Non patitur mutationem, ſemper in eodem modo ſtabile invenitur: *& ... amando, unum permanet*: non dividitur in bona ... nec in plura corda: unus amor, unum cor: & ſi divinus eſt amor, etiam cor Divinum efficiet.

CON-

# CONSIDERATIO XXXIII.

## AMOR DEI,

### *Canticum Vniverſi.*

GErſon ait, *Omnium una vox eſt, amo te*: omnes creaturæ ſummo concentu concordant in hac voce, cantant ſuaviſſimum hoc carmen Amoris, *amo te*: ſi non voce, certè opere. *Amo te*, Deus meus, canit cœlum, quia voluntatem tuam exequor, ſine intermiſſione ab ortu ad occaſum currendo. *Amo te*, canit in eodem tono terra, quia ad nutum Magni Dei, immobilis & firma in meo centro quieſco. *Amo te*, ſimiliter canit aer, canit Ignis, & omnes creaturæ unâ voce hoc ſolum concinunt; quia omnes Divinæ Voluntati conformantur, & exequuntur Beneplacitum Dei.

Eadem vox ab æterno fuit in Deo: primò inter ipſas Perſonas divinas. *Amo te*, dicit unaquæque ad alteram: deinde etiam in creatione mundi; quia cùm Amor Dei ſit efficax, *ipſum amare, eſt creare*, amando mundum, creat eum: & creando amat. *Felix anima, quæ audit, & intelligit hanc vocem jucunditatis in Deo, & in creaturis*: quæ habet aures audiendi ſuaviſſimam hanc melodiam, quam faciunt amando, Deus & creaturæ. *Infelix anima, quæ perversâ voluntate à tali cantico diſcordat*: & loco divinæ voluntatis exequitur propriam!

Scribamus igitur in corde noſtro tentùm duas has voces, *Amo te*: nec ſolùm in corde, ſed in omnibus membris corporis, in omnibus facultatibus animæ. Scribe in memoria, *amo te*, per continuam recordationem Dei: Scribe in intellectu, *amo te*: ut omnes tuæ cogitationes colligantur in Deum. Scribe in Voluntate, *amo te*, ne recipiat alium amorem, quàm Dei. *Amo te*, vox dulciſſima, ſuaviſſima. *Hæc eſt noſtra laus & jubilatio, honor & exultatio, virtus & adoratio.*

Amo te ex toto, amo totus, & amo totum, Amo te
quia debeo me totum, ſine omni diminutione, con-
ſecrare ſancto & puro amori Dei; & amo totum,
quia debeo amare totum Deum meum, in ſeipſo, & in
proximo.

# CONSIDERATIO XXXIV.

## AMOR DEI,

### *Profeſſio Chriſtiani.*

PRofeſſio Chriſtiani hominis continetur his
duobus verbis, *Amo te.* Profeſſio reſpon-
bet ſtatui cujuſque, & origini. Si ergo Chriſtianus
creatus ad amandum, & inſuper collocatus per Gratiam
in ſtatu amicitiæ Dei, debet ſane hæc ejus eſſe profeſſio,
ut occupetur in amando, & exerceatur ſemper in
duobus verbis, *Amo te.*

Subleva ergo te mente ad principium ſine principio,
ad Primam Perſonam Sanctiſſimæ Trinitatis,
primum principium *ad intra, & ad extra:*
fundè humiliatus in tuo proprio nihilo, dicito
tudine cordis, quemadmodum decet, *Amo te,*
meus, & Creator meus, à quo per ſolam gratiam
nullo meo merito, accipio eſſe, & vivere, &
Similiter ad ſecundam Perſonam Filii, pa-
æqualis & conſubſtantialis primæ, dicendo
*Amo te,* DEUS meus, & Redemptor meus,
immenſum theſaurum infinitorum meritorum
rum accipio: per quæ liberatus à pœnis æternis,
invenio in poſſeſſione æternæ gloriæ. Poſtea
Tertiam Perſonam Spiritus Sancti, & dicendo
*Amo te,* Deus meus, & Sanctificator meus,
collocatus in numero filiorum Dei, & heredum
beatæ,

ſanctiſſima Trinitate venies ad Virginem, & facies em profeſſionem dicendo, *Amo te*, Mater ſſima, velut unicam poſt Chriſtum, fiduciam m meam. Hoc ordine deſcendes per omnes Cho- & Ordines Angelorum & Sanctorum, dicendo ad nquemque, *Amo vos*, Seraphini beati, impetrate partem veſtri amoris. *Amo vos*, Cherubini feli-, impetrate mihi partem veſtiæ cognitionis. Pari procedes uſque ad ultimum Chorum, & ultimum nem Sanctorum.

# CONSIDERATIO XXXV.

## AMOR DEI,

### *Scientiarum Compendium.*

*reve verbum Caritas, tribus conſiſtens ſyllabis, & ptem literis. Et Deus Caritas eſt, unus in natura, in perſonis, & ſeptiformis gratia Spiritus Sancti,* quidam ex Patribus. Caritas trium ſyllabarum eſt, ſimilem Deo, & Sanctiſſimæ Trinitati: & ſe- literas habet, ut conferat animæ, quam inhabitant, dona Spiritus Sancti.

O Caritas beata, Caritas divina! verbum breve , ſed immenſum in virtute! *Caritas breve ver-*, quia via Caritatis, & Amoris eſt brevis, ubi via nitionis eſt longa. Via Caritatis eſt brevis, quia , & ſine medio perducit ad Deum. Non amo per amorem creaturarum, ſicut cognoſco Deum cognitionem illarum. *Breve verbum, Amo*: & in brevi verbo eſt compendium totius legis divinæ, logus ac ſumma Sacræ Scripturæ, finis operum .

Quid quæris? ſatiare deſiderium ſciendi, diſcendo Scientias? *Tene unum verbum, quod eſt omne ver-, & ſufficit tibi: quære unum bonum, quod eſt omne , & ſufficit tibi*, dicebat S. Antonius, Quod non

poſſunt facere omnes Scientiæ mundi, ut ſatient ve- ſtrum deſiderium, hoc facit unum verbum *Amo*, ... diſce ſolum hoc verbum, & ſufficit tibi.

# CONSIDERATIO XXXVI.

## AMOR DEI,

### *Amor plenus miſteriis.*

A *Mo te.* Quis poteſt explicare ſignificationem ... cum iſtarum? Myſteria, quæ continent ... & vis, quam habent, ſi pronuncientur, ut oportet ... *toto corde*, habent robur deſtruendi, & abolendi ... peccata, etiam infinita: Sanctificandi animam quam- cunque, etiam contaminatam omnibus ſceleribus ... formandi omne cor, etiam humanum ac terrenum ... Angelicum ac Divinum.

Præterea *Amo te*, ſignificat, *Nihil præter te*, ... *propter te, & deſidero te.* Tres divinæ doctrinæ ... cluſæ in his verbis: & tres actus perfectiſſimi ... quorum poſterior ſemper perfectior eſt priore ... primò debeo amare Deum, & nihil plus quam ... nec ſimul cum Deo; ſed omnia ſub Deo. ... debeo amare Deum, & omnia, quoad ejus ... actu ordinare ad Deum. Tertiò (qui eſt actus ... perfectiſſimus) debeo deſiderare præſentiam De- ... deſiderio eum laudandi, & eo gaudendi in præ- ſentia.

Dicamus ergo: Amo te, Deus meus, quia ... præter te: amo te, Deus meus; quia omnia propter ... amo te, Deus meus; quia deſidero te, & cupio diſſolvi, & eſſe tecum, exire de carcere corporis, & evolare ad te.

CON-

UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

# CONSIDERATIO XXXVII.

## AMOR DEI,

### *Reſpiratio & Suſpiratio.*

DUas veritates animam docet Sanctus Amor, *Reſpi-rare, & Suſpirare:* reſpirare in Deo, & ſuſpirare ...ſo: reſpirare in bonis Dei, ſuſpirare in propriis ... Quia hæ ſunt duæ confeſſiones neceſſariæ ad ...em: Confeſſio laudis in Deo, confeſſio confuſio-... in nobis. *Quia bona mea, Domine, dona tua ſunt: ...a mea, delicta mea,* ait Auguſtinus. Reſpiramus in ... ſuſpiremus in iſtis. En cauſam, quia bonum quod ... in me, tuum eſt, & malum, quod eſt in me meum eſt. ...id ſupereſt ergo? *Reſpirare, & Suſpirare:* reſpirare ... cum gratiarum actione continua pro bonis meis, ... tua dona ſunt: & ſuſpirare in me, cum pœnitentia ...ma de malis, & peccatis meis.

O quis mihi det iſtum affectum! O ſi poſſem conſe-...re cor meum uni continuo ſuſpirio! O ſi anima ...a foret digna habitatio Sancti Amoris Aſpirantis, ...ſpirantis! Unicum & continuum exercitium meum ...eſſet, elevari ſurſum per aſpirationem ad Deum, ...aſpectum infinitæ Pulchritudinis, ad gaudium æ-...rum dulcedinum; & deprimi deorſum ad meas ...prias miſerias, ſuſpirando & plangendo meum ni-...m, nutritum culpis, refertum pœnis, immerſum ...m miſeriæ. Et hoc eſt unum inter ſecreta Divinæ ...videntiæ, permutare vices, ab alto deſcendendi ad ...m, & ab imis evolandi in altum: ab uno aſpectu ...re ad alterum, ut anima vivat in medio duorum ...mmorum, neque cum exceſſu confidentiæ, neque ... timore.

...niamus ad praxin, quomodo, & quando ſit reſpi-...dum, ac ſuſpirandum. Dico ergo, Amor verus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt ſemper in motu , nunquam ceſſat amare, ſ...
ſemper eodem modo id facit ; modò reſpirat, ...
ſuſpirat. *Dum aſpirat*, tempus eſt reſpirandi: ...
*clinantur umbræ*, tempus eſt ſuſpirandi. Cùm ...
rietur cœlum , tempus eſt evolandi ; cùm c...
tempus eſt jacendi, tempus ſuſpirandi. Amabo...
ſemper meum bonum : cùm ſedabit conſpicien...
amabo reſpirando : & quando ſe abſcondet, ...
ſuſpirando.

# CONSIDERATIO XXXVIII.

## AMOR DEI,

### *Amor æternorum Bonorum.*

DOnec Amor Dei verſatur in medio tempo...
& æternorum , habet temporalia in ...
deſiderio : conſiderando, quòd temporalia ...
quæ habent à ſe, nihil ſint; quoad ea, quæ habent ...
prope nihil, utpote guttæ participationis divinæ ...
reſolve te cum B. Borgia dicendo, *De nihilo nihil* ...
*nihilo nihil volo.* O reſolutionem ſanctiſſimam, ...
ſimam, quam imitentur, quicunque volunt ſalvari.

Ex hoc propoſito tria bona ſequuntur: 1. ...
contra omnes tentationes dæmonis. Cùm ...
ponit ſupervacaneum honorem, divitias, volu...
reſpondebis ei , hoc eſſet contra meum propo...
*Nihil volo.* 2, Magna Pax & Quies animi: ...
ber eſt à deſideriis, quietem turbantibus. 3. Per...
& Sanctitas : quia tollit omnia ejus impedimenta, ...
ſunt inordinati affectus , ac deſideria terrena. ...
eſt illa annihilatio, ſive evacuatio voluntatis, ...
commendata à Sanctis: hæc eſt abnegatio interna ...
commendata à Chriſto dicente. *Qui vult venire poſt me,*
*abneget ſemetipſum.* Negare ſeipſum, eſt negare affectus
ac deſideria nimia creaturarum.

Ab altera parte ſuſpicit Amor in altum, ac videt ... qui largitur ſeipſum, & omnia, omne bonum ...m, & creabile; corporale, ac ſpirituale; tempo-..., & æternum: & facit ad propoſitum, priori ...rarium, quo dixerat, *Nihil volo.* Nunc dicit, ...*m volo*: non ſum parte contentus, volo totum: ... dicebat Seraphicus, *Deus meus, & omnia: Deus ...ac totum.* Et ex hoc etiam ſequuntur tria illa bona, ...modo nobiliore. 1. Victoria contra diabolum, qui ...cedet; *Volo totum*: quod mihi offers, non eſt ...m. 2. Pax, quia explet omnia deſideria. 3. Sanctitas, ...æ conſiſtit in poſſeſſione totius boni, ſine omni malo. ...be igitur in tuo corde: *Temporale & æternum: Nihil ...totum volo.* Et Sanctus eris.

# CONSIDERATIO XXXIX.

## AMOR DEI,

### *Amor increati boni.*

Quid mirabilius, quàm amare, & neſcire quid ames? *Quid amo, Domine, cum amo te?* inquit Auguſti-... Amo forſan pulchritudinem corpoream, fragran-...m, ſuavitatem, melodiam, unionem, complexionem ...is boni creati? Non, quia tu non es objectum ...uum noſtrorum corporalium. Quid igitur amo, ...ando te amo, Deus meus? Fortaſſe pulchritudinem, ...em, odorem, cibum, vocem, amplexum ſpiritualem? ...n: quia iſta, quæ cogitamus, etſi ſpiritualia, tamen ...ta ſunt, finita, & finito modo à nobis comprehen-...tur: tu verò es Bonum increatum, infinitum, in-...prehenſibile.

...dit ergo idipſum, *Quid amo, quando te amo, Deus ...?* Forſitan amo *quandam lucem, quendam odorem, ...ndam cibum, quendam amplexum*, ſed impercepti-...m, & inſenſibilem ſenſibus, & corporis, & animæ?

Totum hoc verum eſt, ſed ad initium revertor meum dubium: Quid eſt hæc lux, quid odor, imperceptibilis naturalibus ſenſibus corporis & animæ?

Ecce ſolutionem. Interroga creaturas, & reſpondebunt, *Non ſumus nos, quare ſupra nos.* Totum quod vides, de rebus creatis, hoc Deus non eſt; ſupra omnia creata, Bonum infinitum, & increatum. Ergo quando te amo, Deus meus, non amo objectum corporis, non objectum animæ ſenſitivæ, non lucem & odorem creatum: Sed lucem, odorem, fragrantiam, dulcedinem, omnia increata: objecta noſtri boni interioris, objecta animæ ſpiritualis; percipienda non propriis viribus, ſed Gratiæ tuæ, & luminis tui communicati.

# CONSIDERATIO XL.

## AMOR DEI,

### *Vinculum ardens.*

APparuit aliquando Chriſtus S. Brigittæ, & mandavit Dæmoni, qui etiam aderat, ut inſpiceret cor Sanctæ, & referret fideliter, quantum illa te amaret. Obedivit ille, dixitque; *Video vinculum ardens, deſcendere à te in eam: quod ſic cor ejus obligat, ut non aliud cogitet, vel amet, niſi te.* Benedictus ſis, Domine mi, qui etiam per inimicum doces veritatem. O vinculum ardens, à te deſcendens! Vinculum Caritatis ardentis, quod aliunde provenire, & ab alio donari non poteſt, quàm à te.

Liga, Domine, cor meum, hoc ſacro ligamine, ut non poſſit de alio loqui, non cogitare de alio, non aliud amare, quam te. Cape, Domine, meum intellectum, cape affectum, & nodis inſolubilibus alliga tibi crucifixo, ut ego ligatus te ſequar, dicendo; *ſequar te quocunque ieris, IESV, amor dulciſſime.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſequar te ſemper, ô JESU: vade quocunque vis, ut ſemper te ſequar, etiam aſtrictu & ligatus, catenatus, clavis tecum affixus. *Ad crucem? ad crucem. Ad mortem? ad mortem. Paratum cor meum, Deus, paratum.* Proſcribe, mens mea, omne aliud objectum: obliviſcere, voluntas mea, omnem amorem terrenum; dic: *Non judicavi me aliud ſcire, nec aliud amare, niſi IESUM Chriſtum, & hunc crucifixum.* Quia nulla veritas digna, quæ cognoſcatur, eſt: nulla alia bonitas digna, quæ ametur, quàm Chriſtus, & ille quidem crucifixus.

# CONSIDERATIO XLI.

## AMOR DEI,

### *Extaſis Divina.*

O Mirabilem affectum Divini Amoris! facit animam exire extra ſe, & intrare in Deum: exire de receſsu propriæ humanitatis, & intrare in felicitatem Dei. *Divinus Amor extaſin facit*, ait S. Dionyſius. Levat animam extra ſe, & ſupra ſe. Et quantùm ſupra? Ad ſummum, ad Divinum, ad infinitum, ad pulchritudinem Dei, ad Eſſe Divinum, ad naturam Dei: ut vivat non ampliùs vitâ propriâ, ſed vitâ Dei.

Vis exemplum animæ extaſim paſſæ, & primùm exceſſum intellectus? *Non judicavi, me aliud ſcire inter vos, niſi IESUM Chriſtum, & hunc crucifixum* Tota mea Scientia in iſto comprehenditur, Noſſe Chriſtum, & hunc Crucifixum. Vis etiam extaſin affectus? *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Chriſtus* Vivo ego, ſed non in me, ſed in Chriſto: quia amor meus eſt extra me, totus collocatus in Chriſto.

Ecce metas noſtræ Scientiæ, ecce metas amoris; Chriſtum crucifixum. Ubi eſt vera Scientia? in cognitione Chriſti crucifixi. Ubi verus amor? in amore

Christi crucifixi Scire meum, Christus crucifixus ſcire, ô amare! beatum ſcire, beatum amare: O Am Divine, Amor extatice, experiatur ſpiritus meus tuæ virtutis, ſit anima mea, ſupra me, non infra me, ſupra me, *elevor in naturam divinam*: ſi infra me, *mor in naturam beſtialem*, inquit Auguſtinus.

# CONSIDERATIO XLII.

## AMOR DEI,

### *Amor Guſtus Divini.*

TRes modi Amoris diſtingui poſſunt: *Am tiam Dei, amo Voluntatem Dei, amo Guſtu* Amo Gratiam Dei, fugiendo omne peccatum amo Voluntatem Dei, fugiendo etiam veniale ſtum Dei, ubi nulla eſt culpa, nec mortalis, nec Poteſt ulterius dici, *Amo Gloriam Dei, amo pationem DEI.* Amo gloriam DEI, tam in complacendo mihi in divinis perfectionibus, dendo, quod tales ſint in ſeipſis, infinitæ, immenſæ: quam externam, deſiderando, ut Deus omnibus cognoſcatur, ametur, colatur. Amo pationem Dei, diligendo ipſius Dei amore, om turas, quæ ſunt bonitas participata à Deo.

Denique dixeris, *Amo imitationem Chriſti*: cum eadem voluntate, gloria, guſtu Dei; eſſe dives, & pauper; honoratus, & ſpretus; & ignorans; tamen ad majorem imitationem eligerem potius eſſe pauper, quàm dives; temptus, quàm honoratus; haberi pro ign quàm pro ſapiente. Ut S. Ignatius docet. eſt actus Caritatis perfectiſſimæ, qui continet ſimam imitationem Chriſti. Amo contemp injurias, amo dolores; quia hæc omnia ſunt in Chriſto: amo potius eſſe pauper, & Chriſto

habere omnes divitias mundi , & eſſe Chriſto lis: amo inſignia Chriſti: amo, quod Chriſtus : amo ſequi Caput noſtrum, Exemplar noſtrum, trem noſtrum primogenitum.

Tunc ſatiabitur anima mea in hac vita , cùm fuerit ta opprobriis, ac doloribus Chriſti. Dicant alij, luerint, *Tunc ſatiabor, cùm apparuerit gloria tua:* dicam, ſicut alij legunt; *Tunc ſatiabor, cùm affle- fuero ad ſimilitudinem tuam* , ô Chriſte meus, & um meum.

# CONSIDERATIO XLIII.

## AMOR DEI,

### *Epilogus Vniverſi.*

Omnes creaturæ ultimò reſolvuntur in Amorem. Nam ſi quæras, Quare ſint? reſpondebo, Quia Deus eas creavit. Si porrò quæras, Quare creave-, reſpondebitur, Quia illas amavit. Idem dicen- eſt de S. Scriptura , quæ tota reſolvitur in Legem moris. Igitur Amor eſt finis , & ultima reſolutio verſi. Hinc diſce , quis debeat eſſe finis , quæ ma reſolutio actionum tuarum. Cùm ſtudes, eas propter Scientiam , cùm perveneris ad Scien- m, in ea non ſiſtas, ſed pergas ad Amorem. Cùm ne- tiaris , finis ſane ſit lucrum; ſed lucri finis ultimus et eſſe Amor. Cùm cibum ſumis , ſumè, ut vivas; s autem, ut ames.

Ecce regulam vitæ æternæ: Omnia propter Amorem, or propter ſeipſum. *Amo, quia amo. Qui amat, at & aliud novit nihil*, ait S. Bernardus. *Quia hic eſt , hæc eſt conſummatio, hæc eſt perfectio, hæc eſt pax, eſt gaudium*; quies, & gloria noſtra.

O Amor Sancte, per quem omnia, & ſine quo nihil! per, cùm nihil habet , ſi amat, eſt dives: ac dives,

etiamſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etiamſi habeat multos theſauros, ſi non amat, eſt pauper. Quia amat, eſt dives in paupertate: qui non amat, eſt pauper in divitiis. Ecce modum diteſcendi, modum congerendi theſauros, Amare. Ama, & hoc ſufficit. *Amo Amorem*, neque aliud, volo, quam amorem: amare, & amari, non à mundo, aut alia creatura, ſed Deo ſolo.

# CONSIDERATIO XLIV.

## AMOR DEI,

## *Amor* CHRISTI,

SUblevat Amor in Deum, ſed mediante amore Chriſti. Audi Apoſtolum? *Vos Chriſti, Chriſtus DEI.* Vos eſtis Chriſti, 1. velut ſervi ipſi donati à Patre. *Poſtula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam.* 2. ut ſervi redempti ſanguine ipſius. *Empti eſtis pretio magno.* 3. ut ſervi debiti dignitati ipſius Perſonæ. Cum ergo toti ſimus Chriſti, tanquam finis proximi & immediati, debemus à Chriſto ſumere amoris noſtri principium, amando ſacram illam Humanitatem ſacrum illud corpus, illam ſacram Animam.

O Amor Dei, amor Chriſti! Doctrina tradita ab oraculo ipſius Chriſti; *Pater amat vos, quia vos me amaſtis Ioh 16.* Ecce ut ab Amore Chriſti hominis aſcenditur ad Amorem Chriſti Dei, ſecundum Apoſtolum, prius eſt regnum Chriſti regno Dei: regnum Chriſti eſt amare, & amari à Chriſto: & regnum Dei amare, & amari à Deo.

Hinc idem Apoſtolus fulminat hanc gravem ſententiam contra peccatores, 1. Cor 16. *Qui non diligit Dominum IESVM, anathema ſit,* ſegregatus à numero electorum in hac vita, ſicut in altera ſeparatus erit à numero Beatorum. Quia qui recedit à medio, impedit ſe ipſum à fine.

CON-

# CONSIDERATIO XLV.

## AMOR DEI,

## *Sitis ardens.*

Sitio, Domine, non materialem aquam, non bona terrena, ſed gaudia cœleſtia. *Sitio*, aquam illam, quæ poteſt levare omnem ſitim cordis mei. *Sitio* te, aquam vivam perennem, divinam: quæ replet omnes appetitus, ac deſideria noſtra. *Sitio*, Domine, ſentio neceſſitatem, ſed remedium non invenio: video bonum, ſed vires non habeo ad conſequendum: ſcio, quod vellem facere, ſed non habeo robur ad exequendum: Recordare, Domine, quòd dixeris, *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Io. 7.* Sed quomodo, ſi quis? quaſi non omnes haberent hanc ſitim. Atqui omnes deſiderant eſſe beati, ac felices: omnes habent ſitim ſummi Boni. Sed reſpondebis; Verè habent, ſed ſitis eſt falſa, falſarum aquarum Ægypti, quæ non valent reſtinguere ſitim, ſed magis accendere. Ego loquor de vera ſiti, veri boni, quod ego ſum. Ideo dixi, ſi quis; quia tales ſunt pauci.

Redeo ergo Domine, ad meam petitionem. *Sitio*, vivam aquam Divinitatis tuæ, in qua ſunt hæ duæ conditiones, quæ omnem ſitim extinguunt, Infinitas & æternitas: omne bonum, & per omne tempus, ſummum bonum, & ſumma duratio; infinita intenſio, & infinita extenſio. *Sitio*, pro aliqua relevatione, ſtillicidium conſolationum tuarum, quibus in hac vita refrigeras ſervos tuos; ſed iis non ſatior: aſpiro ad illam plenitudinem, ad illam inundationem, ad illud diluvium, quod *inhabitare facis* in vita futura. Illæ interim ſint [illegible], hoc in deſiderio.

Sed progredior ad ſecundam petitionem. *Sitio ſitim.* Si non vis, ô dulcis Amor, extinguere meam ſitim pleni-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

plenitudine tui gaudij; ſaltem eam non adime: fac ardeat ſemper, & flagret cor meum deſiderio ... ſitque talis hæc ſitis, ut omnem aliam ſitim ... *Sitio Domine, ſitio ſitim*: cupio ſitim tuam habere, & ea ſemper creſcere, donec ardor ejus conſumat ... tam brevem, & in æternum permutet.

# CONSIDERATIO XLVI.

## AMOR DEI,

## *Sapor DEI.*

GAudet cor veri amatoris, in amando Deo ſuavi ... cedine inexplicabili, ineffabili. Sentitur, ... gnoſcitur: experientiâ, non intellectu percipitur ... ſtatur, & non ſcitur, quid ſit. O ſapor Deitatis, ... paradiſi, ſuavitas infinita! *Saporem quidem ſentio,* ... Bernardus, *dulcem adeò ſuavem adeò, & confortantem, ut, ſi perficeretur in me, nihil ultrà quærerem.* ... *tenere, & ruminare volo, & dijudicare ejus ſaporem,* ... *ſtatim tranſit*: O ſaporem generoſum, ô ſaporem ... ctorioſum! ſimul primum ingreditur animam, ... eo corde omnem alium affectum, ac deſiderium ... terreni.

Da mihi, Domine, *victricem hanc delectationem* ... hanc ſanctam ac divinam conſolationem, ut cum ... portem victoriam de inimicis meis, purificem cor ... ab omni eo, quod tu non es, & amplius creſcam ... ma tui divini Amoris.

Sed quis erit dignus tantâ gratiâ? Audi S. Bonaventuram: *Qui nullam præſentis vitæ recipit delectationem, ... illum quem diligit, medullitus ſuſpirat, fervet, ... anxiatur*, Qui ſe liberum, & remotum ſervat ab ... delectatione mundi, quamvis licita, ſed non neceſſaria, & omni ſuâ cogitatione, deſiderio, & affectu ... anhelat ad æternum, & ſummum Bonum, quod ...

...i. Sapor mellis judicatur dulciſſimus omnium: ...is erit ſapor Divinitatis, quæ eſt infinita dulcedo, ...nita ſuavitas, communicata Palato animæ, & intimè ...netrans illam?

# CONSIDERATIO XLVII.

## AMOR DEI.

### *In amore proximi.*

NUlla in re ita relucet Amor Dei, ut in amore proximi. Chriſtus aſcendens in cœlum, reliquit ſub... in terra, & vult, ut quod ſibi debemus, præſte... proximo: *Quod mihi debes*, ait apud Auguſtinum, ...ſolve: *& quod huic feceris, mihi feceris.* Conſidera, quantum debeas Chriſto: non unam, ſed centum, & ...e vitas ſi haberes. Has igitur omnes debes proximo ..., cui Chriſtus debitum noſtrum totum transſcripſit, ...tranſportavit; proximo ſolvendum eſt, quod Chriſto debemus.

Cum ergo neceſſitas aliqua proximi tibi occurrit, ...a Chriſtum dicere tibi in corde; *Huic ſolve, quod ...i debes.* Et quid Chriſto debes? omnia: quidquid ..., & quidquid habes: omnia ergo proximo debes ex...ndere.

Conſiderabo ergo meos proximos, tanquam totidem ...tores Chriſti, totidem ſubſtituros, totidem (ut ita di...mus) Vice Chriſtos, qui ſunt in terra loco Chriſti, ad ...genda ipſius credita. O quam male hactenus ſolvi Deo meo! Neſciebam obligationem, quam habui: quia ...tantùm ex Caritate, ſed certo modo ex juſtitia de..., quantum poſſum, ſatisfacere meo proximo. ...abo ergo Deum meum in ſeipſo, amabo eum in ſua imagine; impendam me ſervitio ejus, quantum potuero: præbebo manum proximo, offeram cor Deo.

CON-

# CONSIDERATIO XLVIII.

## AMOR DEI,

### *Amor congregans.*

PRoprium calori eſt, *Segregare, & Congregare:* ſepa-
rare à ſe mutuo res diverſas, & unire inter ſe ſimiles.
Talis eſt vis Amoris Divini: *Separat pretioſum à vili.*
Separat ſpiritum noſtrum ab affectu rerum corpora-
& unit cum Deo ſpiritu incorporeo. Creata eſt anima
cum ſuavi quadam ſympathia cum Deo. *Ambo ſpiritus*
*ambo immortales, ambo perpetui, ambo intellectivi*
S. Thomas, *opuſc.* 61. Hinc anima non poteſt
quietem in alio: & ſi turbulentia paſſionum non
diret, tenderet naturaliter in Deum, tanquam
centrum, & ultimum finem.

O doctrinam cœleſtem! beatus qui intelligit.
Anima eſt ſpiritus, non corpus: quid habet
gotij cum rebus corporeis? *Non magis anima*
*auro, quàm corpus vento.* Spiritus alitur ſpiritu:
anima nutritur Deo. Amor Sancte, amor pure,
grega, & congrega. Separa meum ſpiritum à corpore,
uni cum Deo.

O anima, ama, ſi animas: quare vis dare vitam
pori, & non vis recipere vitam meliorem à
quanto melius eſt amare, quàm animare! Et
impedit amare, *moriar, Domine, ut te*
*moriar, ut amem: & amem, ut moriar,*
ait Auguſtinus.

# CONSIDERATIO XLIX.

## AMOR DEI,

## *Congratulatio DEI.*

*…xcellentiſſimus actus divini Amoris eſt, Complacentia, …audium, & Gratulatio de divinis perfectionibus,* … Dionyſius Carthus. Complacet mihi, Deus …, & gaudeo, quòd ſis, qui es: primum Eſſe in in…entia, potentiſſimus in Omnipotentia, infinitus …ientia, infinitus in bonitate, omnipræſens per im…ſitatem, ſemper durans per æternitatem. Gaudeo, …ſis, qui es: ſumma pulchritudo, ſumma dulcedo, …go omnis boni, Oceanus omnis perfectionis, abyſſus …ſſentiæ, quæ eſt, & eſſe poteſt.

…ed quia Amor amat bonum, quaſi proprium, tan… ſibi conveniens, tanquam propriam perfectio…; dum gaudeo tuis perfectionibus, gaudeo etiam …meis: quia eædem, quæ tuæ, ſunt meæ: tuæ per …ram, meæ per gratiam. Independentia tua, etiam …ea: Omnipotentia tua eſt mea; mea eſt tua pulchri… ac dulcedo, immenſitas, & æternitas: & in ſumma, …o eſt Deus, ac totus Deus, erit & meum, quidquid …o eſt, & omnis divina Perfectio.

Quare, ô meum dulciſſimum Bonum, quando te no…s in S. Scriptura, addere ſoles Sancto Nomini tuo …ſſimum hunc titulum *Tuus*, dicendo, *Ego ſum Do… DEVS Tuus: unus eſt Deus Tuus: adorabis Do… Deum Tuum.* Et vis dicere; Sum Deus tuus, … totum id, quod ſum, tuum eſt; quidquid habeo, … eſt. O verbum dulciſſimum! Siſte, anima, & …pende, quid ſit hoc *Tuum*; & reſponde dicendo cum David; *Tuus ſum ego: Tu totus meus; & ego tuus.*

I CON-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO L.

## AMOR DEI,

### *Sagitta amoroſa.*

APparuit quondam Dominus cuidam Sanctæ, aurea Sagitta in manu, quâ cor ejus perc… reliquit cum eo vulnere tres affectus: 1. tæd… nauſeam omnis creaturæ, 2. deſiderium ingens … pandi, & uniendi ſe cum Deo ſolo. 3. videba… anima ſeparata à corpore, & immerſa nectar… Amoris.

O Sagitta amoroſa, quis mihi dabit, ut à te vu… cor meum? Tunc ſpernerem, quidquid crea… ac deſiderarem ſoli Deo conjungi: & anima m… ſeparata à corpore non ampliùs impediretur ab … Deus meus, amor animæ meæ, non deſidero … quàm vulnerari, & mori; vulnerari à te, mo… vulnus, quod ſanat; mortem, quæ tribuit vitam.

Ecce omnia creata non poſſunt mihi dare q… aut pacem: non habeo, quod aliquid valeat. … quod video: æſtimo ſolum, & unicùm Creator…

Hic ſolus eſt Deus meus, ſolus objectu… amoris, & omnis deſiderij mei.

# SERAPHINI LIBER IV.

## CONSIDERATIO I.

### AMOR DEI,

### *Odium noſtri.*

AMO DEUM meum, non ſolùm quando volo bonum ipſius; ſed etiam quando nolo, & averſor malum ipſius, quod eſt peccatum. Dum igitur odi meipſum, tanquam principium & cauſam peccati, amo Deum. Odium [noſt]rum, fidelis comes Sancti Amoris: Sancti fratres, ex una matre! Quia unus habitus Caritatis eſt utriuſque actus principium, Sancti Amoris Dei; & Odij [San]cti noſtri ipſorum, & peccati. Debeo verò odiſſe [mei]pſum, & proprium corpus, non ſolùm propter peccata præſentia, ſed etiam propter præterita, ut ulciſcar [me]as injurias in Deum patratas.

Ecce Scalam Jacob, ubi Angeli Sancti ſemper Deum [ad]orabant, & aſcendendo in cœlum, & deſcendendo [in t]erram. Ita veri ſervi Dei ſemper ſunt occupati in [Sanc]to Amore Dei, vel aſcendendo per amorem ad [De]um, vel deſcendendo per odium Sanctum erga ſe[ipſos]. Oderim igitur meum corpus, ut infectum halitu [peſti]lente originalis peccati, ac prorſus contaminatum [pravis] inclinationibus, & fomite peccati.

Miſer anima , ubi es ? in quali carcere ? in q
habitatione? Quæ ſemper agit ruinas, cum pe
continuo te perimendi. *Quis me liberabit de c
mortis hujus*? quia ſemper inclinat in mortem
Da mihi gratiam , Domine mi , ut agnoſcam
meum inimicum, & eum tractem, ut talem, ſubm
eum rationi : & ut odio proſequendo meipſum
per magis amem te , ſummum Bonum meum:
ſemper in odio ejus , qui hoc meretur ; & in
ejus , qui dignus eſt amore : odio mei , amo
Deus meus.

# CONSIDERATIO II.

## AMOR DEI,

### *Separat animam à corpore.*

SAnctus ac divinus Amor , non eſt amor qu
que ; ſed eſt amor puriſſimus , & ſpiritua
terminatus in ſummo, & increato ſpiritu, qui
ideo requirit ſubjectum proportionatum, ac
quod eſt anima. Ita divinum oraculum ;
*Deus ; & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & verit
tet adorare. Io. 4.*

Quisquis ergo deſiderat eſſe in numero am
Deum, & admitti ad Scholam Divini Amoris,
ſibi vivendum eſſe, ſicut de S. Paulo dicit Chryſ
*Sicut nuda anima ſine corpore*; ac ſi foret pura
expers corporis : & quaſi anima ejus tantùm a
ſuæ carni , non eam informaret , ſicut Angel
corpore aſſumpto.

Ama igitur, anima mea, Deum tuum: ama
ſpiritu ; ama extra corpus & ſenſus , ama in
totis viribus tuis , ex toto corde , ex omni

ando caro te tentat, *cogita, te eſſe ſpiritum.* tibi cum carne & ſanguine? cur ita vileſcas, omittas te illis: Et ſi ſpiritus es in creatione, es in prædeſtinatione; debes etiam eſſe ſpiritus converſatione, converſando cum ſpiritibus cœle-tis, & amando ac deſiderando bona ſpiritualia, æterna.

# CONSIDERATIO III.

## AMOR DEI,

### *Separat ſpiritum ab anima.*

AMor Dei non habet ſolùm vim, ſeparandi animam a corpore, ſed etiam dividendi ſpiritum ab anima, quâ trahit, ac transfert in Deum partem ſuperiorem ma, quæ eſt intellectus & voluntas, relinquendo em inferiorem in corpore. *Felix diviſio,* ait Gerſon Richardo, *& mirabilis ſeparatio! Quod corpulentum deorſum remanet: & quod ſpirituale eſt, uſque ad con-plationem divinæ gloriæ ſublimatur.*

Hic debet eſſe finis Chriſtiani, hæc tota ejus occu-o, ſeparare ſpiritum ab anima; non permittendo um, partem nobiliſſimam ac digniſſimam, ver-omi; ſed curare, ut aſſurgat in altum. Hinc di-m eſt, nec ſine magna ratione, quòd *anima ſit magis amat, quàm ubi animat.* Quia ubi amat, ibi repe-cum nobiliore ſui parte, intellectu & voluntate; bi animat, ibi eſt tantùm cum parte minùs nobili, ante & vegetante. Surſum ergo, cor generoſum, ad altiſſimum finem, qui Deus eſt, conjunge um tuum ſpiritui Dei tali unione quæ faciat, ut fiat unus ſpiritus: quemadmodum Apoſtolus docet; *adhæret Deo, unus ſpiritus eſt.*

O beatam unionem! quæ ſequitur ex alia ſe-
paratione; quâ ſeparatur ſpiritus ab anima, &
cum Deo. En, ô mi amantiſſime Deus,
conſecro, pro omni tempore & æternitate,
meum ſpiritui tuo, ſpiritum creatum increato,
ram Creatori. Totus intellectus meus occupetur
per in tui ſancta cognitione, & tota voluntas
tuo ſancto amore.

# CONSIDERATIO IV.

## AMOR DEI,

### *Separat ſpiritum à ſpiritu.*

HIc eſt ultimus effectus, & quaſi ſumma
ris divini: quia anima, Deum perfectè
ſic unitur, intimatur, ac transformatur in illo
pelago infinitæ bonitatis, ac dulcedinis Dei,
*noſtra dimittat ſeipſam*: inquit Gerſon. Hoc
dat ſeipſam. & acquirat Eſſe divinum: non
tat propriam creatam eſſentiam; ſed quòd
eſſe permanendo, non cognoſcat, non amet,
tiat aliud, quàm Deum: & ſi cognoſcat,
ſeipſam, cognoſcat & amet in Deo, & ſolum
Deum.

O felix mutatio, & beata converſio! Corpus
vertitur in ſpiritum, ſpiritus in Deum. Corpus,
naturam corporis, induit conditiones, ac pro
ſpiritûs: & ſpiritus creatus, manens creatus,
mit attributa, & perfectiones Dei. Hæc ſunt
opera, & heroica facinora Divini Amoris,
carnem in ſpiritum, & ſpiritum in Deum.
in altera vita plenè perficietur, ubi corpus
penetrabile & immortale ut ſpiritus: Spiritus

tus ad ſtatum gloriæ, erit ut Deus, non per eſſen-, ſed per participationem.

O ſanctiſſime, ac puriſſime Amor, ſentiam, ah ſen-iam in me vim tuæ operationis. guberna corpus, ut ſer-at ſpiritui: rege ſpiritum, ut ſerviat Deo. Corpus et ſpiritum, tanquam ſuam perfectionem: Spiri-amet Deum ſuum, tanquam ſuam beatitudinem, ltimum finem. O quando videbo me liberum, libertate filiorum Dei? quando perfectâ pace, & te gaudebo? ut quidqu d vult ſpiritus, velit & : & quidquid placet Deo, placeat & ſpiritui. note, Deus meus; trahe me ad te: trahe, ut traham. tunc traham ad me carnem, quando ſpiritus meus fue-tractus ad te.

# CONSIDERATIO V.

## AMOR DEI,

### *Finis operum Chriſti.*

*Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut accendatur?* Deſcendi de cœlo, ait Chriſtus, non ob aliud, quàm ut accendam, & inflammem corda hominum igne Divini Amoris. Igne donato à Patre, promerito à filio, applicato à Spiritu Sancto. *Chriſtus meritur & meretur amari: Spiritus efficit, & facit amare,* ait S. Bern. Pater æternus donat Amorem, ſed per merita mortis Filij; & ſpiritus Sanctus applicat eum gratiâ ſuā, ſed propter merita Chriſti.

Si ergo finis operum Chriſti, & fructus meritorum eius, eſt donum Sancti Amoris; idem debet eſſe finis noſter: Sperare propter amorem; fatigari & laborare, ut in divino amore creſcamus; non permittendo, ut tantum bonum: tantus theſaurus ſit otioſus.

Amemus, & petamus perfectionem hujus amo[ris à] Patre æterno, tanquam præmium ex juſtitia deb[itum] meritis Sanctiſſimi Filij ſui: & cùm ſit meritum [in]finitum, etiam infinitum deberet eſſe præmium [Sancti] Amoris.

Vellem amare Deum, quantum Chriſtus promer[uit] eum à me amari: vellem amare eum illâ ſanctit[udine] & perfectione, quam promeruit Sanguine ſuo p[re]tioſo: vellem amare quantum debeo: vellem [ut] omnes partes corporis mei, omnes vires animæ m[eæ] omnes cogitationes, intentiones & affectus, [ad aliud] non ſpectarent, ad aliud non aſpirarent, aliud [non] agerent, quàm ut ſemper, & ubique amarent [te] ultimum finem, ſummum bonum meum; nec vel[lem] vere propter aliud, quàm propter amorem.

# CONSIDERATIO VI.

## AMOR DEI,

### *Ad Exemplum CHRISTI.*

D*Iſce, ô Chriſtiane, à Chriſto, quomodo* [*diligas*] *Chriſtum*, inquit Bernardus. Exemplum, [quod] imitari debemus in amando, eſt perfectiſſimus [amor] Chriſti. *Diſce amare dulciter, amare prudenter, a[ma]re fortiter.* Debemus amare, 1. *Dulciter*: ut [vera] dulcedo, & ſuavitas amoris Chriſti, vincat, & exp[ellat] ex corde noſtro falſam, & apparentem dulcedi[nem] Carnis, & mundi. 2. *Prudenter*: ut non ſolùm [de]ſideremus conſequi Sanctum Amorem, ſed etiam [ar]ripiamus media proportionata, & efficacia ad con[ſe]quendum. 3. *Fortiter*: non cedendo, ſed reſiſten[do] viriliter omnibus rebus contrariis quæ impediunt [San]ctum Amorem.

O ſi eſſet omnino ſanum palatum animæ meæ, [...]m dulcis cibus ei foret Amor Divinus? cibus ſua[...]imus, ac digniſſimus ore Dei: cibus felicitatis [...]næ Beatorum: cibus, continens in ſe ſuavitatem [...]nis ſaporis. *Memor fui Dei, & delectatus ſum.* [...]ficit una memoria Dei, unus aſpectus Divinæ pul[...]tudinis, ut ſubitò repleatur anima, omni delecta[...]one & gaudio. Sed nota, quid promiſerit Propheta: [...]nuit *conſolari anima mea.* Ecce cauſam conſolationis [...]iæ, quia renuit conſolari in creaturis, ideo meruit [...]ſolari in Creatore. O conſolationes terrenæ, quanto [...] bono privatis?

Ecce, Domine, coram tua Divina Majeſtate, [...]matus & corroboratus Divinâ gratiâ tuâ, facio [...]poſitum firmiſſimum, & inſeribo illud cordi meo [...]racteribus indelebilibus, quod ab hac hora, ab hoc [...]mento, repudio, abnego, deteſtor omnes conſo[...]iones, (etiam licitias, ſed non neceſſarias) quibus [...]ſim gaudere in creaturis, volo autem ac deſidero [...] illas, quibus gaudere licet in ipſo fonte omnis de[...]ctationis, qui eſt Creator illarum: volo Sanctum [...]ocem & verum gaudium, quod derivatur ab illo; [...]oc mihi ſufficiet, & cum hoc vivam in pace, bea[...]s & felix.

Annotatio. *Vide dulcedinem, prudentiam, fortitu[...]em CHRISTI in cruce, ac tota reliqua paſſione ac [...]a.*

# CONSIDERATIO VII.

## AMOR DEI,

### *Docta ignorantia.*

O *Timothee, linque ſenſus, & intellectuales opera*
*& omnia ſenſibilia, & intelligibilia; ut*
*jungaris, qui eſt ſuper omnia,* ait S. Dionyſius. Si
ras invenire Deum, & illi uniri, debes tranſcend
mnes creaturas, omnia objecta ſenſuum &
& ſic Deus, qui eſt ſuper omnia, reperietur
omnia. Hæc eſt vera ſapientia, non cognoſcere
ut rem creatam, ſed ſuper omne creatum.

Exemplo ſit Sancta Sponſa, quæ dicit; *Paul*
*cùm pertranſiſſem eos* (S. Angelos) *inveni, quem*
*anima mea. Cant.* 3. Et nota cum Bernardo, quod
met Angeli doceant nos, non apud ſe conſiſt
aſcendere ſupra ſe ad Creatorem. *Tranſivit*
*ab illis: quia non prædicabant ſeipſos, ſed Dominum*
*Chriſtum.* Optimum documentum, non trahere
rem ad ſe, ſed per ſe ad Chriſtum, prædicando
ipſos, ſed Chriſtum. Ideo ſumus Viatores: *Sumus*
*ſumus in motu, ſumus in tranſitu creaturarum,*
quendo creaturas, & noſipſos, quoad cogn
affectum inordinatum.

O felix tranſitus! ô beatum iter! *Tranſi, & in*
tranſi creatum, invenies increatum. *Tranſi, & r*
tranſi mutabilitatem creaturarum, & requieſc
mobilitate Creatoris. Tranſi terrenum, & hum
invenies cœleſte ac divinum.

Annotatio. *Hæc eſt contemplatio per negatione*
*Auguſtinum* Solilog. *c.* 31. *n* 3.

# CONSIDERATIO VIII.

## AMOR DEI,

### *Aſpiratio ad cœlum.*

Ubi cor, *ibi oculus.* Ubi affectus cordis, ibi oculus cogitationis. Amor ad cœlum aſpirat; quia in cœlo eſt ejus theſaurus: in cœlum erigit affectum; quia in cœlo figit ſuum obtutum. O Domine, *adveniat regnum tuum*, regnum cœlorum, regnum gloriæ, regnum perfecti amoris. Sumus in regno gratiæ, ſed non ſufficit ad hoc, quod convenit tibi: non ſufficit ad noſtram pacem & quietem, & *ut gaudium noſtrum ſit plenum.* Aperiatur aliud regnum gloriæ. *Oſtende mihi faciem tuam. Cant. 2.*

O Deus meus, quando erit, ut non amplius celatam ſub figuris creaturarum, ſed revelatam in proprio lumine tuo, ſine medio, videam Divinam faciem tuam? Sonet vox *tua in auribus meis.* Quando ero dignus audire vocem tuam, quâ me invites, ac voces ad te?

Quando mihi dicetur illa dulcis, ac divina vox *Veni*? Veni de terra ad cœlum, de tempore ad æternitatem, de creaturis ad Creatorem. Veni ad Patrem tuum, ad Deum tuum, ad finem tuum. *O veni, veni!* Statim reſpondebo, *Venio*, venio ſine dilatione, ſine mora venio, promptus & alacer. Venio ad meum finem, ad meam patriam, ad habitationem meam, ad centrum meum; ut requieſcam, & laudem Deum meum, & ſuam Sanctiſſimam Matrem in æternum.

# CONSIDERATIO IX.

## AMOR DEI,

*Prototypum noſtri amoris.*

DEUS in ſe nunquam eſt otioſus, ſed ſemper ... ratur. Cognoſcendo & amando ſeipſum, ge... Verbum, & ſpirat Spiritum Sanctum. Tres ... Perſonæ in ſtatu feliciſſimo ac beatiſſimo vivunt ... immenſo & infinito gaudio. Lætantur ſuis per... nibus increatis, creatis, & creabilibus. Talis eſt ... Dei: Similis ei debet eſſe noſter. Intus ne ſit ... ſed quantum poteſt occupetur ſemper anima. 1 ... gnitione, & altiſſima æſtimatione Dei: 2 ... profundæ cognitionis procedat ignis Sancti Amo... 3. Amori conjungatur gaudium, quo gaudeam... lætemur Deo perfectionibus Dei, & ipſamet gaud... Gaudium Dei ſit noſtrum gaudium: felicitas De... ſtra felicitas: beatitudo, & omne bonum Dei, ... beatitudo, & omne bonum noſtrum.

Intra igitur, anima, in infinitam abyſſum lum... cognitionis increatæ Dei: & ibi diſce Deum co... cere. Penetra in illud incendium infinitum a... Dei; & videbis quomodo, & quantum debeas ... Deum. Immergere in immenſum illum Oceanum ... tionis, & gaudij Dei; & nota quomodo debeas de... in Deo. Diſce à Deo, quomodo ames Deum: ama D... ſicut Deus: ama ſemper, ama conſtanter, ama D... & omnia propter Deum.

O prototypum divinum Amoris increati Dei, am... immenſi, amoris infiniti, amoris æterni! Ah un... radium tui Solis, unam ſcintillam grandis illius ... unam guttam illius maris immenſi; & ſufficit mihi ... quod jubes, & jube quod vis. Jubes ut amem ... da mihi amorem, quo amem te.

CON

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO X.

## AMOR DEI,

### *Raptus Divinus.*

QUi deſiderat rapi in tertium cœlum', ſicut Apoſtolus, accipiat pro duce, & magiſtro Sanctum Amorem, qui *eſt vis rapiens ad cœleſtia*, eſt violentia, eſt manus ſupernaturalis, quæ ſublevat animam de terra, & rapit eam, unitque ſummo bono, & ultimo fini Deo. Non deeſt in hoc divino raptu abſtractio à ſenſibus, & terrenis ſi non uſu, certè abuſu, atque defectibus.

Proprium eſt animæ, factæ ad imaginem Dei, rapi ad divina, ait S. Thomas: ut modo, non quidem naturali, ſed ſupernaturali, trahatur & rapiatur in Deum. *Trahe me, Domine; rape me, Domine.* Opus eſt hoc gratiæ tuæ, effectus amoris tui, amor Sanctus, amor rapiens; amor qui dividit; amor, qui ſeparat; amor, qui rapit. Et quid ipſe amor cœleſtis? *Sum raptor cordium*, raptor & prædator affectuum, appetituum cordis. O felix præda, beata prædatio, beatum prædari! Sit præda tua cor meũ, Deus meus: totum tibi conſecro, totum dono.

Atque hinc intelligas excellentiam Sancti & puri Amoris. Quid facis, quando amas? *Rapio, & rapior*, prædor, & præda fio. Prædatio eſt duorum cordium; præda mea cor Dei, præda Dei cor meum.

Quis ergo non amaret, quis non pateretur, quis non moreretur propter amorem? Iterum rogo Deus meus, *trahe me ad te, & trahe me, rape me ad te in vinculis caritatis*, dulcibus laqueis Sancti Amoris! & hæc ſola ſit omnis petitio mea.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XI.

## AMOR DEI,

### *Contemplatio perfectiſſima.*

QUi fideliter & conſtanter exercet ſe in Amore, elevatur paulatim ad altiſſimum gradum ... nis, & contemplationis, qui vocatur à Sanctis ... *tio præſentia Dei*, *Oratio unionis*, *Oratio* ... *Oratio ſilentij*, *Oratio caritatis & amoris.* ... dum anima per ſimplicem operationem intel... abſque diſcurſu apprehendit infinitam pulchri... nem, dulcedinem & caritatem Dei, Voluntas ... & complacet ſibi in illo objecto, & circa illud ... actus virtutis exercet: Præcipuè duos, Carita... Humilitatis.

*Ora amanter in caritate*, docet Auguſtinus: ... *pauper in ſancta humilitate*, adjungit Gerſon. ... amando, ora meditando: ora exaltando magni... nem Dei, ora humiliando ac deprimendo pro... vilitatem: ora ut dives in Deo, ora ut mendi... teipſo: ora ut civis cœli, ora ut peregrinus terræ ... terra ora cum pace paſſionum; ora cum quiete ... tatum. Voluntas ſola, ut regina, negotietur cu... reliquæ facultates, ut ancillæ, ſervent ſilentium ... ceant. *Felix hora, brevis mora*, tempus feliciſſimum ... breviſſimum. Quia pondus corporis corrupti... primit animam digna ſe cogitantem.

Quando, Domine, liberi & expediti à corpore ... tis, erimus ſemper uniti principio vitæ? Quando ... aliud agemus, quàm ut amemus? Quando tu eris ... *in omnibus*, & Amor omnis occupatio? Quando ... demus in montem, ubi Deus celebrat ſumptuo... convivium, quod nunquam habebit finem? ... *amemus, & volemus*: amemus Deum, volemus ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…m defecerit affectus, non ideo deficiat exercitium …tum.

# CONSIDERATIO XII.

## AMOR DEI,

### *Docet odiſſe.*

DUm Virgo Deipara inter alias Virgines Deo ſer-viret in templo, três gratias in particulari petebat … Deo. 1. amandi Deum perfectè, & ſuper omnia. 2. … imum, ut ſeipſam. 3. odio habendi inimicum Dei, … eſt peccatum. Quia magnum ſignum eſt, quòd … rè diligat amicum, ſi oderit omnes inimicos illius. … qui amat Deum, debet odiſſe ſeipſum propter pec-… quæ inimica ſunt Deo.

Magno ſolatio erit nobis in doloribus, & ærumnis … hæc cogitatio: Chriſtus eſt meus verus ami-…: Corpus meum eſt inimicus Chriſti: Valde igi-… Chriſto placet, cùm videt ſuum inimicum affligi. … Sancti in doloribus, & infirmitatibus proprij … ris gaudebant; & multo magis in morte: quia … ebatur, & moriebatur unus ex hoſtibus Chriſti. … capit hanc veritatem dici poteſt inveniſſe venam …: quia gaudet pati, invenit delectationem in dolo-…, vitam in morte: nec ſentit proprium dolorem, … ſentit delectationis Chriſti. O Sancte Amor Dei, … ce me hanc doctrinam, ut odio ſancto proſequar … pſum, gaudeam in patiendo, gaudeam delecta-… ne Chriſti. Vellem hoc odium nunquam deficere, … durare uſque ad mortem, irreconciliabile, & ſine … cis.

Cogita, quomodo Mater Dei oderit hunc inimi-…, non in propria perſona, quæ tota pura fuit, & … maculata, ſine labe omnis peccati: ſed oderat pec-

catum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

catum in ſeipſo, in propria ejus culpa & malitia: tantùm in ea creſcebat hoc odium, quantum creſcebat amor Dei. Hoc eſt igitur officium, & exercitium veri ſervi Dei, amare Chriſtum in odio ſui, & odiſſe ſeipſum in amore Chriſti, dicendo, Amo Chriſtum in odio mei, & odi meipſum in amore Chriſti.

# CONSIDERATIO XIII.

## AMOR DEI,

### *Pulchritudo animæ.*

SIcut is, qui magis accedit ad lucem, ipſe fit lucidior: ſic anima, quo per vim amoris propius accedit ad æternam pulchritudinem Dei, hoc ipſa fit pulchrior. *Ex ipſa luce lucida redditur,* ait Theodoretus. *Accedite ad eam, & illuminamini:* accedite paſſibus amoris ad lucem divinam, & ab ea fietis illuminati, pulchri, & opulenti. Corporea pulchritudo, quæ tanti fit in mundo, eſt pulchritudo imperfecta, defectuoſa, & ſterilis: aliud non habet, quàm ut parùm ſenſum oculorum oblectet. Sed ſpiritualis pulchritudo animæ, quæ eſt Gratia, eſt pulchritudo copioſa, fecunda: non eſt ſolùm pulchritudo, ſed etiam ſimul divitiæ, opulentia, magnitudo, & omne genus perfectionis ac boni.

*Pulchra dilectio*, dicitur *Eccl.* 24. Bene tibi convenit ô Sancte Amor, honeſtum hoc nomen Pulchri & Formoſi: quia pulchros & formoſos facis tuos amatores, qui te poſſident. O pulchra pulchri! pulchra es Caritas Sancta, vivum exemplum pulchri præ pulchris omnibus, eſt *ſpecioſus præ filiis hominum.* O quàm pulcher eſt dilectus meus, & decorus: pulcher in Humanitate, decorus in Divinitate!

O m

O me beatum, ſi non haberem oculos ad aliud, …ad videndam & contemplandam divinam Pulchri-…tem, ac cæcus eſſem ad omnem creatam pulchri-…tem! *Ad ſolam Dei pulchritudinem contemplandam …m dirigerem, & in ceteris omnibus cæcus eſſem!* S. Nyſſenus. Unde ſequitur, quàm verum ſit illud …dorum; *Qui multoculus eſt, cæcus eſt: & qui uno-…, videns eſt:* qui habet multos oculos ad videndas …tas, eſt cæcus: qui habet unum oculum ſolùm …dendum Deum, bene videt.

# CONSIDERATIO XIV.

## AMOR DEI,

### *Paradiſus animæ.*

CAritas Dei facit jucundum paradiſum, non modò in cœlo, ſed etiam in terra, ei qui ipſam poſſidet. …ſi paradiſus conſiſtit in clara viſione Dei, Caritas …perat Fidei, ut videat & contempletur magnitu-…em Dei. Paradiſus eſt totalis amor & poſſeſſio Dei: Caritas etiam in terra non aliud poſſidet per amorem, …infinitam Bonitatem Dei.

Paradiſus eſt *expletio deſiderij, plenitudo gaudij, ſecu-…beata.* Similia facit Caritas in terra: non ſuper-…aliud quod deſideret in bonis creatis: Gaudet pace, …bilo cordis majore, quàm poſſit in hac vita gu-…: reddit animam quodammodo ſecuram de ſa-…, pulſo procul omni timore. Quia nonnunquam …ummi gaudij felicitate fruitur, *ut dejectione timoris …quatiatur,* inquit S. Gregorius: ſic inebriatur de …Divinæ dulcedinis, ut videns tantum Dei favorem …tare non poſſit, quin ſuo tempore ſit perventura ad …tudinem ejus.

O jucundum paradiſum, quàm parum cogni[...] mundo, quanto minùs æſtimatum! Redit [...] antiquus, & peſtilentibus ſuggeſtionibus iteru[...] tur nos indè expellere, & omni ope nos vincer[...] Adamum. O beate paradiſe, amo te in terra, ut[...] gaudere te poſſim in cœlo.

# CONSIDERATIO XV.

## AMOR DEI,

### *Amor violentus.*

QUatuor ſunt effectus amoris violenti & [...] *Vulnerat, Ligat, Enervat, & Necat: vulnera[...] ctionem, ligat cogitationem, enervat actionem, [...] vitam*, ac Richardus. *Et in primo affectu notatu[...] excellentia, in ſecundo vehementia, in tertio [...] quarto ſupereminentia.*

Hæc iunt opera, quæ faciunt Amorem vi[...] ac triumphatorem cordis, quod poſſidet: qu[...] ſpoliat, privat, mundat, mutat, transformat. [...] rando potitur affectu, ut aliud amare non p[...] gando imperat cogitationi, ut aliud cogitare [...] ſit: enervando perimit vires ad mundana [...] natur facultatibus, ut aliud operari non p[...] pro Deo: occidendo victor triumphat, [...] dio, tædio & anguſtiâ vitæ præſentis, ut ani[...] utile & jucundum mori pro eo, qui antea m[...] pro ipſa.

Quid ſupereſt? ſacrifico me totum violento [...] Amoris: affectum, cognitionem, vires, a[...] Affectus non eſt amplius meus, cogitatio eſt Dei, [...] eſt ancilla gloriæ Dei, vita abſorpta in m[...] non vivit ut vivat, ſed ut longâ morte conſumatur.

CON

# CONSIDERATIO XVI.

## AMOR DEI,

## *Suavis Dei amplexus.*

*...anima; quæ in Chriſti recumbit pectore, & intra ...i brachia requieſcit!* inquit S. Bernardus, dicere ...cum Sponſa; *Læva ejus ſub capite meo, & dextera ...amplexabitur me*, vel ut alij legunt, *amplexatur me.* ...on cogito, aliud non deſidero, quàm vivere & ...inter brachia mei Amoris.

...am conſolationem ſentit cor hominis Chriſtiani, ...o conſiderat illa verba divini oraculi; *Aſcen- ... auxiliator tuus; habitaculum ejus ſurſum, & ... brachia ſempiterna? Deuter. 33.* Quid cogitas? ...bitas? quid times? Adſtat Rex cœli ad tuam ...dium ac tutelam: & licet habitet in ſeipſo, in ſua ...tate & æternitate; nihilominus extendit brachia ...potentia, & immenſa ad te, ut amplectatur, ſtrin- ...& cuſtodiat te.

*...Aſcenſor cœli*, Creator univerſi, tu es protector ..., tu meus Amor, tu meus Conſolator. Ubi eſt ...atio tua? *Habitaculum tuum ſurſum*, in cœlo, ...ſo: idem erit & meum. *Et ſubter, brachia ...terna.* Infra cœlum etiam exerces tuam divinam ...identiam. Ecce me totum conicio in potentiſ-..., & amoroſiſſima brachia tua. *Ne permitte me, Domine, ſeparari à te.* Inter brachia tua & vivere volo, & mori concu-piſco.

# CONSIDERATIO XVII.

## AMOR DEI,

*Telum ſaucians , & iterum ſanans.*

QUàm decorum , à Caritate vulnus accipere quidem Deus Sagittarius eſt, inquit Origenes *in Cant.* Ecce cor meum expoſitum : transfige Domine, dulci ſagittâ tui amoris. Beatum me, *tuæ intra me ſunt* ! miſerum autem, *ſi ultra me* prætereunt, neque figuntur in me!

*Nudemus membra noſtra bono vulneri, nudemus ta electa* , ut hortatur Ambroſius *ſ. 5. in pſal.* profeſſionem , & obligationem hominis Ch tenere cor apertum, & clauſum : apertum ſagit clauſum ſagittis Diaboli. Tunc erit clauſum, *erit ſcuto Fidei munitum.* O Deus amoris, amoroſe, *Sagitta tuæ acutæ* ( *populi ſub te cadent* *inimicorum Regis. pſ. 44.* infigantur tuæ ſagittæ inimicorum tuorum , ut fiant amici. Potent ſunt ad expugnanda corda quæcunque.

*Sagitta me , Domine : ecce me tanquam ſ ſagittam.* Amo tuas ſagittas , etiamſi emittan vindictam, & inferant dolorem ; quia per ea ad amorem , procedunt ab amore, & pro fine habent amorem.

CON

# CONSIDERATIO XVIII.

## AMOR DEI,

## *Amor Fidei.*

Bernardus tria genera dilectionis diſtinguit *ſ. 5.* in Cant. *Eſt*, inquit, *affectio , quam caro gignit,* ...ratio regit, *quam condit ſapientia. Prima dulcis,* ...pe: *Secunda ſicca, ſed fortis: Tertia pinguis &* ... Et concludit, quòd ſecunda ſit media inter ...am & affectuoſam. Ac poteſt hæc media ſem... ...tari à nobis cum gratia Dei longè faciliùs, ...certa? nam facilè mutatur affectus, ſed veritas ...diutius durat, & in promptu eſt, quando ope... ...m eſt.

...mo ergo ſe excuſet, quòd non amet, non ope..., quia inveniat ſe aridum, & ſiccum: quoniam ſi ...gationi non faveat aura ſuavis, & affectuoſa Spiri... Sancti; juvabitur nihilominus à pharo & lucerna ...æ Fidei: cujus ope poſſit pervenire uſque ad for...tas Inſulas Beatorum. Currendum eſt ergo, ne ...iam ceſſemus âmare, cum tam ſecuro certòque ... Sanctæ Fidei, quæ docet in omni ſtatu, ...n ariditatis ac deſolationis, Deum eſſe ſummum ...um, & infinitè amabilem: ac proinde amandum ...ò.

... ergo Fides judicat, Deum ſemper eſſe amabilem, ...c Caritas eum ſemper amare. *O affectio Sancta, ... fortis!* Sicca ab affectu, fortis ab intellectu. ...*us, Deus meus*, ſemper, & in omni tempore ac ...tu. Verus amor non eſt ſolùm, qui dulcis eſt affectu; ſed etiam is, qui fortis à Fide.

# CONSIDERATIO XIX.

## AMOR DEI,

### *Amor Magiſter.*

DUæ ſunt lectiones, quas animæ quotidie
Sanctus Amor; *dulcoris*, *& doloris*:
gionis ac deſolationis. Dulcem facit amor
tia, amarum abſentia. *O adeſſe, ò abeſſe*
*ad majus ſolatium, ſecundum ad majus meri*
Bernardus *ſ.* 46. O præſentia, ò abſentia
Boni dilecti vivificat animam, ac ſolatur;
mortificat eam: præſentia eſt occaſio majoris
abſentia majoris meriti. *Præſentia jucundior,*
*ſentia utilior.*

*In præſentia anima delectatur in Deo: in abſentia*
*delectatur in anima.* S. Bern. *ſ.* 8. *de flamma*
Hinc dicebat B. Joannes de Alvernia: *Magnum*
*tavi, & reputo, abundare de Deo: ſed majus*
*reputo, ſcire penuriam pati de Deo.* Æſtimo conſol
ſed pluris facio tribulationes, quando ad im
Jobi tolerantur pro Deo.

Dulcis Magiſter, Amor, vera eſt tua doctrina
largire vires, ut eam exerceam. Amabo me
rem, ſed ubi ipſe me amat, ſcilicet in Cruce.
Deum meum, ſed inter clavos, & ſpinas. Ama
Bonum, ſed inter dolores. Hæc eſt lex am
amare ſicut amaris, reddere dolores doloribus,
cruci, mortem morti. Deus tuus te amat mo
vis tu redamare illum fruendo
deliciis?

CO

# CONSIDERATIO XX.

## AMOR DEI,

### *Amor communicativus.*

Quàm abundanter Christus animæ communicetur, apertè colligitur in S.S. Altaris Myſterio. Quia ...gendo nobis ſuam carnem in cibum, largitur etiam ...initatem ſuæ carni unitam. Sicut ipſemet ex-...ſſè dixit. Io.17 *Pater Sancte, claritatem (id eſt, Divi-...tem) quam dediſti mihi, dedi eis.* Et addidit, quo-...do; *Ego in eis, & tu in me*, quia ego ſum in eis ...unionem Sacramentalem, tu in me per unionem per-...tem.

...Et fundamentum, & primam originem omnis noſtri ...: *Ego in eis.* Christus in nobis, 1. donando nobis ...corpus, cum Sanguine, & Vulneribus. 2. Animam ...ſua Gratia, Virtutibus & meritis. 3. Ipſam Divi-...tem.

Christus in nobis? O Amor divine, Amor munifice! ...d ſupereſt tibi, quòd nobis largitus non ſit verè? ...Sanctiſſimo Sacramento extrema feciſti: & propter-...tuum deſiderium meum eſſe debet, ut fruar hoc ...o: totus affectus, ut amem hunc panem vitæ. ...grandium, cibo Seraphinorum, cibo Dei. ...o carnem iſtam Deificam, purifico me in ſanguine ...o vivifico, aſpiro ad ultimum, & ſupremum Bonum Divinitatis iſtius, in qua habeo eſſe, operationem, & vitam.

# CONSIDERATIO XXI.

## AMOR DEI,

## *Amor dans mortem, & vitam.*

SIgnum animæ amantis eſt, mori & viven… mori in ſe, vivere in eo, quod amat. Un… definitur à Sapientibus; *Deſiderium animi mor… viventis ſimul*: morientis in proprio corpore, … in corpore rei amatæ.

En tibi exemplum in Sacra Sponſa: quæ … grabat amore Sponſi ſui Chriſti, palàm pro… *Amore langueo*, vel ut legunt LXX. *Vulnerata* … *ego ſum*, ubi legunt alij; *Occiſa caritate, mortua … ego ſum. Cant.* 2. Non ſolùm vulnerata carita… ciſa, & mortua in me. Ecce Amorem, qui occi… & vivificat: dat mortem & vitam: occidit aman… vivificat eum in amato.

Si hujus cauſa petatur, reſpondet Auguſtinu… *anima amans ſuis renunciat affectibus, & … cumbit amori.* Non patitur ſecum alium … vult eſſe ſolus, excludit omnem aliam vitam … lùm vivit in objecto, quod deſiderat, & amat. … eſt anima amans: cogitatione & affectu … *atque elabitur à ſeipſa, ut Deo fruatur ad juc… tatem*: ut intret in Deum, & gaudeat … gaudio perfecto.

# CONSIDERATIO XXII.

## AMOR DEI,

### *Amor inter ſpinas.*

ANima, quæ vivit in Amore Dei, eſt *ſicut lilium in-ter ſpinas, Can. 2.* Spinæ ſunt culpæ, quantumvis ...es: ſpinæ ſunt pœnæ, ſunt tentationes, ſunt motus ...dinati paſſionum. *Donec in carne eſt anima, inter ... profectè verſatur,* inquit Bernardus ſ. 8 quamdiu ...at in corpore mortis hujus, circumdatur ſpinis. ...*eſt totus mundus ſpinis* ab omni parte.

O ſpinæ mundi amaræ! Vis, tibi dulceſcant? Per-...s in ſpinas Chriſti; quod facies, ſufferendo ſpinas ...di amore Chriſti: & tunc ſpinæ mundi erunt ſpinæ Chriſti, cùm ſufferentur pro Chriſto. O dulces ſpinas, ...*capite ſpinoſo*, in ſocietate ſpinarum Chriſti! Li-...m non deficit inter ſpinas, ſed inter eas naſcitur, & fit pulchrius: Sic non debes animum deſpondere ...cruce, ſed in ea vivere, & in perfectione ſemper magis ...ficere.

Amabo igitur ſpinas, flores paradiſi: amabo ſpinas, ...æ aculeum perdiderunt in capite Chriſti: amabo ...nas, quæ, etſi parumper pungant carnem, tamen ...ant ſpiritum. Inter ſacras has ſpinas *& vivere cupio, & mori deſidero.*

# CONSIDERATIO XXIII.

## AMOR DEI,

### *Oriundus à DEO.*

SAncte Amor, Divine Amor, *quibus es ortus natalibus?* Divinis, quæ tua origo? Divina *Quis locus nativitatis?*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Deus.* Quæ patria? Deus. *Ibi natus, ibi alitur* [illegible] *vectus.* Natus in Deo nutritus in Deo, augmentum [illegible] perfectionem capit à Deo: ac tantum quidem [illegible] tum & perfectionem accipit, quantus eſt ejus [illegible] nitor, Deus. Eſt igitur Amor infinitus, amor imm[illegible] amor æternus & immortalis: quia ſimilis ei, [illegible] ſuum Eſſe accepit, qui Deus eſt, ſine fine, ac te[illegible] neque loco ſubjectus, nec tempori, nec morti; ſe[illegible] per durans, ſemper vivens in æternitate ſuæ glo[illegible] ſuæ beatitudinis.

Hæc eſt cauſa, cur amor *nulli, niſi Deo,* [illegible] *Deum debeatur,* teſte S. Bernardo, *de dignit. am.* [illegible] de ſolo Deo naſcitur, & in Deo ſolo invenitur. Q[illegible] igitur amat, & Deum non amat, verè non am[illegible] pitur in amando; putat ſe amare, ſed non amat [illegible] non vero amore, ſed fallaci & apparente.

Maneat ergo ſtabilita hæc veritas; Si ego n[illegible] non vivo: quia vivere animæ eſt amare. Ut [illegible] & amem, nolo alium amorem: eligo ſolum [illegible] Amoris mei, Boni mei, qui ſolus eſt Deus.

# CONSIDERATIO XXIV.

## AMOR DEI.

### *Gladius victor.*

MIlites Salomonis *Cant. 3.* portabant gladi[illegible] *femur ſuum.* Per hunc gladium intelligo [illegible] Amorem Dei, gladium amoris. Ut Richardus [illegible] Qui geſtandus eſt ad latus, ſcilicet ſupra appeti[illegible] ſitivum, ut mortificetur, cohibeatur, vinca[illegible] digatur in ſervitutem ſpiritus. Gladius ſuper [illegible] non ſub femore. Amor Dei debet eſſe ſuperior [illegible] non inferior: debet dominari, non illi ſubeſſe.

Chriſtus Dominus noſter dedit hujus [illegible] dum *pulchritudine Divinitatis ſuæ opera carnem* [illegible]

ῖur, ut loquitur S. Gregorius *ep.*140. amore ac deſi-
rio pulchritudinis æternæ, ac Divinitatis ſuæ, ſupera-
re omnem alium amorem, omne deſiderium pulchri-
tudinis terrenæ. Beatus, qui cuſtodit lectum animæ ſuæ,
armatus hoc gladio divini Amoris: quia hoc facilè vin-
cet, ac debellabit omnes ſuos inimicos.

O gladius victor! tu ſolus triumphas in cœlo, tuæ victoriæ ſolæ æternùm cantabuntur à cœleſtibus Cantoribus: hæc ſola vox reſonabit in plateis cœli; Vivat Sanctus Amor, vivat Amor Divinus. Vivat, vivat Amor, qui Deum fecit hominem, & hominem Deum; vivat, vivat Amor, qui Matrem Dei fecit Virginem Sanctam Mariam.

# CONSIDERATIO XXV.

## AMOR DEI,

### *Odor ſuaviſſimus.*

AMor Dei in Sacro Cantico comparatur odorato fumo incenſi. *Sicut virgula fumi*, dicitur *Cant.*2. quia ſicut thus incenſum, cùm adoletur, parte ſui craſſiore manet in terra, ſubtilior autem evaporat in altum: ſic anima amans, accenſa igne Sancti Amoris, corpore quidem habitat in terra, ſed cogitatione & affectu ſuſpirat ad Deum, moratur & regnat in cœlo.

O Sancte Amor, odor ſuaviſſime odoratui Dei! frequentia hujus odoris maximè ſentitur in oratione devota & fervente. *Aſcendit fumus incenſorum de orationibus Sanctorum. Apoc.*8. O Sancta occupatio, *orare & amare*! Amor accendit orationem, & oratio nutrit amorem.

Omnes virtutes ſunt odoriferæ coram Deo. *Habent omnes colores ſuos, habent & odores*, ait Bernardus *ſ.*71. *in Cant.* Sed ſuper omnia ſuaviſſimum odorem exhalat Caritas. *Eſt odor mortis in mortem* peccatis & ſenſui;

quia

quia ubi regnat Amor Dei, non regnas peccatum. E[illegible] *odor vitæ in vitam*: quia dat vitam ſpiritui. Nam[illegible] tus amore vivit, amore nutritur. O amorem odoriſ[illegible], odorem vitæ in vitam, odorem vitæ, qui dat vitam & veram, æternam vitam!

# CONSIDERATIO XXVI.

## AMOR DEI,

### *Intrepidus in ſperando.*

NOn timet Sanctus Amor, neque diffidit de præ[illegible] propter ejus magnitudinem: quia confidit [illegible] gnitatem pretij, teſte Bernardo, *ſ. 26. in Cant.* Si [illegible] geris, quanta ſit gloria cœleſtis, reſponde, Infinita. [illegible] nitus ergo eſt etiam valor ac pretium.

Ad emendam gemmam pretioſam duo tantùm [illegible] neceſſaria; Pretium æquivalens, & ut hoc noſtrum [illegible] Neutrum horum deeſt nobis ad comparandam gem[illegible] gloriæ: quia pretium Sanguinis, & mortis Chriſti [illegible] finitæ dignitatis; & eſt noſtrum, nobis datum ac do[illegible] *Filius datus eſt nobis. Iſai. 9. Nemo igitur deſperet: [illegible] dicat, Ibi non ero, Habemus ſanguinem Chriſti, [illegible] mortem Chriſti,* ait Auguſtinus. Nemo cauſam [illegible] minùs certò, & ſecurè ſperandi gloriam æternam: [illegible] Sanguis, & Mors Salva[illegible]is ex noſtra parte ſecuram [illegible] reddit. *Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo* eſt tota mea [illegible] ac fiducia. Spero per ipſum, propter ejus merita: [illegible] cum ipſo, per ejus auxilia: ſpero in ipſo fieri beatus [illegible] ejus aſpectu.

Quid mirum, ſi intrepidè incedas, Amor Sancte[illegible] Victoria tua eſt, corona in manibus tuis. Video[illegible] mihi jam audire applauſus, & lætas invitationes C[illegible] vium cœleſtium, qui te vocant, & invitant ad gaudia æterna. Ama; anima mea, ſpem tuam. *Spes noſtra Chriſtus. Coloſ. 1.* ama tuam fiduciam. *Fiducia noſtra Ma-ria* dicunt Auguſtinus & Bernardus. Ama JESUM, ama

in MARIAM. Spera in JESU, ſpera in MARIA.

# CONSIDERATIO XXVII.

## AMOR DEI,

### *Requies in Cruce.*

*IN lectulo meo quæſivi, quem diligit anima mea: quæſivi illum, & non inveni. Cant. 6.* Non invenitur Sanctus Amor Chriſti *in lectulo meo*, qui eſt lectus mundi, cubile deliciarum: Sed in lectulo Chriſti, qui eſt lectus Sanctæ Crucis. *Dulcis lectulus, Crucis Chriſti lignum: in hoc ego naſcor, & nutricor, creor, & recreor,* ait Abbas Gilbertus ſ. 2. *in Cant.* O quàm dulcis eſt lectulus Crucis Chriſti, in quo Sanctus Amor naſcitur, nutritur, accipit conſolationem, & ultimam perfectionem. *Suaviſſimum mihi cervical, bone IESV, ſpinea illa capitis tui corona,* ubi requieſcit ſpiritus meus.

O quot ſunt, qui quærunt, & non inveniunt? quia quærunt in lecto mundi, non in lecto Chriſti. *Quæram te, Domine,* ſicut quæſiverunt & invenerunt Sancti tui, per mortificationem, tam internam animæ, quàm externam corporis. *Quæram te, Domine,* ſicut quæſiverunt, & invenerunt te Sancti Martyres tui, per martyrium, tormenta, & mortem. *Quæram te, Domine,* ſicut quæſivit, & invenit te Sanctiſſima tua Mater, in gaudio perfecto Sanctiſſimi, ac divini beneplaciti tui.

O bone IESV, *ſine fine amandus, & ideo ſine fine quærendus,* Auguſtinus in pſ. 104.

CON-

# CONSIDERATIO XXVIII.

## AMOR DEI,

### *Impreſſio amoroſa.*

SI quis abſque medio, & obſtaculô ſiſtat ſe Soli, ... lucidus planeta largiter ei radium ſuæ lucis ... fundit, & imprimit. Idem evenit animæ; quæ ... humilitate, & reverentia, & cum attenta conſide... tione ſe ante Deum conſtituit; ſubitò Divinus ... tor amorem ei ſummæ ſuæ Bonitatis infigit. ... hic eſt modus accendendi cor noſtrum Sancto, ... no amore.

Ecce me, ſumme Deus conſtituo me coram te, con... ſiderando magnitudinem tuam, pulchritudinem ... dulcedinem tuam. Quid ſupereſt, niſi ut imprimas ... mihi amorem tuum, cum viva quadam compla... centiâ Bonitatis tuæ, cumque intima ac totali ... dam inclinatione ad te, ultimum finem meum? ... Domine, quando pertingam ad complementum deſide... riorum meorum.

*Nihil præter te, Amor:* dicebat S. Ignatius. ... volo, non deſidero, non cupio aliud extra te, ô ... Amor. Quærant alij quod volent, divitias & ... ego aliud non dicam, quàm *Nihil præter te, Amor.* Currant alij avidi ac famelici ad ſceptra, & ... mundi, ego repetam ſemper idipſum, *Nihil præter te, Amor.* Aliud non volo, quàm amorem, & ... amorem. O cœleſtis impreſſio, quando cor ... te dignum erit, impreſſum à te, ... in te, ne ſentiat aliud quàm te!

CON-

# CONSIDERATIO XXIX.

## AMOR DEI,

## *Incendium Divinum.*

TRes ſunt cauſæ, quæ ſimul excitant ingens incendium in anima: *Bonitas, Amor, Beneficia.* Ama igitur Deum; quia bonus eſt: ama, eum, quia benevolus: ama, quia beneficus eſt. Si Deus tantùm eſſet bonus, & non te amaret, debueras procul dubio ipſum amare: quanto magis, cùm ſit bonus, & amans, & amans æternus? amavit enim te ab æterno, & amabit in æternum. Porrò non eſt amator ſterilis & otioſus, ſed fecundus & beneficus, infinitis beneficiis obruens.

O divinum incendium amoris, beatus qui in te accenditur, & incenditur, ut fiat ignis, & flamma amoris! Æterna Bonitas, quomodo inflammas in cœlo corda Seraphinorum; ita, rogo te, inflamma & meum. O divine Amor, quomodo traxiſti ad te amorem Beatorum, attrahe & meum.

O beneficentia Dei, das lumen intellectui meo, ut cognoſcat ac penetret magnitudinem tuam: voluntati affectum, ut amet te: ceteris facultatibus vires, ut tanto bono reſpondeant bene agendo, *cruce* cruce, ſanguini ſanguine, *morti* morte. O Bonitas, ô Amor! Bonitas ſine fine, Amor ſine termino, Dona ſine menſura! Amo Bonitatem Divinam ſupra omnem aliam Bonitatem: amo divinum Amorem ſupra omnem alium amorem: amo cœleſtia Dona ſupra omnia alia dona.

# CONSIDERATIO XXX.

## AMOR DEI,

### *Gaudium in lacrimis.*

CAlor ignis per aquas eliquat flores, calo
ris corda liqueſcunt in lacrimis: Stillat per
cor, ut repetiat ſuum amorem. O nuncium
lacrimarum & vos planctus! invenitis quem
*Da mihi, Domine IESV, lacrimas ex toto affectu*
*qua peccatorum meorum vincula ſolvant, &*
*jucunditate ſemper repleant animam meam.*
*evidens ſignum amoris tui, irriguum lacrima*
*tem, jugiter emanantem; ut ipſa quoque lacrim*
*in me teſtentur amorem: ipſa procedant, ipſa*
*quantum te diligat anima mea; dum, præ*
*dine amoris tui, nequit ſe à lacrimis continere.*
ſtinus *med.*36.

Recordor S. Apoſtoli tui Petri, cujus vita
tinuus fletus. Cauſam interrogatus reſpondit
*derio Domini.* O dulce verbum, verbum cœleſte
deſiderio Chriſti, amore Chriſti, ut videam
ſtum, vivamus cum Chriſto! O quis inſculp
biliter has duas voces cordi meo, *deſiderio Chri*
hæc ſit omnis mea reſponſio ad omnia inter
hominum & Angelorum! Quare deliberas?
*Domini.* Quare agis? *deſiderio Domini.* Quare
*deſiderio Domini.* Quare moreris? *deſiderio D*
Deſiderium & Amor Chriſti eſt unicus finis,
terminus omnium mearum cogitation
verborum, & operum, vitæ &
mortis.

# CONSIDERATIO XXXI.

## AMOR DEI,

### *Spiritus vitalis.*

Vivit corpus, dum ſpirat; & vivit anima, dum amat. Uniamus duas has vitas, reſpirationem cum amore. …ndum. Verbum hoc *Amo* duas ſyllabas habet, A, MO. Dum inſpiras, dic *A*; cùm reſpiras, dic …, *Amo*. Ecce unitam reſpirationem cum amore, …m corporis cum vita animæ: & numero reſpiratio… æqualem numerum actuum Amoris Dei.

Hæc vox, *Amo*, inquit Gerſon, *eſt tanta virtutis, …t mors, nec infernus illam opprimere valeant.* Sola …a vox *Amo*, dicta ex toto corde eſt tantæ virtutis, …penetret cœlum ac perveniat uſque cor Dei, nec ei, …quam poſſit nocere. Deſideras eſſe perfectus, & …re exactè Sanctam legem Dei? *Hoc verbum, Amo, …rde Deo ſæpius dicas.* O verbum breve ſed efficaciſſi…m, ſanctiſſimum. Efficaciſſimum, contra omnes …cos: Sanctiſſimum, quia introducit omnes vir…s: dulciſſimum, quia facit, adhuc in hac vita guſtare …dinem ſecuturæ.

…deamus igitur ad unionem, & repetamus idipſum, …elius imprimatur cordi. *Spira*, dicit corpus: *re…*, dicit anima: Spiratio corporis continet *A*, re…atio animæ continet *MO*. Unde ſpirare eſt amare, …mare eſt ſpirare. In praxi, quando ſpiras, cogita … quando reſpiras, cogita *MO*: & quoties reſpirabis, …s amabis, dicendo *Amo*. Quod ſi tunc fortè non …averis, ſufficiet nunc habuiſſe voluntatem id cogi…ndi. O vita beata, ô vita felix! obliviſcere penitus alia omnia, & ſolùm cordi tuo imprime verbum hoc *Amo*.

L CON-

# CONSIDERATIO XXXII.

## AMOR DEI,

### *Donum ſuper omnia dona.*

INter omnes virtutes, Morales, ac Theologica
dona Spiritus Sancti, & omnes gratias grat
ſuprema & prima omnium eſt Caritas. Super
monio Apoſtoli, gratiam linguarum, gratiam
tiæ, gratiam ſcientiæ, tam ſupernaturalis, quam
lis: excedit gratiam miraculorum, diſpen
omnium facultatum in pauperes, ipſam ad
nem vitæ per martyrium. Omnes hæ, & ſi quæ
jores gratiæ, ſine caritate, ut Apoſtolus ait,
nec proſunt ad vitam æternam plus, quàm ſi
Caritas autem ſola ſine his gratiis, *eſt omnia:*
habet, qui eſt omnia.

O Caritas digniſſima, potentiſſima,
niſſima. Tibi ſoli ſufficis, neque indiges
in te, & intra te totum eſt. Quia Caritas eſt
gratiſſima Deo, utiliſſima nobis. O donum
donum, quod ſuperas omne donum!

Renuncio omni alteri gratiæ, recuſo
favores; dum omnia dona accipio in Caritate,
Donatorem donorum. Non excedunt illa
at Caritas intrat, regnat, gaudet ac vivit
*O Amor, veni in nos, & poſſide nos, cape*
cordium noſtrorum, intra in nos, regna
& transmuta nos totos
in te.

CON

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XXXIII.

## AMOR DEI,

## *Lingua Divina.*

Tria linguarum genera eſt invenire, Humanam, Angelicam, Divinam. Poſtrema ſuperat omnes. Eſt lingua Sancti Amoris, quâ loquitur Deus: ſi tacet, loquitur corde: ſi loquitur in ſilentio aliarum facultatum, quia *qui amat, amat*, nec aliud quærit, contentus amori. Voluntas, ut Regina, ingreditur Conſiſtorium SS. Trinitatis, & omnes aliæ facultates manent foris.

De his linguis dicit Apoſtolus: *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, Caritatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.* Hoc eſt dicere, cùm illis linguis non intelligerent nos Janitores Cœli, etiamſi ſæpiùs clamaremus: *Domine, Domine, aperi nobis.* Reſpondetur enim, *Neſcio vos.* Non intelligitur hæc lingua in hac aula. At ſi loquamur linguâ amoris, ad primam vocem, *Tu totus meus, & ego tuus*, confeſtim pandentur portæ cœli, dabiturque nobis ingreſſus.

*Sonet vox tua, Domine, in auribus meis*, & ſonet vox mea in auribus tuis, vox amoris, quo amo te. *Vox amoris dulcis*, ad loquendum & audiendum: quia dulce amari, dulce amare: quia dulcis eſt amor ejus, qui totus eſt amabilis, totus deſiderabilis, ſolus ſummè amabilis, ſolus ſummè deſiderabilis.

# CONSIDERATIO XXXIV.

## AMOR DEI,

### *Particeps Secretorum DEI.*

S*I habuero Prophetiam , & caritatem non ha*[...]
*nihil ſum.* Nam quid juvat habere donum Pro[...]
tiæ, & prædicere omnia futura, uſque ad ultimum [...]
univerſalis Judicij , ſi Caritatem non habeam? [...]
prodeſt ad vitam æternam? nihil prodeſt. Qu[...]
ſunt prædictiones Prophetarum , ſine Caritate? [...]
Prophetia, eſt Caritas. Prophetia prævidet ſolum [...]
opera DEI; ſed Caritas ingreditur intima ſecret[...]
dis divini , quia *amicorum omnia ſunt communi*[...]
tantùm bona externa, ſed etiam res internæ, & [...]
cordium. Hoc indicare voluit Salvator noſter [...]
bis, Joan. 15. *Quæcunq; audivi à Patre meo, nota f*[...]
tanquam caris meis amicis.

Poteſt ergo Caritas certo modo vocari Pro[...]
cœleſtis, Prophetia divina: quia lumine divino [...]
ſcit, ac videt occulta. Et quamvis in altera vita [...]
illa Prophetia Prophetarum , annexam habeat [...]
fectionem; poteſt nihilominus dici, per quandam [...]
logiam , eſſe ibi perfectiſſimam Prophetiam C[...]
quæ amando & penetrando cor Dei, videat o[...]
creta, cognoſcat cauſas judiciorum divinorum, [...]
conſiliorum DEI, motiva myſteriorum, præ[...]
deſtinationum noſtrarum.

Bene igitur dixit Apoſtolus, Prophetias nihil [...]
das abſque Caritate : quia ſola Caritas eſt Pro[...]
quæ ſanctificat animas. O Prophetia amoroſa! [...]
occulta Dei, & profunda Dei. Concludo: *Am*[...]
*& omnia*: eſt mihi omnia, eſt donum linguarum, [...]
Prophetiæ, omnia dona , omnia bona, omnis per-
fectio, omne gaudium, omnis gloria, &
in æternum.

# CONSIDERATIO XXXV.

## AMOR DEI,

## *Lux ardens.*

*[S]i noverim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, Caritatem autem non habuero, nihil ſum*: Si daretur ...cognitio omnium rerum, ſpectantium ad ordinem ...æ ſimul, & Gratiæ, ſine Caſtitate, tota reſolveretur ...ihilum. Quæ utilitas capi poteſt ex cognitione, ac ...ratione ineffabilium myſteriorum SS. Trinitatis, ...ectu divinarum Proceſſionum, contemplatione ...torum Attributorum, ſi voluntas arida maneat, ac ...a, ſine amore, ſine guſtu ac complacentia rerum, ...e cognoſcuntur?

O Amor Dei, Scientia experimentalis, ſcientia ſapida, ...ntia affectiva, ſcientia beata, ſcientia gaudij, fruitio... ...s & ſatietatis: O Amor cœleſtis ac divine! ô lumen, ...ux, ô ſplendor, ſed flammans & ardens! Es in te luci... ...s & ardens; ſed ſimul illuminans, & inflammans: ...ce me, ô ſancte Amor, quomodo vera ſcientia Dei ...n ſit aliud, quàm cognitio amoroſa, quâ cognoſcimus ...ando & cognoſcendo amamus. Et hæc eſt vera ſcien... ...a, participatio ſcientiæ Dei, ſapientia cœleſtis, quæ ...*ſum eſt*; venit à Deo quieſcit in Deo, neque alio de... ...r, quàm Deo.

Sapientia Dei eſt in ſe ipſa mera flamma amoris: co... ...oſcit, ſed cum *infinito ſplendore*, & amat, ſed cum infi... ...o ardore. O lumen, & ignis, ô lux, ô flamma, ô ſplen... ...r & ardor, quàm arctè & æqualiter conveniſtis in unū! ...antus ſplendor, tantus ardor; quantùm ſplendet Deus ...ognitione, tantùm ardet in amore: immenſo ſplen... ...re, immenſo ardore. Talis debet eſſe amor meus: ...ux cum flamma, cognitio cum amore; & ut tantus ſit ſplendor, quantus eſt ardor.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XXXVI.

## AMOR DEI,

### *Veritas ſine vanitate.*

E*Tſi habuero omnem fidem , ita ut montes tran*[...]
*Caritatem autem non habuero , nihil ſum.* [...]
gnum donum eſt *fides miraculorum* , fides [...]
ut ſuper[...]t naturam , & admiranda efficiat. [...]
ſine Caritate quid juvat ? nihil eſt , vanitas eſt. [...]
ergo concluſionem , quæ ducitur ex hac d[...]
poſtoli : *Sola Caritas, vanitas eſt : quod non eſt C*[...]
*Vanitas eſt.*

Cum hoc principio totum mundum percurre, [...]
gredere Palatia magnorum Principum. Quid [...]
quid videbis ? Divitias, Honores, Voluptates. [...]
Caritas ? Non ſcribe igitur , *Vanitas eſt.* T[...]
aulas Prælatorum : vide, quid ibi ſit. Elegan[...]
menta, fontes, horti, at ſi ibi non ſit Caritas, *V*[...]
Perge ad caſam alicujus civis : vide circumſpice [...]
ubique pauperies, magna miſeria : eſtne ibi Car[...]
*Veritas eſt.*

Progrediamur hinc ad altiora & ſuper[...]
Quàm multi fuerunt eloquentiſſimi in conc[...]
potentiſſimi in patrandis miraculis ? At mul[...]
*mihi in illa die ; Dom[...] , Domine , nonne* [...]
*tuo prophetavimus , & in nomine tuo dæmonia* [...]
*& in nomine tuo multas virtutes fecimus ! &* [...]
*fitebor illis , quia nunquam novi vos.* Diſcedi[...]
à me, ſi videamus opera ſupra naturam , eff[...]
culoſus , ſi conjuncta ſit Caritas , *Veritas eſt* [...]
*Vanitas eſt.* *Veritas* ſignificat Realitatem, & [...]
dinem bonorum, quæ amitti, perire, finiri non [...]

...ſignificat vacuitatem, & apparentiam omnium ...um; cujuſmodi ſunt temporalia, quæ tran... cum tempore, reſolvuntur in fumum, & in ni...

# CONSIDERATIO XXXVII.

## AMOR DEI,

### *Primum Donum.*

*...i diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt;* ...perdidi, non me juvabunt Eleemoſynæ. Et me... Domine, quia *ſicut bona mea non placent tibi, niſi ...: ita dona tua non ſufficiunt mihi, niſi mecum.* ...: *de amore Dei. lib* 1. c. 1.

Prima Eleemoſina debet eſſe amoris, cordis, com...: compatiendo pauperi affectu amici, fratris, ...: & hoc eſt primum donum, Amor. Hunc ...o tibi Deus meus, donatione *inter vivos*, irre...: volo vivere, ſine corde, totum dono tibi, ...m, intactum, integrum vivere ſine corde, ô ...m ſtatus eſt felix! Videtur eſſe mors, ſed eſt vita, & ... vita, beata vita, divina vita.

Et quis eſt Opifex hujus operis admirandi, muta...tam ſtupendæ? Sanctus amor. Primum donum ...orum tranſmutat corda: dat cor, & admit cor; ...ferit homini cor Dei, & cor hominis Deo.

Benedictus ſis ſemper amor ſancte,
amor pure, amor divine.

# CONSIDERATIO XXXVIII.

## AMOR DEI,

## *Martyrium Cordis.*

E*Tſi tradidero corpus meum ita, ut ardeam*, *cari*[illegible] *autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* Quod[illegible] opus, quod facimus eſt generoſius martyrio? &[illegible] ſi non ſit in eo Caritas, ſi non ſuſcipiatur ex C[illegible] & amore Dei, ſed alio fine, vana laudis & gloriæ[illegible] *Sanguis effuſus eſt*, ait Hieronymus: non pro[illegible] ſalutem, non eſt ſanguis, qui extinguat ignem[illegible] ſed accendat.

Veniat ſanctus Amor, doceat veram formam M[illegible] rij, quod placeat Deo: Martyrium cordis, Mar[illegible] quod eſt in corde, & procedit à corde. Martyrium[illegible] natur ab Amore, & propter amorem, quod in[illegible] finitur in amore. Amor, qui ſanctos facit Confeſſ[illegible] ſanctos etiam facit Martyres.

Amor, dulcis Tyranne, da duplex Martyrium[illegible] internum, poſteà externum: priùs in anima, p[illegible] corpore. *Dura, ſicut infernus, æmulatio.* C[illegible] Amor non tantùm eſt fortis ut mors; ſed etiam[illegible] ut Infernus: quia facit intus in anima ſentiri q[illegible] modo pœnam damni, propter dilationem bon[illegible] foris autem in corpore pœnam ſenſus, per dolo[illegible] ac tormentorum, quæ ſuſtinentur ex amore. R[illegible] Amor Sancte, *fiat in me Spiritus tuus duplex*, M[illegible] rium tuum duplex. Offero animam ad marty[illegible] internum, corpus ad externum; torque, occide, ut voles.

# CONSIDERATIO XXXIX.

## AMOR DEI,

### *Amor Glorioſus.*

GLoria Regis conſiſtit in multitudine famulorum, & populorum conferentium tributa. Amori Dei, regno animæ, omnes potentiæ ſerviunt; & omnes rependunt tributa. Amor imperat, & obeditur: ordinat, & fit executio: Amor habet unicum finem, honorem & gloriam Dei: ad hunc dirigit omnes vires ac motus. Quàm gratum ſpectaculum, videre Caritatem, Reginam, ſedentem in anima, circumſtante undique choro virtutum, quæ omnes eundem ſonum edunt, idem concinunt melos, Caritate magiſtrâ, & modos temperante! *& in templo ejus omnes dicunt gloriam.* Pſ. 28. omnes concorditer gloriam canunt.

Quid de hujuſmodi anima dicet Regina Cœleſtis? Gloria, reſpondet Caritas, eſt unicus noſter finis, dilecta ſoror noſtra. O Gloria Dei Altiſſimi! Gloria Dei in ſua æternitate: Gloria in Trinitate Perſonarum: Gloria in humanitate Filij Dei: Gloria in Matre divina: Gloria, Gloria in ſanctis Angelis & hominibus. Ad has voces reſpondent Virtutes: Regina noſtra, ac Domina, ſemper tibi adhærebimus, ac ſerviemus fideliter.

Gratias tibi, ô ſancte Amor, quod me docueris doctrinam adeò neceſſariam: rogo te, ut velis eandem exercere in anima mea, ut omnes facultates ac virtutes meæ habeant unicum hunc finem ſancti Amoris. Humilitas me faciat humilem ex amore, obedientia obedientem ex amore: & uno verbo, omnes virtutes ſint quaſi una tantùm virtus, per unitatem finis Gloriæ, & Amoris Dei mei.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONSIDERATIO XL.

## AMOR DEI,

### *Amor patiens.*

C*Aritas patiens eſt.* Quæris, Caritas amans quo-
modo ſit patiens? Et ego quæro, Patientia po-
quomodo ſit amans? Ab eadem cauſa pendet utri-
ſolutio. Caritas ordinat actum patientiæ ad
Caritatis, qui eſt Amor DEI. Ab hoc ordine Ca-
dicitur patiens, quia ordinat virtutem Patientiæ.
Patientia dicitur amans, quia ordinatur ad finem Ca-
tas, qui eſt Amor.

Sed, quod magis eſt ad noſtrum propoſitum, Apo-
ſtolus omnibus virtutibus Caritatem conjungit:
*Caritas patiens eſt, benigna eſt, &c.* ut ſignificet
quòd omnis perfectio virtutum à Caritate dependeat:
tam enim patiens, tam benignus eris, quantum
fuerit Caritas. 2. Quamvis aliæ virtutes poſſint
conformiter ſtatui, in quo & anima; tamen Caritas
non patitur variationem, nec intermiſſionem,
debet eſſe continua, ut influat in omnes, operetur
omnibus.

Incipit igitur Apoſtolus inter virtutes, quæ Ca-
tati conjunctæ eſſe debent, à patientia *Caritas patiens*
*eſt:* quia hæc eſt virtus, quæ nos munit contra no-
ſtros inimicos, à capite uſque ad calcem. Et
erit hæc virtus, ſi magna ſit Caritas: quia quanto
mus aliquem finem, tam libenter patiemur
neceſſaria ad conſequendum
eundem.

CON

# CONSIDERATIO XLI.

## AMOR DEI,

## *Amor benignus.*

*Aritas benigna eſt.* Non ſufficit mala tolerare orum patientia; ſed neceſſe eſt etiam facere bona, um aliis communicare, quæ quis habuerit: Hoc Benignitatis fit. Hæc eſt vita Sanctorum, *benè* & *mala pati.* Hoc eſt exemplum, quod Chri- in terra reliquit. Quantam paſſus eſt in fama, honore, in exiſtimatione, in corpore & omnibus bris, in anima & omnibus potentiis, ab invidia orum, ab odio Dæmonis, ab ira Patris infenſi toribus? Denique fuit ſpectaculum & meta ſum- opprobrij, ac ſummi doloris. Et hoc quoad tole- am malorum: at quoad Benignitatem, *Pertranſiit* *faciendo omnibus. Act.* 10. Obivit Mundum, tan- novus quidam Sol, illuminando omnes vivifi- do omnes omnibus largiendo gratiam pro neceſſitate que.

Quis debet eſſe terminus dolorum? ſine termino ſphæra beneficiorum? Largiri omnia in præpara- animi, at in opete ipſo, quantùm potueris. O Patientia! ô ſancta Benignitas! caræ & indi- ſocia Caritatis! ſedet in medio Regina Caritas, ſiniſtram Patientia, à dextera Benignitas. Feli- ſſima, ſanctiſſima Sodalitas! ô ſacrum ternarium, Caritas, Benignitas, Patientia! Amor gloriæ Dei, Amor utilitatis proximi, amor crucis pro ſeipſo!

CON-

# CONSIDERATIO
# XLII.

## AMOR DEI,

### *Amor ſine Invidia.*

C*Aritas non æmulatur*, non eſt invidioſa, no
bonis proximi, quia debemus amare proxi
ſicut nos ipſos: ergo ſicut lætamur bono prop
debemus etiam lætari bono proximi. Quare
bono proximi, eſt contra caritatem ipſius proxi
eſt tertia perfectio, & proprietas, quam quis
gaudet cœlo in terra.

*In cœlo quot ſunt ſocij, tot ſunt gaudia.* Nam
quiſque tantum gaudet omnium aliorum bon
omnia ſimul eſſent in ſe uno: & ſic gaudet ea
in multos, ac ſi eſſent multiplicata in ipſo; qu
amat ſicut ſe ipſum. O qualis pax, ô qualis quies,
gaudium; ô qualis paradiſus eſt in illo corde qu
det bonis proximi! O quæ turbatio, ô qualis
tudo, ô qualis infernus eſt in eo corde, quod do
videt bonis proximi.

Ad hoc gaudium invitat Apoſtolus, cùm dic
*dete in Domino ſemper, iterùm dico, gaudete.*
Gaudete, inquam, bonis Dei, gaudete etiam
proximi, tanquam ipſius Dei.

# CONSIDERATIO
# XLIII.

## AMOR DEI,

### *Amor Beneficus.*

C*Aritas non agit perperam.* Caritas perfecta
lùm excludit malum affectum erga proxim
etiam malum effectum, ne quid mali fiat
ximum. Et hoc requirit Caritas proximi; quia

facit ſibimet ipſi, ita etiam non debet facere pro-
, ſi diligit ipſum.

Sanctum amorem proximi mei, amorem affectuo-
& practicum ſimul! Debeo illi cor, & manum, &
quidem beneficam, non maleficam, quæ agat ali-
quod ipſi noceat.

Hæc eſt quarta proprietas Caritatis divinæ, Caritas
ens, Caritas benigna, Caritas non invidioſa eſt;
tas non damnoſa proximo, ſed ſemper prompta ad
faciendum eidem.

# CONSIDERATIO XLIV.

## AMOR DEI,

### *Amor perfectus.*

UT perfecta ſit Caritas Dei requirit etiam alias pro-
prietates & conditiones ſecundum Apoſtolum.
*Caritas non inflatur*, præferendo ſe aliis ex ſuperbia:
*Non eſt ambitioſa*, quærendo honores ſuperfluos: *Non
irritatur* ad iram: *Non cogitat malum* de proximo: *Non
gaudet iniquitate* & peccato proximi: *Congaudet au-
tem veritati* virtutis & perfectionis ipſius. *Omnia ſuf-
fert*, cum patientia tolerando ejus defectus. Atque his
virtutibus Caritas non componit tum erga nos ipſos,
tum erga proximum. Sequuntur aliæ tres ultimæ, qui-
bus recte afficimur erga Deum.

*Caritas omnia credit*, quæ revelantur à Deo. *Caritas
omnia ſperat*, quæ promittuntur à Deo. *Caritas omnia
ſuſtinet*, multa cum longanimitate exſpectando pro-
miſſa à Deo.

Ex his quindecim perfectionibus, & proprietatibus
Caritatis, tanquam totidem gradibus, compone ſca-
lam, in qua Amor Dei eſt veluti fundamentum, cui in-
nituntur reliqui gradus. Quos ut faciliùs memoriâ teneas,
& ad illos te examines; diſtinctè ponemus eodem
ordine, quo collocavit Apoſtolus.

SCALA

# SCALA COELI.

1. Caritas amans.
2. Caritas patiens.
3. Caritas non æmulatrix.
4. Caritas non agens perperam.
5. Caritas non inflatur.
6. Caritas non ambitioſa.
7. Caritas non quærens quæ ſua ſunt.
8. Caritas non irritatur.
9. Caritas non cogitat malum.
10. Caritas non gaudet iniquitate.
11. Caritas congaudet veritati.
12. Caritas omnia ſuffert.
13. Caritas omnia credit.
14. Caritas omnia ſperat.
15. Caritas omnia ſuſtinet.

FINIS SERAPHINI.

LAVS DEO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Conſ

mor Sera
mor ſemp
mor ferv
mor ſuav
mor profu
mor attr
…noſtra
mor Bon
mor pulc
mor infin
mor Æt
mor Vnio
mor Deſi
mor Com
mor conſ
mor Glor
mor appr
mor extr
mor uniſ

# INDEX

## *Conſiderationum Liberi primi.*

## AMOR DEI.


| | pag. |
|---|---|
| *...mor Seraphicus.* | 3 |
| *...mor ſemper mobilis.* | 4 |
| *...mor ferventiſſimus.* | 5 |
| *...mor ſuaviſſimus.* | 6 |
| *...mor profundiſſimus.* | 7 |
| *...mor attractivus.* | 8 |
| *...mor noſtræ creationis.* | 9 |
| *...mor Bonitatis increatæ.* | 10 |
| *...mor pulchritudinis æternæ.* | 11 |
| *...mor infinitæ dulcedinis.* | 12 |
| *...mor Actuoſus.* | 13 |
| *...mor Vnionis.* | 13 |
| *...mor Deſiderij.* | 14 |
| *...mor Complacentiæ.* | 15 |
| *...mor conformans.* | 16 |
| *...mor Gloriæ Dei.* | 17 |
| *...mor appretiativus.* | 17 |
| *...mor extra Deum extenditur* | 18 |
| *...mor unius* | 19 |


M　　　　　　Amor

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Amor felicitiſſimus.
Amor patiens omnia.
Amor ſe ornans.
Amor præſens Deo.
Amor Vniverſorum.
Amor Laudis Dei.
Amor fons Lacrimarum.
Amor deſiderium animæ.
Amor ſine quæſtu.
Amor Imperatus à Deo.
Amor ſine reſervatione.
Amor Vita Animæ.
Amor Vita Dei.
Deſiderium Dei.
Adoptio filiorum.
Vitale deliquium.
Amor aut pati, aut mori.
Amor crucifixus.
Neceſſarius ad ſalutem.
Amor purus.
Amor perfectiſſimus.
Amicitia cum Deo.
Amor Nectar cœleſte.
Filiatio Dei
Fraternitas Chriſti.
Languor Animæ.
Amor excedens.

Lib. II.

## AMOR DEI.

Amor ex toto.

Amor motus cordis noſtri. 45
Amor Donum Dei. 45
Amor ſine menſura. 46
Balſamum Divinum. 47
Fundus cordis. 48
Amor halitus animæ. 49
Transformans affectum. 50
Amor imitatio Dei. 51
Beatitudo participata. 52
Amor unius 53
In deſiderio mortis. 54
Amor cernitur in lingua. 55
Amor liberaliſſimus. ibid.
Amor vitalis. 56
Amor Animæ 57
Amor ſe ſolo penſatur. 58
Suſpirium cordis. 59
Cœleſtis Ambroſia. 60
Amoroſa Spiratio. 61
Similis amori mundi. 62
Amor Soli. 63
Unitas cum Deo. 64
Mors beata. 65
Amor finis. 66
Petitio Animæ. 67
Amor liberator. 68
Sanitas Animæ. 69
Identitas cum Deo. 70
Correſpondentia cum Deo. 71
Cibus Animæ. 72
Puritas cordis. 73
Oculus amoroſus. 73
Ars Divina. 74
Refugium animæ. 75

Pactum cum Deo
Requies in laboribus.
Amor noſtri ipſorum.
Æmulus Amoris.
Aqua ſaliens.
Flamma amoroſa.
Aqua ſitim reſtinguens, & accendens
Eſt omnia.

Lib. 3.

## AMOR DEI.

Gaudium Dei.
Impotens ad malum.
Potens ad bonum.
Indefeſſe laborans.
Patientia invicta.
Amor impatiens.
Amor velox.
Amor audax.
Strictus notus cum Deo.
Amor ſuaviſſimus.
Similitudo Dei totalis.
Amor inſuperabilis.
Amor inſeparabilis.
Amor infatigabilis.
Amor invariabilis.
Amor inſatiabilis.
Amor inſociabilis.
Amor inacceſſibilis.
Amor reverens.

| | |
|---|---|
| ...nus fidelis | 101 |
| ...mor floridus. | 102 |
| ...emoria continua. | 103 |
| ...mor aſſocians. | 104 |
| ...namentum animæ. | 105 |
| ...mor exprimentalis. | 106 |
| ...ulcis in amaritudine. | 107 |
| ...mor cum Amore. | 108 |
| ...anticum Cordis. | 109 |
| ...mor melliſluus. | ibidem |
| ...igillum cordis. | 110 |
| ...mor abalienans. | 111 |
| ...mabile reſponſum Dei. | 112 |
| ...anticum Vniverſi. | 113 |
| ...ofeſſio Chriſtiani. | 114 |
| ...entiarum compendium. | 115 |
| ...mor plenus miſteriis. | 116 |
| ...ſpiratio & ſuſpiratio. | 117 |
| ...mor æternorum Bonorum. | 118 |
| ...mor Increati boni. | 119 |
| ...eculum ardens. | 120 |
| ...taſis Divina. | 121 |
| ...mor Guſtus Divini. | 122 |
| ...ialogus Vniverſi. | 123 |
| ...mor Chriſti. | 124 |
| ...x ardens. | 125 |
| ...mor Dei. | 126 |
| ...amore proximi. | 127 |
| ...mor congregans. | 128 |
| ...ngratulatio Dei. | 129 |
| ...gitta amoroſa. | 130 |

Lib. IV.

# AMOR DEI

Odium noſtri.
Separat animam à corpore
Separat Spiritum ab animæ.
Separat Spiritum a Spiritu.
Finis operum Chriſti.
Ad Exemplum Chriſti.
Docta ignorantia.
Aſpiratio ad cœlum.
Prototypum noſtri amoris.
Raptus Divinus,
Contemplatio perfectiſſima.
Docet odiſſe.
Pulchritudo Animæ.
Paradiſus animæ.
Amor violentus.
Suavis Dei amplexus.
Telum ſaucians & iterum ſanans.
Amor fidei.
Amor Magiſter.
Amor communicativus.
Amor dans mortem & vitam.
Amor inter ſpinas.
Oriundus à Deo.
Gladius Victor.
Odor ſuaviſſimus.
Intrepidus in ſperando.
Requies in cruce.

| | |
|---|---|
| *reſſio amoroſa.* | 158 |
| *ndium Divinum.* | 159 |
| *ndium in Lacrimis.* | 160 |
| *ritus Vitalis.* | 161 |
| *num ſuper omnia.* | 2 2 |
| *gua Divina.* | 163 |
| *rticeps ſecretorum Dei.* | 164 |
| *x ardens.* | 165 |
| *etas ſine vanitate.* | 166 |
| *mum donum.* | 167 |
| *artyrium cordis.* | 168 |
| *mor glorioſus.* | 169 |
| *mor patiens.* | 170 |
| *mor benignus.* | 171 |
| *mor ſine invidia.* | 172 |
| *mor beneficus.* | *ibid.* |
| *mor perfectus.* | 173 |
| *ala Cœli.* | 174 |

VT piis ac ſacris meditationibus aliàs dediti, cujuscunque etiam exiſtant ſtatus & con- ionis, utiliter ordinatèq; hiſce conſideratio- bus vacare valeant, volui ſubnectere ſequen- tabellam, ex qua, quæ cuilibet diei per men- m & annum competat conſideratio, ſeu potiùs ateria meditationis, quilibet ritè cognoſcere poteſt.

Primus numerus indicat diem Menſis, Se- ndus Conſiderationem, Tertius paginam.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Lib. I. Ianuarius. Dies. Conſid. 1 pag. 3 | 2 | 2 | 4 |
| | 3 | 3 | 5 |
| | 4 | 4 | 6 |
| | 5 | 5 | 7 |

# INDEX.


| Dies | Conſid | pag. | Dies. | Conſid. |
|---|---|---|---|---|
| 6 | 6 | 8 | 7 | 38 |
| 7 | 7 | 9 | 8 | 39 |
| 8 | 8 | 10 | 9 | 40 |
| 9 | 9 | 11 | 10 | 41 |
| 10 | 10 | 12 | 11 | 42 |
| 11 | 11 | 13 | 12 | 43 |
| 12 | 12 | ibid. | 13 | 44 |
| 13 | 13 | 14 | 14 | 45 |
| 14 | 14 | 15 | 15 | 46 |
| 15 | 15 | 16 | | Lib. II. |
| 16 | 16 | 17 | 16 | 1 |
| 17 | 17 | ibid. | 17 | 2 |
| 18 | 18 | 18 | 18 | 3 |
| 19 | 19 | 19 | 19 | 4 |
| 20 | 20 | 20 | 20 | 5 |
| 21 | 21 | 21 | 21 | 6 |
| 22 | 22 | 22 | 22 | 7 |
| 23 | 23 | ibid. | 23 | 8 |
| 24 | 24 | 23 | 24 | 9 |
| 25 | 25 | 24 | 25 | 10 |
| 26 | 26 | 25 | 26 | 11 |
| 27 | 27 | 26 | 27 | 12 |
| 28 | 28 | 27 | 28 | 13 |
| 29 | 29 | 28 | | |
| 30 | 30 | 29 | | Martius. |
| 31 | 31 | 30 | 1 | 14 |
| | Februarius | | 2 | 15 |
| 1 | 32 | 31 | 3 | 16 |
| 2 | 33 | 32 | 4 | 17 |
| 3 | 34 | 33 | 5 | 18 |
| 4 | 35 | 34 | 6 | 19 |
| 5 | 36 | ibid. | 7 | 20 |
| 6 | 37 | 35 | 8 | 21 |

# INDEX



| Conſid. | pag. | Dies | Conſid. | pàg. |
|---|---|---|---|---|
| 22 | 63 | 9 | 10 | 92 |
| 23 | 64 | 10 | 11 | 93 |
| 24 | 65 | 11 | 12 | 94 |
| 25 | 66 | 12 | 13 | 95 |
| 26 | 67 | 13 | 14 | ibid. |
| 27 | 68 | 14 | 15 | 96 |
| 28 | 69 | 15 | 16 | 97 |
| 29 | 70 | 16 | 17 | 98 |
| 30 | 71 | 17 | 18 | 99 |
| 31 | 72 | 18 | 19 | 100 |
| 32 | 73 | 19 | 20 | 101 |
| 33 | ibid. | 20 | 21 | 102 |
| 24 | 74 | 21 | 22 | 103 |
| 35 | 75 | 22 | 23 | 104 |
| 36 | 76 | 23 | 24 | 105 |
| 37 | 77 | 24 | 25 | 106 |
| 38 | 78 | 25 | 26 | 107 |
| 39 | 79 | 26 | 27 | 108 |
| 40 | 80 | 27 | 28 | 109 |
| 41 | 81 | 28 | 29 | ibid. |
| 42 | 82 | 29 | 30 | 110 |
| 43 | 83 | 30 | 31 | 111 |
| Lib. 3. | | | Majus | |
| 1 | 84 | 1 | 32 | 112 |
| Aprilis. | | 2 | 33 | 113 |
| 2 | 85 | 3 | 34 | 114 |
| 3 | 86 | 4 | 35 | 115 |
| 4 | 87 | 5 | 36 | 116 |
| 5 | ibid. | 6 | 37 | 117 |
| 6 | 88 | 7 | 38 | 118 |
| 7 | 89 | 8 | 39 | 119 |
| 8 | 90 | 9 | 40 | 120 |
| 9 | 91 | 10 | 41 | 121 |

| Dies | Conſid. | pag. |
|---|---|---|
| 11 | 42 | 122 |
| 12 | 43 | 123 |
| 13 | 44 | 124 |
| 14 | 45 | 125 |
| 15 | 46 | 126 |
| 16 | 47 | 127 |
| 17 | 48 | 128 |
| 18 | 49 | 129 |
| 19 | 50 | 130 |
| | Lib. 4. | |
| 20 | 1 | 131 |
| 21 | 2 | 132 |
| 22 | 3 | 133 |
| 23 | 4 | 134 |
| 24 | 5 | 135 |
| 25 | 6 | 136 |
| 26 | 7 | [illegible] |
| 27 | 8 | 139 |
| 28 | 9 | 140 |
| 29 | 10 | 141 |
| 30 | 11 | 142 |
| 31 | 12 | 143 |
| | Iunius. | |
| 1 | 13 | 144 |
| 2 | 14 | 145 |

| Dies | Conſid. |
|---|---|
| 3 | 15 |
| 4 | 16 |
| 5 | 17 |
| 6 | 18 |
| 7 | 19 |
| 8 | 20 |
| 9 | 21 |
| 10 | 22 |
| 11 | 23 |
| 12 | 24 |
| 13 | 25 |
| 14 | 26 |
| 15 | 27 |
| 16 | 28 |
| 17 | 29 |
| 18 | 30 |
| 19 | 31 |
| 20 | 32 |
| 21 | 33 |
| 22 | 34 |
| 23 | 35 |
| 24 | 36 |
| 25 | 37 |
| 26 | 38 |
| 27 | 39 |
| 28 | 40 |
| 29 | 41 |
| 30 | 42 |


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

editationes ſeu conſiderationes jam poſi-
onſi per ſex menſes ſufficiant, poterunt
em reſumi in ſex aliis ſequentibus menſi-
co ordine, ut ſequitur.

| Conſid. | pag. | Dies | Conſid. | pag. |
|---|---|---|---|---|
| 1 | 3 | 28 | 28 | 27 |
| 2 | 4 | 29 | 29 | 28 |
| 3 | 5 | 30 | 30 | 29 |
| 4 | 6 | 31 | 31 | 30 |
| 5 | 7 | | Auguſtus. | |
| 6 | 8 | 1 | 32 | 31 |
| 7 | 9 | 2 | 33 | 32 |
| 8 | 10 | 3 | 34 | 33 |
| 9 | 11 | 4 | 35 | 34 |
| 10 | 12 | 5 | 36 | ibid. |
| 11 | 13 | 6 | 37 | 35 |
| 12 | ibid. | 7 | 38 | 36 |
| 13 | 14 | 8 | 39 | 37 |
| 14 | 15 | 9 | 40 | 38 |
| 15 | 16 | 10 | 41 | 39 |
| 16 | 17 | 11 | 42 | 40 |
| 17 | ibid. | 12 | 43 | ibid. |
| 18 | 18 | 13 | 44 | 41 |
| 19 | 19 | 14 | 45 | 42 |
| 20 | 20 | 15 | 46 | 43 |
| 21 | 21 | | Lib. 2. | |
| 22 | 22 | 16 | 1 | 44 |
| 23 | ibid. | 17 | 2 | 45 |
| 24 | 23 | 18 | 3 | 45 |
| 25 | 24 | 19 | 4 | 46 |
| 26 | 25 | 20 | 5 | 47 |
| 27 | 26 | 21 | 6 | 48 |

22

| Dies | Conſid. | pag. | Dies | Conſid. |
|---|---|---|---|---|
| 22 | 7 | 49 | 23 | 39 |
| 23 | 8 | 50 | 24 | 40 |
| 24 | 9 | 51 | 25 | 41 |
| 25 | 10 | 52 | 26 | 42 |
| 26 | 11 | 53 | 27 | 43 |
| 27 | 12 | 54 | | Lib. 5. |
| 28 | 13 | 55 | 28 | 1 |
| 29 | 14 | ibid. | 29 | 2 |
| 30 | 15 | 56 | 30 | 3 |
| 31 | 16 | 57 | | Octobe. |
| | September | | 1 | 4 |
| 1 | 17 | 58 | 2 | 5 |
| 2 | 18 | 59 | 3 | 6 |
| 3 | 19 | 60 | 4 | 7 |
| 4 | 20 | 61 | 5 | 8 |
| 5 | 21 | 62 | 6 | 9 |
| 6 | 22 | 63 | 7 | 10 |
| 7 | 23 | 64 | 8 | 11 |
| 8 | 24 | 65 | 9 | 12 |
| 9 | 25 | 66 | 10 | 13 |
| 10 | 26 | 67 | 11 | 14 |
| 11 | 27 | 68 | 12 | 15 |
| 12 | 28 | 69 | 13 | 16 |
| 13 | 29 | 70 | 14 | 17 |
| 14 | 30 | 71 | 15 | 18 |
| 15 | 31 | 72 | 16 | 19 |
| 16 | 32 | 73 | 17 | 20 |
| 17 | 33 | ibid. | 18 | 21 |
| 18 | 34 | 74 | 19 | 22 |
| 19 | 35 | 75 | 20 | 23 |
| 20 | 36 | 76 | 21 | 24 |
| 21 | 37 | 77 | 22 | 25 |
| 22 | 38 | 78 | 23 | 26 |

# INDEX


| Conſid. | pag. |
|---|---|
| 27 | 108 |
| 28 | 109 |
| 29 | ibid. |
| 30 | 110 |
| 31 | 111 |
| 32 | 112 |
| 33 | 113 |
| 34 | 114 |
| November | |
| 35 | 115 |
| 36 | 116 |
| 37 | 117 |
| 38 | 118 |
| 39 | 119 |
| 40 | 120 |
| 41 | 121 |
| 42 | 122 |
| 43 | 123 |
| 44 | 124 |
| 45 | 125 |
| 46 | 126 |
| 47 | 127 |
| 48 | 128 |
| 49 | 129 |
| 50 | 130 |
| Lib. 4. | |
| 1 | 131 |
| 2 | 132 |

| | | |
|---|---|---|
| 19 | 3 | 133 |
| 20 | 4 | 134 |
| 21 | 5 | 135 |
| 22 | 6 | 136 |
| 23 | 7 | 138 |
| 24 | 8 | 139 |
| 25 | 9 | 140 |
| 26 | 10 | 141 |
| 27 | 11 | 142 |
| 28 | 12 | 143 |
| 29 | 13 | 144 |
| 30 | 14 | 145 |
| | December | |
| 1 | 15 | 146 |
| 2 | 16 | 147 |
| 3 | 17 | 148 |
| 4 | 18 | 149 |
| 5 | 19 | 150 |
| 6 | 20 | 151 |
| 7 | 21 | 152 |
| 8 | 22 | 153 |
| 9 | 23 | ibid. |
| 10 | 24 | 154 |
| 11 | 25 | 155 |
| 12 | 26 | 156 |
| 13 | 27 | 157 |
| 14 | 28 | 158 |
| 15 | 29 | 159 |
| 16 | 30 | 160 |
| 17 | 31 | 161 |
| 18 | 32 | 162 |




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDX


| Dies | Conſid. | pag. | Dies | Conſid. |
|---|---|---|---|---|
| 19 | 33 | 163 | 26 | 40 |
| 20 | 34 | 164 | 27 | 41 |
| 21 | 35 | 165 | 28 | 42 |
| 22 | 36 | 166 | 29 | 43 |
| 23 | 37 | 167 | 30 | 44 |
| 24 | 38 | 168 | 31 | 45 |
| 25 | 39 | 169 | | |


FINIS.



Confit

40

41

42

43

44

45

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CIVIS COELI,

*Sivè*

Cœleſtis Converſatio,

*AVTHORE*

Reverendiſſimo Patre

VINCENTIO CARAFFA,

*aliàs*,

Aloyſio Sidereo Societatis JESU

Præpoſito Generali.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## *Typographus Italus Lectori.*

HAud indiligentem dedi curam, ut duorum
annorum ſpatio nonnulla opuſcula P. A-
ij Siderei, *Iter cœli*, nuncupata typis man-
rentur. Et quamvis Author ob ſummam
modeſtiam id renuerit, ſuumque laborem,
ndum à Mundo avidè deſideratum, & ex
capite ſibi Soli percharum celaverit: eum
que, uti viliſſimum; ita luce indignum:
dignum; qui in tenebris & nocte lateret,
to hæreret, cenſebat; nihilominùs extorſi
nibus ejus *Itinerarium alterius vitæ* recentiſ-
impreſſum; in quo quaſi cœleſtis coſmo-
phus certos delineat paſſus, ſed arctos & an-
os, ſub vitæ confinium, cùm anima ex uno
um demigrat Mundum, obvios. Verùm,
à Conſcientiâ mordebar, quod juſtum
tori querimoniæ ſuppeditarem argumentum,
odie eundem delaſſarem ac fatigarem in viis
neribus laboris, incommodi, & moleſtiæ
iſſimis, ac nunquàm ad locum quietis ali-
dò deducerem: coactus fui & hunc Au-
i ſorripere libellum, qui integrum continet
calum cœleſtium conſiderationum ſingulis
anni diebus appropriatarum, quibus ceu
tiſque gradibus anima fertur ad beatam
Patriam, æternamque cœli requiem.

 Quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quod ſi hoc idem opus nimis ſublime, b
obſcurum tuo videretur intellectui, nol
poſitori affingere culpam; benè quidem
quod, quia totum cœleſte eſt, naturæ
genioſiſſimæ capacitatem tranſcendit
nentiæ. Porrò, in quantamcunque m
rerum cœleſtium devenias notitiam,
illæ comparatione harum, quas hic
ſpectas, tibi occurrent ut admiratione &
rio digniſſimæ. Igitur Amice aſcende
quò tibi jam patet & conceſſus eſt aditus,
civis cordis & affectus; ac talem fatag
vitam, & ita dies tuos tranſigere allabora,
privilegiis illius ſupernæ civitatis in effect
dere, & id, quod modo ſperas, immorta
delicet, Dei poſſeſſionem recipere valeas.

N. N.

# AD
# CIVEM COELI,
## ſivè
## Cœleſtem Converſationem,
## INTRODUCTIO.

NOSTRA *converſatio in Cœlis eſt.* Nulli dubium eſt, Apoſtolum pauculis hiſce verbis, veluti compendio, reſtringere totam Chriſtianæ perfectionis ſummam: ut, nimirùm, mente converſemur in cœlis, & corpore duntaxat habitemus in terris, Sapientis ſequen- S. Paul. ad Philip. 3.
conſilium: *In partes vade ſæculi ſancti, cum Iuſtis & ...tium confeſſionem Deo:* q. d. Noli hærere & perſiſte- Ecclеſ. 17.
...in præſenti Mundo; ſed ſimul cum Juſtis, aliisque, ...quot Deo laudis offerunt ſacrificium, mentem ...umque transfer ad futurum æternæ gloriæ ſæ-...um.

Et hunc in finem, ait S. Chryſoſtomus, Orationi ...minicæ Salvator hæc inſeruit verba (*Qui es in Cœlis*) ...*ad Deum ibi concludendum; ſed ad orantem ibi affi-...*ndum. Non ut includatur determineturque in cœlis ...m Præſentia Dei, quæ ratione Immenſitatis ſuæ ...a cœlos in infinitum quoq; ſe extendit, diffunditque; D. Chryſ.

 ſed

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*S. Th. Philip. 3. opuſc. 4. de Orat. Domin.*
*Cor. 4.*

ſed ut doceret nos, ſursùm ad cœlos erigend
noſtra, ibidemque, ut docet Angelicus, aſſ
nobisque habitandum eſſe. Primò, *per contempl*
*Non contemplantibus nobis ea, quæ videntur, ſed*
*non videntur*: non contemplando res tempo
quæ corporalibus conſpiciuntur oculis; ſed
quæ ſpirituali fidei oculo ſolùm ſpectantur. S
*per dilectionem*, non dividendo cor noſtrum, ſe
illud occupando æternarum rerum deſiderio. T
*per operationem*, ut cunctæ noſtræ actiones unic
æternæ vitæ reſpiciant finem, qui eſt ſumma gl
& ſumma gloria noſtra extrinſeca Deo, & nobi
ſeca. Quartò, *per cœleſtium intentionem, ut ab*
*cœlis eſt, nonniſi cœleſtia appetamus.* Quintò de
*habitationem*, ut in eâdem cœli patria, quam
Pater noſter, qui eſt Deus, habitemus.

*S. Bern. ſerm. 4. de Aſcenſ.*

Prætereà debemus, veluti nos exhortatur S. Be
*circuire cœleſtes illas manſiones, viſitando, ſ*
*ſupplicando, laudando*: omnes choros & ordin
lorum ac Sanctorum circuire, menteq; percurr
cunctos humillimè viſitando, ſalutando & la
petendo inſuper aliquam ab eis gratiam, & p
perveneris ad thronum Dei & Agni, infi
Chriſtique contemplaberis gloriam, & ex deſid
ticipandi tantum bonum, Divinam deprecabe
tatem, *clamabis, trahe me ad te.*

*Pſal. 26.*
*S. Aug.*

Et hæc ipſius Regii Prophetæ David, ut ide
nit mellifluus Doctor, erat occupatio: *Circui*
*molavi in tabernaculo ejus hoſtiam vociferation*
expendit S. Auguſtinus, *jubilationis*: cunctas c
circuivi manſiones offerendo Deo ſacrificium
jubilationis, gratiarum actionis & congratulati

Inſuper ut idem S. Bernardus conſulit, in h
viſitatione nedum laudare Deum, verum etia
perum mendicorumque inſtar, circumeundo m

*S. Bern. de duabus menſis.*

debemus: *Ut cœleſtes illi convivantes immittan*
*aliquam in os latrantis catelli*, micam, inquam,
conſolationis.

Eodem imò majori cordis affectu ad Sanctor
ginam recurrere, eique cum Guarrico Abba
deleca

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...rus: *Mater miſericordiæ, ſaturare gloria Filij tui,* *Serm. de Aſſumpt.*
*...mitte reliquias parvulis tuis: Tu ad menſam Domina,*
*...ſub menſa catelli* O Virgo Maria, Mater miſericordiæ,
...menſitate gloriæ tuæ, quâ in cœleſti beatificæ vi-
...Filij tui convivio frueris, tibi congratulor collæ-
...teat memor noſtri fac nos quoque cujusdam micæ
...ipes. Tu Regina Divinæ aſſides menſæ, nos ſeu ca-
...ſſimus ſub menſâ Dominæ noſtræ conſiſtentes.
*...uberes micæ!* exclamabo cum S. Ambroſio (eſto *S. Ambroſ. in Lucam l. 17.*
...io propoſito) O abundantiſſimæ fertiliſſimæque
...æ favorum cœleſtium! *quæ jejunium repellitis ſem-*
*...num, & colligentem pauperem æternis expletis epulis.*
...ab æterno Inferni jejunio nos liberos, & pauperem
...colligentem ſaturum efficitis in æterno cœli con-
...o.

*...go converſatio noſtra in cœlis ſit. Cor ſit in cœlo, ne* *S. Aug. p. 31 & 148.*
*...at in terrâ* quamdiu hic habitat. *Frumentum tuum*
*...ad ſuperiora, cor leva in cœlum.* Talem ac tantam *Idem in Pſ. 83.*
...menti tui geris curam, ut, ne corrumpatur, ſed con-
...etur incorruptum, de loco inferiori & humido ad
...iorem ſiccumque illud transferas: quantò majorem
...æ cordisque tui curam habere debes, elevando ac
...ſportando illud è terrâ ad cœlum, ut ibidem conſer-
...r illæſum liberumque à corruptione & putredine
...? *Quid eſt ſurſum cor? ibi ſpera, ibi ama, inde pete* *S. Aug. To. 10. ſerm. 8. de Verbis Apoſt.*
*...ram, inde expecta mercedem.* De Moyſe narrat Apo
...s, quod potiùs voluerit affligi cum populo Dei,
...m gaudere divitiis Pharaonis. Rationem reddit:
*...iciebat enim in remunerationem,* nempè, mer- *Hebr. 10.*
...m cœleſtem, &, ut exponit S. Anſelmus: *Quia*
*...m cor habebat, & de æternis honoribus cogitabat,*
*...ſe per paupertatem & patientiam adepturum ſpe-*
*...t.*

...e Sancto Simeone Stilita interrogat Theodoretus: *Theodor.*
*...corpore & animo excelſo & elevato ſupra columnam*
*...abat immobilis;* & reſpondet: *Quia aſſiduè cœ-*
*...ſpectabat* corporis mentisque oculo. Quia, ut benè
...t S. Chryſoſtomus, *objectum oculis cœlum manus*
*...ad fortia,* memoria & conſideratio cœleſtis gloriæ
...vireſq; addit ad heroicos virtutũ actus exercẽdos.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De ſanctâ Melaniâ refertur in ejus vita, quòd interroga-
ta, in quonam ſpirituali ſeſe occuparet exercitio, re-
*Roſet. p. 7. c. 4. fol. 406.* ſponderit: *Per Sanctos civitatis cœleſtis* ...
*diſcurro, finem vitæ meæ cum bona ſpe patienter* ...
*pecto.*

Fructus deindè & effectus, qui ex hac naſcuntur me-
moriâ, multi ſunt & eximij, & in particulari qui ...
Deſiderium cœli, Contemptus mundi, Victoria ...
tentationes, Perſeverantia in gratiâ, Nobilitas & ...
roſitas animi.

Primus fructus eſt deſiderium cœli. Enimverò ...
*S. Bern.* benè obſervat S. Bernardus, oculus & cor mag...
ter ſe habent correſpondentiam, *& quod oculus non* ...
*det, cor non dolet.* Ergò quotieſcunque oculus ...
& intellectus converterit ſe ad æterna & cœleſtia, ...
etiam curret deſiderium. Et hæc eſt via ordinaria ...
*Bellar in Pſal. 38.* docet Cardinalis Bellarminus, ad obtinendum ...
Dei amorem, *Conſideratio æternorum.*

*S. Apoſt.* Secundus fructus eſt contemptus Mundi: *Sancti per*
*S. Thom.* *fidem vicerunt regna*, quod idem eſt, juxta expoſitionem
Sancti Thomæ, ac Sancti per fidem vitam ...
æterni ſpreverunt Regna terrena Mundi, Dæmonis
& Carnis. Et rationem reddit Angelicus: quia ...
vincitur mundus niſi *per contemptum*, & non contemni-
tur niſi cognitione & amore boni majoris. Ergò ...
memoriam cœleſtium bonorum ad terrenorum bono-
rum pervenitur contemptum.

Tertius fructus eſt Victoria contra omnes tentatio-
*1. Pet. c. 5.* nes. *Cui reſiſtite, fortes in fide.* Reſiſtere debemus
ita nos exhortatur S. Apoſtolus Petrus, Diabolicis tenta-
tionibus ſcuto ſanctæ fidei, quæ non debilis & ...
*S. Iſid. li. 3. de ſumm. Bono c. 5.* ſed fortis & generoſa ſit, oportet. S. Iſidorus: ...
*Ab incredulis Diabolus timetur ut Leo, à firmis* ...
*ut vermis, contemnitur.* Ratio eſt, quia ſi Dæmon ...
allicit voluptatibus & deliciis Mundi, Fides ...
pollicetur æterna cœli gaudia; & ſi tribulationibus
præſentibus terrorem tibi ingerit, Fides comminatur
tur æternas pœnas futuras: ergò Fides viva ...
tatis futuræ Dæmonis tentationum victorem con-
ſtituit.

Quarta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quartus fructus memoriæ rerum cœleſtium eſt per-
erantia in gratia. *In nobis eſt*, aſſerit S. Chryſoſtomus, *S. Chryſ.*
*um Dei conſervare, vel deſtruere primum, ſi*
*ſtia contemplamur: ſecundum, ſi ad ſæcularia de-*
*amus.*

Quintus & ultimus fructus eſt animi nobilitas & ge-
ſitas: noſtro enim incumbit officio & debito, ut,
emadmodum exiſtimat S. Cyprianus, ſtemus *in* *S. Cypr. de*
*ne generoſitatis noſtræ, cognoſcendo nos filios Dei,* *ſpect.*
amus in gradu dignitatis noſtræ, in quo Deus
s collocavit, agnoſcendo nos eſſe hæredes regni
leſtis. Et hæc de utilitate & fructibus hujus me-
æ.

Admodum, quo ea in praxin reducenda ſit, pro-
amus; etenim hæc memoria non ſpeculativa dun-
at; ſed practica, operativa & efficax ſit oportet,
is fuit ea, quâ uſi fuêre Sancti. S. Hieronymus ait, *S. Hieron.*
c memoriam toties eſſe exercendam, quoties *Epiſt. 22.*
undus ſuâ fucatâ ſpecie in fraudem nos inducere
tur: *Quoties in Mundo videris aliquid glorioſum,*
od te allectet, tibique blandiatur, noli in eo ſub-
ere, ſed *ad Paradiſum mente transgredere, & eſſe in-*
*pe, quæ futura es.*

S. Chryſoſtomus pro habenda praxi hujus memo- *S. Chryſ.*
proponit omnium rerum creatarum tranſitoria- *Hom. 63.*
mque exſpoliationem: *Vis capere beatitudinem?* *in Ioan.*
*ga quod habes*, deſere affectu omnia, quæcunque
terrâ poſſides.

S. Auguſtinus breviſſimum alium ſuggerit modum. *S. Auguſt.*
Conſidera (inquit S. Doctor) duo verba: *Erit, &*
*on Erit.* Quidquid pulchri ac boni conſpexeris in
undo, totum id *erit* in cœlis, & cum infinito exceſſu
lchritudinis bonitatisque; aſt quandò tibi repræſen-
tur aliquod malum ſeu culpæ, ſeu pœnæ; dices:
on erit in cœlis ullâ ratione. *Ibi erit, quidquid voles,*
idem S. Doctor, *non erit, quidquid noles.*

S. Baſilius tres alios aſſignat modos. Primus eſt: *S. Baſil. in*
*leſti aviditate flagrare*, & vivere ardentiſſimo ac in- *Admonit.*
ſiſſimo Paradiſi deſiderio. Secundus: *ſæculi voluptates* *ad fil. Spir.*
*ulcare*, omnemque Mundi pompam inſtar luti deſpicere.

Tertius, corpore *tanquàm figurâ quadam inter homines verſari*, intellectu verò converſari in cœlis. Et in hoc ſancto exercitio, inquit ille, conſiſtit tota perfectæ re-
S. Baſil. nunciationis ſumma. *Perfecta renunciatio eſt animi humani ad cœleſtem converſationem translatio.*
Reg. fuſ. expl. 8.

S. Leo. S. Leo conſiderat prædeſtinationis noſtræ eminentiam: *Surſum vocatos animos deſideria terrena non deprimant; ad æternitatem prælectos peritura non occupent.* Qui vocatus eſt ad cœleſtem gloriam & beatitudinem, neutiquàm animum ſuum occupare debet vilitatibus; qui ad æternitatem electus eſt, flocci pendat hæc caduca & tranſitoria.

S. Paulus Apoſtolus idem nobis perſuadet exemplo
Hebr. 12. Chriſti: *Aſpicientes in Auctorem fidei, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem, confuſione contemptâ.* Semper contemplari debemus Ducem noſtrum Chriſtum: & quemadmodùm Chriſtus propter gloriam corporis ſeu præmium, propoſitum fortiter ſuſtinuit tormenta & mortem Crucis; ita nos quoque propter æternæ gloriæ præmium patienter vitæ hujus tribulationes ferre debemus. Sanctorum hic ſemper mos fuit & con-
S. Greg ſuetudo, ait S. Gregorius, *ut cibum cœleſtis Patriæ ſi non gaudendo, ſaltem ſuſpirando guſtarent*: ad eundem modum ſi in præſenti vitâ cœleſtem gloriæ cibum haud poſſimus guſtare gaudentes, eum guſtemus ſaltem ſuſpirantes.

Ejusmodi quoque exercitium noſtrum ſit, oportet, ut ſemper reſpiciamus ultimum finem gloriæ: & ſi cœleſtibus illis choris aſſiſtere non poſſimus cantando & exultando; conſtituamus nos ibidem præſentes amando, deſiderando, & ſuſpirando. Suſpiremus & anhelemus tranſire ab exilio ad Patriam, ex naufragio ad portum, è carcere ad liberam regni poſſeſſionem, à pœnis ad gaudium, à morte ad vitâ, à tempore labili ad permanentem ſemperque conſiſtentem æternitatem. Aſpiremus ſemper ſuſpiriis gemitibusque continuis ad Deum & Dominum noſtrum, ad Creatorem & Redemptorem noſtrum, ad ſanctiſſimam ejus Matrem, ad conſortium & converſationem Sanctorum, Angelorumque ſocietatem. Pulſemus continuò æternæ vitæ

portam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...as, dicendo: *Aperite mihi portas juſtitiæ, ingreſſus ...as confitebor Domino:* Aperite, O Angeli Paradiſi, *Pſal. 117.*
...tas juſtitiæ, & ingreſſi nonniſi in æternum Creato... laudabimus & glorificamus. Aſpiremus ad cœ...s nuptias Agni: *Gaudeamus & exultemus, quia ...runt nuptiæ Agni, & Vxor præparavit ſe.* Ubi *Apol. c. 19.*
...ſa, quæ eſt anima noſtra, comparere debet ornata ...narum virtutum ornamento. *O Beati qui ad ...am nuptiarum Agni vocati ſunt!* Abſit omnis alius *loc. cit.*
...ratus, ceſſet quodcunque aliud deſiderium, nec ...alius adſit amor & deſiderium, quàm aſſiſtere illi ...ne, deſponſari huic ſponſo, gaudere tàm ſancto, ..., jucundo & æterno ſponſalitio. Hoc unicum à ...ſto, poſtulare debemus. *Vnam petij à Domino,* *Pſal. 26.*
... aliud quicquàm à Deo peto, hic unicus & ſolus ...onum mearum ſcopus & meta eſt: *videre Sanctos,* *S. Aug. in*
... Sanctum Sanctorum, *eſſe cum Sanctis & eſſe ſanctum.* *Man. par. 3*
...que una alterave vice per diem, ſed frequenter ac ...perio cunctis actionibus noſtris, quò ad fieri poterit, ...anagogicas aſpirationes*, ut docet S. Bonaventura, ...remus & ſuſpiremus ad ſummum Bonum. Summo ...vigilans diluculo, lucique creatæ aperiens oculos, ...ces: quandò mihi concedetur, ut aperiam oculos ... increatæ? Te veſtiens, dices: quandò me veſtiam ...ernâ gloria? quandò *in lumine tuo videbo lumen?* ...dendo menſæ, aſpira ad menſam cœleſtem. Ne...ando & converſando cum hominibus, dices: ...andò converſabor cum Angelis, & cum Sanctis? ...andò cum Chriſto? quandò cum ſanctiſſima ejus ...tre? quandò cum Deo & ſanctiſſima Trinitate? & ...dem modo diſcurres in reliquis actionibus. Et ſi ...tum hoc exercitium cœleſtis converſationis neceſſa...m eſt cunctis Dei ſervis & famulis, qui inter pericula ...laqueos Mundi hujus puros immaculatosq; ſeſe con...vare ſatagunt; maximè illis imprimis neceſſarium ...co, qui ex officio cooperantur animarum ſaluti, ut, ...formiter diſcurrit S. Gregorius, ij, qui eis conjun- *S. Greg.*
...tur, eorumque fruuntur conſortio, *quaſi ex ſalis ta... æternæ vitæ ſapore condiantur.* Quod idem eſt dicere; ...tangens ſalem, communicat de ſapore ſalis; ita qui

cum homine ſpirituali & cœleſti converſatur, partic
efficitur ſaporis & delectationis rerum ſpiritualium
cœleſtium : unde corda mundana commoventur
contemptum rerum temporalium, & in amorem
ſtis Patriæ accenduntur. Hanc ob cauſam, ita
S. Cyrill. S. Cyrillo, S. Paulus Apoſtolus ante prædicatione
raptus fuit ad tertium cœlum, & rurſum in
ablegatus. *Non quia dignus non eſſet converſatione*
*leſti; ſed ut prægustatis ſupercœleſtibus, deſcenderet*
*ſtum prædicaret*, cœleſtique ſua prædicatione
animas pertraheret ad cœlum.

Hæc eſt igitur Servorum Dei obligatio, ut
ratione, affectu, deſiderio prorsùs ſint
Verùm quia, ut fatetur S. Auguſtinus, *in*
*queorum poſiti ſumus*: conſtituti ſumus in
longinquâ, in loco exilij & tribulationis,
inimicorum ( unde *facilè à cœleſti deſiderio*
& in contemplatione rerum cœleſtium
propterea, proſequitur idem Sanctus, *aſſiduo*
S. Aug. Man. *gemus munimento, ut expergefacti ad Deum*
*verum & ſummum bonum, cùm defluimus,*
Quapropter, ut tanto impedimento & obſtaculo
hibeatur remedium, ſubiicientur, inſtar
florum Paradiſi, variæ conſiderationes
gloriæ noſtræ: ut ſingulis diebus reſtauretur
creeturque noſter Spiritus in conſideratione
unius ex floribus illis, & per hac breves
meditationes ( quarum erunt 365. quò
earum correſpondeat numero dierum toto
currentium ) quaſi per tot gradus aſcendamus
pinquioresque evadamus cœleſti noſtræ Patriæ
demque cogitatione fixi hæreamus, ubi per
æternitatem perſonaliter commorabimur,
omni exuti conſolatione ac gaudio temporali,
mur, gaudeamusque duntaxat ſpe æternæ beatitudinis
S. Baſil. Hom. 4. de gratia. juxta documentum Apoſtoli: *Spe gaudentes.*
*gaudendum in hoc mundo; ſed ſpe retributionis*
*dum.* In quo ſimiles erimus Beatis in cœlo
ſiquidem eandem ſortimur gaudij materiam,

Dei

…inum gaudium, & ſolùm adeſt differentia in modo, …a illi gaudent in re, nos gaudemus in ſpe: illi gaudent …endo, nos ſperando.

Hæc D. Auguſtini ſupra memorati extitit indu…a: etenim, veluti de ſeipſo refert, breve quod…m ſibi confecit manuale cœli, *quod ſecum ſemper …eret, quo ſopita cœleſtis deſiderÿ memoria renova…ur: & quoties tepeſceret, in DEI accenderetur …rem.* Hoc idem tibi faciendum eſt, & curandum, … ſemper tecum deferas præſentem aut ſimilem cœleſtium conſiderationum faſciculum, quo in amorem cœli, & in odium ejus, quod extra cœlum tibi obiicitur, accendaris. *S. Aug. præf. Man.*

CIVIS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CIVIS COELI

## LIBER PRIMUS.

## PARADISUS

### Viſio Clara DEI.

### Gradus I.

*Viſio clara DEI, perfecta repræſentatio DEI.*

QUia viſio beata *eſt vitalis quædam re-ſentatio DEI, & omnium, quæ* in DEO, Eſſentiæ, videlicet, attri-butorum & Perſonarum Divinarum, & à DEO; eorum, inquam, quæ a DEO producta ſunt in ordine na-turæ, gratiæ & unionis; unde ſequitur, quod ſicut DEus *eſt DEUS, & omnia in eſſendo*: ita Beatus propter viſionem beatificam *eſt DEUS, & omnia in repræſen-tando.*

II. Viſio

II.

*Viſio clara Dei, & Eſſentiæ Dei.*

Quia Beatus videbit in Deo primam perfectionem, æ conſideratur in Deo, & eſt Eſſentia Dei, qua ra- e ſit à ſe, in ſe, & per ſe: à ſe, propter indepen- tiam: in ſe, propter continentiam omnis perfectio- poſſibilis: & per ſe, propter efficientiam. Etenim nes res creatæ ſunt *ab ipſa*, *& ad ipſam*: ab ipſa quam à prima cauſa: ad ipſam tanquàm ad ulti- m finem,

III.

*Viſio clara Dei, & attributorum Dei.*

Ultra Divinam Eſſentiam videt Beatus in Deo attri- ta Divina, &, ut docet S. Auguſtinus, videt attributum unum, *& multiplex*: *ut unum in formalitate* & enti- *ut multiplex in virtute*. Videt enim ſimpliciſſimam ntiam Naturæ Divinæ in ſeipſa eſſe infinitam & itatem, ac proindè infinitis poſſibilibus perfe- nibus, infinitisque attributis (ſi darentur diſtincta) ti æquivalentem.

IV.

*Viſio clara Dei, & Perſonarum Dei.*

Præter attributa Beatus videbit ineffabile ſanctiſſi- Trinitatis myſterium, unitatem Naturæ in Trini- Perſonarum, & Trinitatem Perſonarum in unitate æ. Non videbit tres & unum, veluti quatuor res; unum, tanquàm tres: quià tres Divinæ Perſonæ aliter ſunt ipſe Deus, & Eſſentia non ſuperaddit nis novam entitatem.

V. *Viſio*

V.

## *Viſio clara* DEI, *&* CHRISTI *Humanati.*

Quia eâdem viſione beata videbit Deum Tri[num]
& Deum Hominem. Deum Trinum, tres Per[ſonas]
in una Natura: Deum Hominem, duas Naturas
Perſona. Videbit & admirabitur in ineffabili m[yſterio]
Incarnationis potentiſſimam Divini amoris vi[m]
S.Dionyſ. quia *triumphat de Deo amor.*

VI.

## *Viſio clara Dei, & Mariæ ſanctiſſ[imæ] Matris ejus.*

*Summa gloria noſtra eſt, O Maria,* exclamat [Ber]-
S.Bern. apud S.Bona in ſpec. c.6. S.Bernard. to. 1. ſerm. 61. c.8. nardus, *poſt Dominum te videre.* Cujus rat[ionem]
jungit idem mellifluus Doctor: *quia hoc glorioſ[um]*
*privilegium eſt, quod quidquid poſt Deum pulch[rius],*
*quidquid dulcius, quidquid jucundius in gloria [eſt],*
*Maria, hoc in Maria, hoc per Mariam eſt.*

VII.

## *Viſio clara Dei, in libro ſacra Scriptura.*

Quia Beati in Deo videbunt omnia myſteri[a]
Scripturæ, omnes ſenſus litterales & myſticos,
S. Aug. lib. 20. de civ. c.21. mnibus Figuris & Prophetiis. Enimverò ſec[undum]
S. Auguſtinum, totum illud, quod hic creditur,
vita conſpicietur in Verbo: *Hic credite, & ...*
Ergò ſi totum, quod continetur in ſacra Scriptu[ra],
creditur aut fide explicita & diſtincta, aut fide im[pli]-
cita & confuſa, hoc idem in futura vita clarè vid[ebitur]
in Deo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## VIII.

### *Viſio clara Dei; in libro Naturæ.*

Videbunt inſuper Beati in Deo totum ordinem re-
naturalium, & quò ad ſpecies, & quò ad individua,
nque ſeriem Hiſtoriarum præteritarum tùm ſa-
um, cùm prophanarum, quæ à principio Mundi ad
e præſentem ſtatum occurrere: ex futuris verò
cognoſcent, quæ ad proprium pertinent ſtatum.
æc cognitio perfecta erit & comprehenſiva: ſiqui-
clarè cognoſcet omnes differentias, proprietates &
ditiones cunctorum animalium terreſtrium, aqua-
m, & volatilium: nec non hiſtoriarum circum-
tiis omnes, loca, tempora, perſonas: & in hiſce
ectis, veluti in effectibus Creatoris eorum ſibi
placebit.

## IX.

### *Viſio clara Dei, in libro Gratiæ.*

Viſio Beati extendet ſe quoque ad omnes effectus
æ ad viſionem beatificam, tanquàm ad ultimum
m, ordinatos, quales ſunt gratia habitualis, &
alis, habitus & virtutes infuſæ, ſicut & lumen Glo-
; cognoſcat prætereà Beatus, quod omnia hæc
a ſint in ordine ſupernaturali Gratiæ; at non in eo-
gradu & perfectione: in infimo namque gradu or-
hujus eſt Gratia, in medio lumen Gloriæ, in ſu-
o & ſummo eſt viſio beata, prout magis minusvè
a dona accedunt ad Deum.

## X.

### *io clara Dei, & pulchritudinis cæli, & loci materialis Paradiſi.*

*O Iſrael, quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus* Baruch. 3.
*ſſionis ejus! Magnus eſt, & non habet finem,*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*excelſus & immenſus.* In quo, ſecundùm S. Bonaven-
turam, quinque puncta conſiderari poſſunt, quæ ...
dibilem Beatis conferunt lætitiam. Primò, *eſt locus ...
nitas, quam poſſident.* Secundò, *Iucunda ſocietas ...
regnant.* Tertiò, *Corporis glorificatio, quam ...*
Quartò, *Mundus, quem contempſerunt.* Quintò, ...
*nus, quem evaſerunt.*

S. Bona. to. 2. Diata ſalutis. tit. 10. c. 4.

XI.

## *Viſio clara DEI, perfecta poſſeſſio DEI.*

Quia in rebus ſpiritualibus ſolum videre ...
dere. Unde cùm Deus ſit actus puriſſimus ...
tualiſſimus, ſolis potentiis ſpiritualibus intellectus ...
voluntatis eundem poſſidere, eodemque gaudio ...
frui poſſumus. Cujus exemplum habemus ...
Solis, hac enim fruimur, hanc poſſidemus ...
quo ipſam oculo corporeo ſpectamus & intuemur ...
ſi viſio clara Dei te beatum efficit in cœlo; ...
ſcura ejusdem, quæ habetur mediante ſanctâ ...
te beatum efficiet in terrâ: unde beatus ...
cœlo, videndo, ſi primò in terrâ beatus ...
credendo.

XII.

## *Viſio clara Dei, transformatio in Deum.*

Perfecta, nimirùm, ſimilitudo Dei, non formalis ...
duntaxat, ſed etiam objectiva; quia viſio beata ...
uti nonnulli aſſerunt, eſt veluti imago quædam ...
ctura Divinitatis & Trinitatis Dei; unde non ...
eſt repræſentatio Dei intuitiva, verùm etiam ...
& cognoſcendo ſeipſam *objectivè*, repræſentat ...
Deum *objectivè.* Et valde conveniens eſt ...
ctionem imaginis attribuere viſioni beatæ, ut ...

*Leſſius de ſūmo bono.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ne potentiæ verè ac intrinſecè Deo ſimilis exiſtat: ...a, ut aſſerit S. Auguſtinus; *tunc perfecta erit Dei ſi-* S. Aug. 14.
*...tudo*, loquendo etiam de intuitivâ, *cùm perfecta erit* de Trinit.
*...viſio.* c. 17. S. Ioan. 13.

## XIII.

## *Viſio clara Dei, comprehenſio Dei.*

*Non per incluſionem*, Deus enim infinitus eſt, & ...comprehenſibilis: ſed *per aſſecutionem*, quæ à ...Gregorio Nazianzeno vocetur habitio: *Viſio Dei* Nazianz.
*...habitio Dei*, & videre Deum eſt habere Deum: lib. de Beatit.
...que etiam à Theologis appellatur *tentio*, & corre...ſpondet virtuti Spei, quemadmodùm Fidei reſpon...det viſio, & Charitati fruitio. Quapropter de iis, ...qui ſperant in Deo, dicitur: *Aſſument pennas, ut A-* Iſai. 40.
*...quilæ* & alarum Spei & Amoris ſuffragio evolabunt ...in cœlum, in vultum beatificum Divini Solis defixuri ...oculos.

## XIV.

## *Viſio clara Dei, merces Beatorum.*

*Quidquid laboras, ad hoc labora; ut videas, quia* S. Aug. in
*...viſio tota merces.* Et quamvis formaliter, & ex naturâ Pſal. 90.
...ſua Viſio Dei non dicat aliud, quàm videre & repræ...ſentare Deum; nihilominùs conſiderata juxta ſuam ...exigentiam trahit ad ſe amorem, gaudium & cæteras ...omnes perfectiones. Quapropter concludit S. Auguſtinus: Si viſio Dei *eſt tota merces, & omne bonum noſtrum; ſursùm cor, ſursùm amorem, ſursùm ſpem* ad Deum dirigamus.

## XV.

### *Viſio clara DEI, aggregatio omnium bonorum.*

i.50. *Videbis, & afflues, ſcilicet, omnium bonorum fluentiâ.* Et hæc aggregatio bonorum erit tri generis: primò, bonorum naturalium intrinſecorum quia Deus intellectui & voluntati Beatorum in omnes ſcientias naturales, cunctasque virtutes rales cum actibus ſuis: ſecundò, bonorum in ſecorum ſupernaturalium, ſcientiarum beatarum & infuſarum, fruitionis & gaudij: tertiò, bonorum extrinſecorum, excellentiæ loci, Societa Sanctorum, & negationis remotionisque omnium culpæ & pœnæ.

## XVI.

### *Viſio clara Dei, in ſummo gradu ordinis Supernaturalis.*

Quia tàm Gratia, quàm lumen Gloriæ ordinatur ad viſionem, tanquâm ad ultimum finem. Unde viſio eſt qualitas quædam ſupernaturalis & actua lis, Gratia verò & Gloria ſunt qualitates ſuper naturales habituales, & viſio eſt ultimum com plementum & perfectio tùm luminis Gloriæ, tùm luminis Gratiæ. Unde trium harum formarum Gratiæ, Luminis & Viſionis perfectiſſima eſt viſio, veluti dictum eſt ſupra.

XVII. Viſi

## XVII.

### *Viſio clara Dei, æquivalens omni cognitioni.*

Quia in ſe virtualiter repræſentat hæc tria intellectus judicia. Primum: Deus eſt primum principium, à quo omnia dependent. Secundum: Deus ultimus finis, ad quem omnia referenda ſunt. Tertium: Deus eſt ſummum & infinitum bonum ſupra omnia diligendum. Et hos tres actus intellectus ſubſequuntur tres actus voluntatis: primus eſt actus acceptandi è manu Dei omnia: Secundus eſt actus referendi omnia creata ad Deum tanquàm ad ultimum finem. Tertius eſt actus amoris actualis Dei ſuper omnia.

## XVIII.

### *Viſio clara Dei, Beatitudo noſtra.*

Hæc enim conſiſtit in quadam perfectiſſimâ operatione perfectiſſimæ cujuſdam potentiæ circa objectum perfectiſſimum, qualis eſt viſio beatifica. Quia hæc eſt cognitio abſtractiva imperfecta; ſed intuitiva perfectiſſima, & intellectus ut potentiæ, & Dei, ut objecti perfectiſſimi. In hac vitâ habemus perfectionem potentiarum & objecti; at quia non habemus perfectionem cognitionis non ſumus beati. S. Thomas.

## XIX.

### *Viſio clara DEI, Bonum increatum.*

Quia Beatitudo *eſt bonum perfectum, quod totum quietat appetitum, alioquin non eſſet ultimus finis, ſi adhuc reſtaret aliquid appetendum.* S. Tho. 1. 2. q. 3. a. 5.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ergò beatitudo noſtra neceſſariò debet eſſe bonum in-
creatum, veluti eſt beatitudo noſtra non formalis,
ſed objectiva. Quidquid enim creatum eſt, cùm ſit
bonum finitum & limitatum, beatos nos efficere ne-
quit, ſatiando & quietando totaliter noſtrum appeti-
tum. At Deus, infinitum & increatum bonum, quia
S.Thomas. ſatiatque noſtrum intellectum, *ut univerſale verum,*
*& omne verum*: & ſatiat voluntatem *ut univerſale*
*bonum & omne bonum.*

XX.

*Viſio clara Dei, ſumma communicatio*
*Dei.*

Duæ ſunt principales communicationes Dei ad extra,
& utraque ſumma eſt. Prima, *perſonalis in natura*
humana Chriſti. Secunda, *objectiva in perſona*
creata Beati. Et, ut prætereamus primam, hæc dici-
tur ſumma & infinita: quia in ea communicatur totus
Deus ſine aliqua limitatione & modo quodam per-
fectiſſimo, per intimam ac perfectiſſimam unionem.
Et, pro expoſitione excellentiæ ac prærogativæ hujus
communicationis, deſcribit eam Spiritus ſanctus ſub
Iſai. figuris & ſymbolis fluminis & torrentis. *Ecce ego de-*
*clinabo ſuper eam quaſi fluvium pacis, & quaſi torren-*
*tem inundantem gloriam.* Me communicabo, inquit
Deus, animæ ſanctæ in paradiſo plenitudine quadam
gaudij, abundantiæ aquarum ſimilis, magnum & alta
continentis Gloriæ fluvium, in quo ſubmerſus
Beatus fœlix & ſatiatus rema-
nebit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PARADISUS.

## Amor ardens DEI.

### XXI.

### Amor ardens Dei.

ST *vitalis unio cum Deo intuitivè cognito.* Hæc unio 1.2.q.38.
...ſimilis eſt unioni ſubſtantiali, quæ intercedit inter ...riam & formam, inter corpus & animam. Quem... ...odum enim materia appetit formam, in ea quie... ...t & ſatiatur, & cum eadem conſtituit unum to... ...m perfectum; ita anima deſiderat Deum, & ...ſi in Deo quietatur: *Et facit unum cum Deo* S.Thomas.
*...genere perfectibilis & perfectivi.* Et hæc unio incipit ... Gratia, & ultimam ſuam perfectionem recipit in ...oria.

### XXII.

### Amor ardens Dei, amor excellentiæ.

Quia Beatus minimam etiam Divinæ voluntatis ...ectationem & ſatisfactionem præfert cuicunque ...no creato, imò & bono propriæ Gloriæ. Qua... ...pter *mittunt coronas ſuas ante Thronum:* quo ſigni- Apoc. c. 4.
...are intendunt, quod omnem ſuam gloriam Divinæ poſtponant voluntati, ac malint potiùs ſeparari à viſione & gaudio Dei, quàm à ſanctiſſima ejus voluntate.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## XXIII.

### *Amor ardens Dei, amor complacentiæ.*

Quia majorem Beatus percipit gloriam, cùm complacet ſibi in gloriâ Dei, quàm dum complacet ſibi in propriâ. Siquidem in illa gaudet bono quodam immenſo, infinito & increato: in hac verò gaudet bono finito & creato. Beatus igitur in hoc ſibi complacet & gaudet, Deum eſſe id, quod eſt in ſe, primum & independens, primum principium & ultimus finis omnium rerum, ſummus epilogus, ac perfectionum omnium compendium.

## XXIV.

### *Amor ardens Dei, benevolentiæ Dei.*

Quia ſi amare eſt velle benè amico, indubiè Beati, qui ſunt veri amici Dei, benè volunt Deo, cùm velint à Deo poſſideri omnia bona & intrinſecas perfectiones, quibus præditus eſt. Et ſi velle Beati eſſet efficax, in ipſo actu certo quodam modo mutuum & par redderet Deo: daret namque, quod recipit à Deo, Deum reciperet à Deo, & Deum daret Deo.

## XXV.

### *Amor ardens Dei, beneficentiæ Dei.*

Etenim perfectio amoris non conſiſtit duntaxat in voluntate: verùm etiam in opere, non tantum eſt affectivus, ſed etiam effectivus. Quamobrem totum quod facit Beatus, ordinat ad finem gloriæ Dei. Et quamvis Deus haud ſit capax augmenti intrinſecarum perfectionum, attamen gloriæ extrinſecæ capax eſt.

Unde

de cùm Beatus nequeat Deo benefacere intrinſecè, eficit ei extrinſecè, dando ei ſemper honorem & riam in omnibus rebus.

## XXVI.

### *Amor ardens Dei, transformatio in Deum.*

*Nos autem revelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur.* Quo- *Apoſt. 2. Cor. 3.*
m perfectus amor *facit extaſim*, ſecundùm Dio- *S. Dionyſ.*
ſium, quæ eſt transformatio in rem amatam: non *Areop.*
ſtantialis, ſed accidentalis: non ſecundùm naturam, ſed ſecundùm mores, inclinationem, & amorem. nde dicebat S. Auguſtinus: *Si terram amas, terra es: Si Deum, Deus es*, veſtiendo te attributis & perfectionibus DEI: *& talis quique eſt, qualis eſt us amor.*

## XXVII.

### *Amor ardens Dei, Deificatio Beati.*

Quia omnis forma ſubjectum, quod informat, denominat ſecundùm ſuam naturam: veluti lux ſubjectum, quod informat, facit ac denominat lucidum. ivinitas igitur, tanquàm forma perfectiſſima, Beatum, n quo ea reperitur mediante lumine gloriæ, certo quom modo efficit ac denominat Divinum ac Deificatum, & tanquàm alterum Deum. Et hoc inferre vo- uit Apoſtolus illis verbis: *Qui cohæret Deo, unus* *1. Cor. 6.*
*ſpiritus cum Deo eſt.* Unde ex ſpiritu creato animæ atæ & ex ſpiritu increato Dei fit unus ſolus ſpiritus: a totum id, quod per eſſentiam & ſecundùm eſſe ticipatum eſt in Deo, in Beato eſt in eſſe dependenti participato.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## XXVIII.

### *Amor ardens Dei, Converſatio in Deum.*

Non realiter, & per viam effectus, id enim [illegible] poſſibile, ſed per viam affectus: quia propter [illegible] mentiam amoris vellet Beatus, ſi poſſibile eſſet, [illegible] & in affectu ſe convertere in Deum: & per viam [illegible] tionis: adeò namque per amorem eſt abſorp[illegible]
S. Bern. Deum, *& in abyſſum Divinitatis immerſus,* ut [illegible] quaſi oblitus non videat, non guſtet, ne audiat [illegible] quàm Deum. Unde anima videtur eſſe, non [illegible] anima, ſed alius quidam Deus: veluti ſolet [illegible] in aëre, ubi nonnunquàm nubes rorulenta, [illegible] cuſſa, & illuminata à Sole, videtur eſſe [illegible] alium ſolem.

## XXIX.

### *Amor ardens Dei, ultimus finis Beati.*

Quia eſt creatus ad amandum Deum, idque [illegible] fectè in perfecta unione; quia *amor ad unum,* [illegible] unicum ſolum ſortitur finem. Et non ſolum eſt [illegible] affectiva, ſed realis, conformiter petebat Chriſtus: *Sint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus,* [illegible] *in unitate gloriæ & beatitudinis*: enimverò eadem [illegible] ria & beatitudo objectiva, propria Deo, commu[illegible] catur etiam Beato. Unde, quemadmodum [illegible] habent amorem communem, ita & unum gaudium [illegible] unam beatitudinem: vi cujus anima, eſto retineat eſſe humanum, non tamen humano, ſed Divino more vivit, judicat, & ſentit.

## XXX.

### *…or ardens Dei, mutua unio & manſio Dei in Beato, & Beati in Deo.*

Juxta dictum S. Joannis Apoſtoli: *Qui manet in* 1.Joan.c.4.
*…ritate, in Deo manet, & Deus in eo.* Quod intel-
…ur per viam cognitionis, & per viam amoris: per
… cognitionis, quia in quantum Beatus apprehendit
…um, Deus eſt in Beato, & in quantum penetrat
…*profunda Dei* & eſſentiam Dei, Beatus eſt in
…: & per viam amoris, quia cùm Beatus amat
…um, Beatus eſt in Deo, & ut amatus à Deo Deus eſt
…Beato.

## XXXI.

### *Amor ardens Dei, mors vitalis & Deifica Beati.*

Quia vivit non jam vita humana, ſed Divina. Et ſi
…um eſt dictum illud Platonicum: *Amor moritur ubi* Plato.
*… & vivit, ubi non eſt* Beatus non vivit in ſe, ſed in
…eo, quia tota ejus cognitio & amor non conſiſtit in ſe,
… tranſit ad Deum, ibidemque quieſcit. Præterea dici
…eſt: *O fœlicem mortem, quam duæ vitæ ſequuntur!*
…que duplicem cauſat vitam; unam, in quantum Bea-
…cognoſcit & amat Deum: alteram, in quantum co-
…ſcit ſe eſſe cognitum & amatum à Deo.

## XXXII.

### *Amor ardens Dei, dies natalis Beati in cœlo.*

Quia ſicut vi amoris Chriſtus renatus fuit in terris
…iens ſe noſtræ Humanitati; ita vigore ejusdem amo-
…renaſcitur Beatus in cœlis uniens ſe Divinitati ejus.

Quia-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quapropter Sancti Patres meritò diem mortis appellarunt diem natalem, diem nativitatis; quia beatus naſcitur ad veram vitam, quæ eſt vita beata Gloriæ.

## XXXIII.

## *Amor ardens Dei, & Zelans honorem Dei.*

1.2. q.28, a. 4. Quia amare & zelare pari ac ſimultaneo greſſu ambulant, & eadem charitas, quæ deſiderat gloriam, prohibet, quantùm poteſt malum contrarium, offenſam & injuriam Dei. Et hoc innuunt voces illæ:
Apoc. 6. *Vindica, Domine, ſanguinem noſtrum*: Calpeſ...
S. Aug. to. O Domine, profuſores ſanguinis noſtri. Non petunt
10 append. tunt vindictam de hominibus; ſed de peccato:
ſerm. 35. mirùm, ut Deus deſtruat peccatum, & ſalvet peccatorem.

## XXXIV.

## *Amor ardens Dei, amor holocauſti.*

Perfectum cordis humani holocauſtum non in terra, ſed in cœlo Deo perfectè redditur, ubi totus mentis affectus, & in habitu, & in actu dedicatur & conſecratur perpetuæ ac continuæ laudi DEI. Quam-
S. Aug. in obrem Regius Propheta dicebat: *Tunc acceptabis*
Pſal. 50. *ſacrificium juſtitiæ: modò ſacrificium pro iniquitate ſpiritum contribulatum & cor contritum, tunc ſacrificium laudis ſolius. Beati etiam, qui habitant in domo tua, Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te, hoc eſt ſacrificium juſtitiæ.*

XXXV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## XXXV.

### *Amor ardens Dei, amor experimentalis Divinæ dulcedinis.*

Aliud eſt, juxta S. Bonaventuram, *ſcire naturam* llis; aliud *guſtare & experiri dulcedinem mellis.* eundem modum, aliud eſt intelligere per viam gnitionis, quænam ſit natura Divinæ bonitatis: d verò guſtare & experiri per viam amoris ejus cedinem. Beatus in paradiſo totus immerſus hære- immenſo Divinæ dulcedinis Oceano, veluti apis tota llis favo immerſa eſt, aliud non ſpectat, non tangit, e guſtat aliud niſi mel. O ſtatum fœliciſſimum, O ſta- m beatiſſimum, O ſtatum infinitæ dulcedinis, æternæ citatis, immenſi gaudij!

## XXXVI.

### *Amor ardens Dei, ſtatus perfectiſſimus.*

Duos ſtatus ſibi vindicat Charitas: unum imper- tum in hac vitâ cum unione habitus & actus fidei; m perfectum in alterâ vitâ cum unione luminis glo- & viſionis beatificæ. Etenim charitas eſt perfecta dam amicitia inter Deum & hominem: ergò conna- aliter ei debetur lumen Gloriæ & viſio beata, qua tiæ præſens converſatur cum Deo, eodemque det & fruitur. Idem dicendum eſt de Gratiâ: in mo ſtatu vitæ hujus unita eſt cum Charitate modo perfecto: in ſecundo ſtatu alterius vitæ unitur cum ritate perfecta & conſummata, & cum lumine Glo- beataque viſione, quia Gratia eſt participatio æ Naturæ, uti eſt in ſeipsâ. Ergò quemadmodùm connaturaliter debetur amor, lumen & cognitio ata ſuiipſius; ita Gratia proportionaliter certum d habet *jus*, & exigentiam naturalem amoris, is ac viſionis beatæ.

XXXVII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## XXXVII.

### *Amor ardens in actu perfectiſſimus.*

Quoniam actus amoris cujuslibet Beati eſt perfe-
ctiſſimus & intenſiſſimus, ſuperatq; omnem alium amo-
rem Sanctorum hujus vitæ, tametſi hi illos ſuperent
gradu & intenſione habitus Charitatis. Ratio eſt, quia
2.2.q.24. a.7. actus amoris correſpondent actibus cognitionis: &
ſicut viſio clara Dei ſine comparatione excedit cogni-
tionem obſcuram Fidei; ita amor Patriæ, qui cor-
reſpondet viſioni, ſuperat amorem viæ, proportionatum
cognitioni illius.

## XXXVIII.

### *Amor ardens Dei, & à Deo.*

Poſtquàm enim Propheta aſſeruit Sanctos in cœlo
Ezech. c.1. ad inſtar carbonum accenſorum exiſtere: *Carbones*
*ignis ardentes*, reddit ejus rationem dicens: *Carbones*
*ſuccenſi ſunt ab eo, ſcilicet à Deo*, ignem hunc amo-
rem à Deo recipiunt: *& carbones ardentes*, quia *ac-*
*cenſi ardent in ſe*: quia accenſi à Deo in fotnace ...
cognitionis, ejusdemque infinitæ pulchritudinis ...
cedinis, ardent in ſe. Quod ſi igitur, anima mea, di-
vino ardere deſideras amore, Ad Deum in ...
accedito: ad Deum, qui *ignis ardens & conſumens* ...
fugito: ardet in ſe, & accenditur, qui humilitate ...
eundem accedit.

## XXXIX.

### *Amor ardens Dei, in propria ſphæra.*

Ignis noſter materialis naturalem ſuum ſortitur lo-
cum in ſphæra elementari ſub cœlo: & ignis amoris ...
proprium ſortitur centrum ſupra cœlum in ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtia Dei. *Vivit Deus, cujus ignis eſt in Sion, & ca-* D. Tho. op.
*mus in Ieruſalem.* Quia de cauſa amor Beati in cœlo, de dilect.
uti in loco connaturali, quinque comprehendit con-
iones nobiliſſimas: Prima eſt, amor Beati in cœlo
*in materia nobilis*; quia Beati purè amant Deum,
quicquam aliud cum Deo, aut extra Deum amat.
unda, *eſt in forma cognoſcibilis*; quia amant & co-
ſcunt ſe amare. Tertia, *in quantitate magnus*; juxta
ntitatem cognitionis. Quarta, *in virtute inextin-
bilis*; quia eſt impeccabilis. Quinta & ultima, *in
dure ſtabilis*, ſtabilis in intenſione; quia eſt immuta-
s & invariabilis.

## XL.

## *Amor ardens DEI; in nube & caligine.*

Quamvis Beatus clarè cognoſcat Deum, ardenter-
que eundem amet; nihilominus Divinæ nubi & caligini
merſus eſſe dicitur; quia infinitam cognoſcibilita-
tem & amabilitatem Dei haud cognoſcit: tùm etiam
oniam non comprehendit Deum, neque eum quaſi
gnoſcere dicitur, comparatione Dei præſertim, qui
nitè cognoſcit amatque ſeipſum cognitione & amo-
comprehenſivo. Et in hac incognoſcibilitate & in-
prehenſibilitate gaudet Beatus, admiraturque Di-
nam excellentiam & magnitudinem, quæ tametſi
nitè cognoſcatur ameturque, infinities tamen re-
net adhuc cognoſcibilis & amabilis, veluti ſe co-
plat & amat Deus, ſeipſum comprehendens. Et
incomprehenſibilitas reſpectu Beati, veluti inviſi-
tas reſpectu noſtri, dicitur caligo, in qua habitat
us. *Pollicitus es, Domine, habitare in caligine*, 2. Paralip.
quaſi nubes quædam te circumdat. Et, *Nubes &* 6.6.
*ligo in circuitu ejus.* Quam ob cauſam te quidem
videmus; at clarè comprehendere haud
poſſumus.

PARA-

# PARADISUS

## *Gaudium immenſum* DEI.

XLI.

### *Gaudium immenſum Dei clarè cogni-* *& ardenter amati.*

EX beato Dei aſpectu, beatoque ejus amore bea- quoque procedit gaudium, quod eſt ſumma qui- dam dulcedo, infinita ſuavitas, æterna delectatio ſum- mæ, infinitæ & æternæ pulchritudinis, dulcedinis & bonitatis increatæ DEI: *O gaudium ſuper gau-* S. Auguſt. Solil. c. 35. *dium, gaudium vincens omne gaudium, extra quod non eſt gaudium.*

XLII.

### *Gaudium immenſum Dei, ſummi aſpe- amoris partus dulciſſimus.*

Quia gaudium eſt effectus charitatis, naſcitur- ex præſentia rei amatæ in voluntate: quemadmodum præſentia ſaporis generatur delectamentum in pala- benè affecto: unde ſequitur, gaudium, cùm ſit paſſio- proprietas naturalis amoris, non eſſe liberum & meri- torium ex ſeipſo; ſed in ſua cauſa duntaxat, quæ eſt m- hujus & non alterius vitæ. Conſidera, ſi mel infinitum dulcedinis uniretur palato, ſine dubio infinitum oblectamentum in eo cauſaret; pari ratione infinita dulcedo infinitæ pulchritudinis Dei, quæ eſt in palato voluntatis Beati, cauſabit in eodem infinitam quaſi vo- luptatem & ſuavitatem.

XLIII. Gau-

## XLIII.

### *ſaud um immenſum Dei, Summa pax & quies Beati.*

Quemadmodùm enim ab amore generatur gau-
m; ita à gaudio ſuam trahit originem quies, quæ
quædam deſiderij ceſſatio: unde gaudium non eſt
pliè quies, conſiſtens ſolùm in privatione motus;
l eſt poſitivá quædam vitalis operatio voluntatis,
a ſibi complacet & oblectatur in re amata, quam
lectionem ſubſequitur quies, quæ eſt privatio &
ſatio motus & deſiderij. Gaudet igitur Beatus in Deo,
gaudendo magnam quandam percipit pacem & quie-
m: quia gaudendo infinito iſto bono, extrà illud habeg
nequit alterius boni deſiderium.

## XLIV.

### *ſaudium immenſum Dei, proveniens ab im-menſò Divinarum perfectionum Oceanò.*

Gaudium namque creſcit juxta magnitudinem boni
gniti & amati. Si igitur bonum, quod à Beato co-
oſcitur & amatur in Deo, eſt ſummum, immenſum
infinitum; immenſum pariter & infinitum erit gau-
m. O immenſum bonum, ſolum & unicum im-
enſi gaudij principium! O immenſum gaudium ab
menſo ſolùm procedens bono! plùs ſuperat omne
udium hujus vitæ, quàm Oceanùs minimam aquæ
tam: enimverò hæc multiplicata tandem adæquare,
o & ſuperare poteſt Oceanum; aſt gaudium præſen-
vitæ, eſto in infinitum creſceret, nunquam tamen
udium vitæ æternæ attingere poterit: cum hoc ſit
erſi & *ſuperioris ordinis*, ordinis nempe nobilioris &
timioris.

## XLV.

### *Gaudium immenſum Dei, & perfectionum intrinſecarum Dei.*

Et iſtæ ſunt primarium objectum gaudij beati. Et ſicut Beatus contemplatur, admiratur, adamat Divinam magnitudinem, & excellentiam, ita etiam & in infinitum eâ gaudet, gaudet immenſo eſſe Divinæ Eſſentiæ, infinito Divinorum attributorum numero, Divinarum Perſonarum in unâ Naturâ puriſſimâ ſimpliſſima diſtinctione. Et quemadmodum Beatus ſine comparatione plùs amat Deum, quàm ſeipſum, ita ſine comparatione plùs de Divinis, quàm de propriis gaudet perfectionibus.

## XLVI.

### *Gaudium immenſum Dei, & gloriæ extrinſecæ Dei.*

Et hæc eſt ſecundarium objectum gaudij beati, & ipſius Beati. Quia gaudet Deum ab hominibus glorificari cognoſci & amari. Ac primò gaudet de gloria, quam recipit à ſanctiſſimâ Chriſti Humanitate: ſecundò, à ſanctiſſimâ ejus Matre: tertiò ab aliis Sanctis: denique gaudet de manifeſtatione Divinæ Miſericordiæ, quæ celebratur in cœlis, & de manifeſtatione Divinæ Juſtitiæ, quæ exercetur in Inferno. Et merito *Pſal.* *confitentur Domino, quoniam in æternum Miſericordia ejus* in paradiſo; & ſic etiam *in æternum Juſtitia* in Inferno.

## XLVII.

### *Gaudium immenſum Dei, & propria gloria Beati.*

Beatus gaudebit etiam de propriâ gloriâ: at in Deo & per Deum, & propter gloriam Dei. Ac primò gaudebit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

proprio gloria eſſentiali animæ : ſecundò , de gloria ducali corporis : tertiò de ſocietate Sanctorum : rto, de pulchritudine , decore, diſpoſitione & ornaro Paradiſi : quintò & ultimò , quod ab omni culpâ œnâ , & præſertim ab æternis Inferni tormentis & atibus liberum ac exemptum ſe conſpiciat.

## XLVIII.

### *Gaudium immenſum Dei ; & gloria Proximi.*

In illa fœlici Patria , quemadmodùm quilibet Beatus S. *Anſelm.*
abit proximum, ſicut ſeipſum ; ita lætabitur & gau- *Proſolog.*
bit de gloria proximi ſui , veluti de propriâ : unde ſe- *c. 25.*
tur, quod, prout creſcit ipſorum Sanctorum numerus, accreſcat quoque , & multiplicetur gloria & gaudium in quolibet Beato : *Si ergò cor hominis vix capiet gaudium ſuum , quomodò capax erit tot & tantorum gaudiorum?* Hæc igitur lex eſt charitatis ac gaudij in Paradiſo: plùs amabunt, & gaudebunt de Deo , quàm de ſeipſis: & de proximo, ut de ſeipſis : & Deus plùs amabit S. *Anſelm.*
eos quàm ipſi amabunt ſeipſos. *loc. cit.*

## XLIX.

### *Gaudium immenſum Dei, deſideriorum complementum.*

*Quid enim amas , caro mea? quid deſideras, anima* S. *Anſelm.*
*mea? ibi eſt, quidquid amatis, & deſideratis.* Totum, *l. cit.*
quod amare & deſiderare poteſt corpus & anima ; in cœlo habetur cum ſufficientia & abundantia maxima. Rationem reddit S. Bernardus : quia Deus infinitate & immenſitate ſua animam Beati, cunctoſque ſenſus ejus interiores ſumma delectatione adimplebit : *Erit enim* S. *Bern. in*
*ſpeculum viſui, cithara auditui, mel guſtui, balſamum* *feſto omniū*
*odoratui , flos deſiderabilis tactui.* *Sanctorū.*

## L.

## *Gaudium immenſum Dei, flumen pacis.*

Iſai.c.66. *Declinabo ſuper eam quaſi fluvium pacis.* ...
quam Deus in Paradiſo communicat Beto, tam ...
ſa & abundans eſt, ut, fluminis inſtar cœleſtis ...
tionis & dulcedinis, totam in ſe abſorbeat Be...
mam; & hæc infinitæ illi immerſa ſuavitati, ...
quod retinet eſſe creaturæ, increatam Dei ...
quaſi induit & ſuſcipit. O pax Divina, pax ...
S.Bernard. O pax, in ſe continens, *quæcunque ab omnibus ...*
S. Aug. *derantur: & vitam & ſalutem, & copiam, & ...*
*& omnia bona!*

## LI.

## *Gaudium immenſum Dei, Torre... Gloriæ.*

Iſai.c.66. *Declinabo ſuper eam quaſi Torrentem inundan...*
*Gloriam.* Gaudium Beatorum appellatur Torre...
gloriæ; quia ſicut torrens eſt repentina aquarum ...
undatio è cœlo deſcendentium; ita Gloria Bea...
quædam bonorum omnium congregatio, quæ ...
momento quodam Beati replet animam: & è cœlo ...
cendit, quia ex mera Dei liberalitate donatur: ...
S.Aug. ut ait D. Auguſtinus, cùm Deus remunerat noſtra ...
ſua dona coronat.

## LII.

## *Gaudium immenſum Dei, Mare dul... cedinis.*

Sap.16. Natura Dei in ſe eſſentialiter eſt dulcedo: ſubſtan...
*Dei, dulcedo Dei eſt:* ſubſtantia, natura, & eſſe Dei ...
dulce...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rdo, ſuavitas & conſolatio per eſſentiam. Et ſicut
s eſt infinitus in ſua eſſentia ; ita infinitus eſt in
rdine : vi cujus dicit S. Auguſtinus : *perit quo-* *S. Aug. in*
*modo mens humana & fit Divina. Manebit qui-* *Pſal.* 30
*ſubſtantia* hominis mortalis , ſubjungit S. Ber *S Bern. de*
us ; ſed ſub alia forma immortalis gloriæ , *ſed* *dilig. Deo.*
*alia formâ , aliâ gloriâ , aliâ potentiâ* : tota nam-
transmutabitur in formam , gloriam & poten-
DEI.

## LIII.

### *Gaudium immenſum Dei, gaudium infinitum.*

Idem enim gaudium infinitum & increatum DEI
prium eſt etiam gaudium Beati. Unde dicitur *in-*
*in gaudium Domini.* Ex quo ſequitur, Beatum
ſtitutum eſſe in illo gaudio, ut exponit D. Auguſti-
, veluti ſpongiam in mari conſtitutam eſſe videmus,
non continet mare , ſed continetur & abſorbetur à
, ad eundem modum Beatus non capit , nec com-
endit tantam gloriam ; ſed ab ea continetur & com-
henditur. Quapropter Beatus *intrat in gaudium,* *S. Anſelm.*
*non gaudium in Beatum. Non totum illud gaudium* *proſol. c.*26
*bit in gaudentes ; ſed toti gaudentes intrabunt in*
*dium.*

## LIV.

### *Gaudium immenſum Dei , gaudium gaudiorum.*

Quia continet in ſe omnem gaudij rationem & ſpe-
. *Dominus diluvium inhabitare facit , id eſt,* *Pſal.* 28.
*dit omnia genera bonorum in bonos , & omnia* *Baſil.*
*malorum in malos.* Dominus faciet, ut in altera
homo ſit veluti ſubmerſus in quodam diluvio, ut,
ium, boni affluant omnis generis bonis , & mali



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

abundent omnis generis malis: quemadmodum
diluvij adeò inundans & abuodans eſt, ut in ſe
videatur comprehendere aquas, ac ſi nulla alia aqua
S. Bern. perſic; ita gaudium Beatorum *eſt omne gaudium*
tra illud nullum eſt aliud gaudium. Et, ut conte
S. Bernardus. *Illa gaudia tàm magna ſunt quod non*
*menſurari: tàm multa ſunt quod non poſſunt num*
*tàm copioſa ſunt, quod non poſſunt finiri: & tàm*
*ſunt, quod non poſſunt æſtimari.* Quia ſunt gaudia
ſurabilia, innumerabilia, infinibilia, inæſtimabilia

LV.

## *Gaudium immenſum Dei, Status* *diſſimus.*

S August. Siquidem *ibi erit, quidquid delectat, omnis*
tom. 3. de *deliciæ, omnis requies, omne ſolatium.* Omnis
Spirit. & quies poſſibilis, omnis conſolatio imaginabilis
litt. paucis plura complectamur, *Qui hoc bono fruetur*
S. Aug. l.c. *illi erit? quid non erit? quidquid volet, erit;*
S. Anſelm. *quidquid nolet*: quia erit in Beato *cum imm*
proſol c. 25. *derio plena refectio*, plena ſatietas cum quadam
S. Bonav. immenſitate.

LVI.

## *Gaudium immenſum Dei, vita* *tiſſima.*

Eam declarat S. Auguſtinus per fœlicitatem
ſione Dei, per ſuavitatem in muſicâ Angelorum,
S. Aug. jucunditatem in ſocietate Sanctorum. Conſide
*ſit illa fœlicitas, Deum facie ad faciem videre,*
*Angelicum audire: quanta jucunditas omnium*
*rum ſocietatem habere.* O vita fœliciſſima, ſuaviſſima
jucundiſſima! Fœliciſſima in Deo, ſuaviſſima in
gelis, jucundiſſima in Sanctis. *O fœlix jucunditas*
*jucunda fœlicitas Sanctos videre, eſſe cum Sanctis*
*Sanctum eſſe!*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## LVII.

### *Gaudium immenſum Dei, ſtabilimentum cordis humani.*

Ignis ſemper in motu eſt, at quamprimùm propriam git ſphæram, quieſcit: ita cor noſtrum inſtabile ſemper ac inquietum eſt inter hujus vitæ bona; ſed, ut gaudio potitur Dei, ſtabilitur & conſiſt quietum æterno fruens bono. Quare veriſſima eſt illa D. Auguſtini ſententia: *Cor humanum in deſiderio æternitatis non fixũ, ſtabile eſſe non poteſt* in hac vita; ſed ſemper turbabitur, affligetur, agitabitur à vana paſſione amoris & odij: timoris & ſpei: lætitiæ & triſtitiæ. *S. Aug.*

## LVIII.

### *Gaudium immenſum Dei, & propter Deum.*

Quemadmodùm Deus in ſeipſo, & propter ſeipſum eſt amabilis, terminus & motivum amoris: ita eſt in ſeipſo & propter ſeipſum fruibilis, terminus & motivum fruitionis & gaudij. Contrarium eſt in creaturâ: ſiquidem ejus amabilitas, utpotè à Deo participata, amabilis eſt & delectabilis in ſeipſa, at non propter ſeipſam, cùm ametur ſolùm propter Deum. Et quò magis Beatus amat Deum, gaudet & delectatur Deo propter Deum, & non propter creaturam aliquam, neque propter ſeipſum, eò exiſtit beatior. Quia in puritate amoris & gaudij magis accedit ad Deum. *S Thom. opuſc. 36.*

## LIX.

### *Gaudium immenſum Dei, gaudium ſempiternum.*

Quia eſt gaudium fundatum in æternitate. *Gaudium de bono Divino, quod eſt æternum & invariabile.* *S. Tob,*

Et hoc eſt illud gaudium nobis promiſſum à Chriſto
Ioan. c.6. D.N. (*& gaudium veſtrum nemo tollet à vobis*) gau-
dium, quod non poteſt auferri, nec amitti, nulli ſub-
jectum mutationi, neque dependens eſt à creatura ali-
qua, ſed à Solo Deo, qui ſe nobis communicaturum
promiſit, juramento ſtabilivit, firmavitque promiſſionem
per totam æternitatem irrevocabili: *Iuſiurandum iu-
ravit*, & tanquàm purus Deus, & ut homo
ſimul, *daturum ſe nobis*, & per gratiam per
gloriam.

## LX.

### *Gaudium immenſum Dei, in æternitate ſine fine.*

Gaudet Beatus in cœlo, non in menſura fluxa
temporis; ſed in duratione æternitatis ſine termino.
Quapropter gaudet omnibus bonis, & præteritis &
præſentibus, & futuris; ſiquidem omnia illa unà
conjungit in ſe, in mentali æternitatis præſentia.
O beatam æternitatem! O fœliciſſimam æternitatem!
O æternitatem, fontem gaudiorum omnium, in-
finiti gaudij principium! O beatiſſimos vos Beati
Spiritus, qui, quod agitis, in æternitate operamini,
in æternitate amatis, in æternitate gaudetis,
in æternitate regnatis
ſine fine.

PARA-

# PARADISUS.

## *Laus DEI infinita.*

### LXI.

### *Laus Dei infinita, effectus gaudij.*

AMat Beatus, gaudetque de immenſis Dei divitiis: & ex tali amore & gaudio procedit laus: *Laus Dei eſt animæ refectio, cui nulla ſimilis videtur delectatio: procedit ex nimio fervore charitatis, & ex nimia delectatione ad Deum.* Laus Dei eſt verus cibus animæ, in illa delectatur, in illa nutritur, & vivit in æterna beataque vita: quia provenit ex quodam exceſſu amoris & delectationis erga Deum. *Caſſiod.*

### LXII.

### *Laus Dei infinita, immenſum iubilum cordis.*

Quia jubilum *eſt canticum* laudis, quod conjunctum eſt ſemper *cum gaudio* cordis, *& ex gaudio* procedit. Et hæc eſt laus Beati in cœlo, *laus in jubilo, laus in jubilatione. Beatus populus, qui ſcit jubilationem.* Beati cives cœli, qui nil aliud agunt, quàm laudare Deum & jubilare Deo: & jubilando gaudent, & gaudendo jubilant in mari quodam immenſæ ac perpetuæ dulcedinis. *Auguſt. Pſal. 32. Idem Pſ. 88.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## LXIII.

### *Laus Dei infinita, proprius cultus Dei.*

Quia laudare in jubilatione competit ſolum ineffabili
S. Aug. Pſal. 32. bono (quale eſt Solus Deus) *quod ſignificari poteſt, ſed verbis explicari non poteſt.* Vera laus igitur convenit ſoli Deo, & eſt cultus ſolius Dei, ac debetur Deo. *Fari non potes, tacere non debes; quid reſtat, niſi ut jubiles?* q. d. verbis explicare non potes Majeſtatem & excellentiam ineffabilis Dei, haud tamen eam ſilentio præterire debes: nil aliud igitur ſupereſt, niſi ut cantica laudis & jubilationis dicas Creatori tuo, imiterisque Beatos in cœlo, qui in perpetuo gaudio laudant, cantant ac jubilant Regi ſuo ac Domino.

## LXIV.

### *Laus Dei infinita, laus continua.*

Sicut enim eſt continuus, & ſine intermiſſione amor; & continuum eſt gaudium: quia Beati ſemper amant, & gaudent de Deo, & in Deo; ita quoque laus continua eſt, qua exaltant & glorificant Deum. Et hæc continuatio laudis non generat faſtidium, ſed deſiderium:
Caſſiod. *quia laus non tantum eſt operatio, ſed etiam remuneratio, & de perceptione muneris nemo laxatur, nemo tædio afficitur.*

## LXV.

### *Laus Dei infinita, propter id, quod eſt in ſeipſo.*

Primum motivum laudis Dei, quo ducuntur Sancti
Pſal. 115. in cœlis, eſt ipſemet Deus. *Confitemini Domino quoniam bonus.* Laudatus & benedictus ſit Deus, quia bonus, nempè, ſummè ac infinitè bonus in ſeipſo.

eſt illud Triſagium Seraphinorum cœleſtium, quo
dant Deum & ſanctiſſimam Trinitatem, quia eſt in-
ſanctam in ſeipſa: *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* In quo
cabimur ſanctos Angelos, & Triſagio Seraphico
ungemus Triſagium Eccleſiaſticum, dicentes: *San-
us, Sanctus, Sanctus: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
ancto: Soli Deo honor & gloria.* Et huic adnectemus
od Triſagium Virgini Deiparæ dedicatum: *Sancta,* S. Bonav.
*ancta, Sancta: Maria Dei genitrix, Mater & Virgo:
emper Maria honor & gloria.*

## LXVI.

### *Laus Dei infinita, propter beneficium Creationis.*

Et hoc eſt ſecundum motivum laudis Dei, quæ exer-
ctur in cœlis: *Dignus es, Domine Deus noſter, accipere* Apoc. c. 5.
*gloriam & honorem, & virtutem: quia tu creaſti omnia,
& propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt.*

## LXVII.

### *Laus Dei infinita, propter beneficium Redemptionis.*

Et hoc eſt tertium motivum laudis Dei, quo moti
Beati in hæc prorumpunt verba: *Dignus es, Domine,*
*accipere librum, & aperire ſignacula ejus,* ut in eodem Apoc. l. c.
ſcriptam reperias laudem & gloriam Tibi, veluti ani-
marum noſtrarum Redemptori, debitam; *quoniam
occiſus es, & redemiſti nos Sanguine tuo.* Et quemad-
modum Beati in cœlo totum ſuum bonum à ſacro-
ſancto Paſſionis myſterio procedere recognoſcunt; ita
nunquàm ceſſant laudare Chriſtum, eique referre gra-
tias pro tanto beneficio: quod, nimirùm eos Sanguine
ſuo pretioſo redemerit, eisque gratiam & gloriam pro-
meruerit, qua mediante liberi exiſtunt ab omni culpa
& pœnâ.

LXVIII.

## LXVIII.

### *Laus Dei infinita, laus amoroſa.*

Amplitudo laudis Dei perfectionem ſuam accipit à menſura amoris. Tunc magna amplaque laude extollimus Deum, quotieſcunque ea procedit ex magno amore. Quam ob cauſam animæ beatæ laudant Deum *voce magnâ, id eſt magno & vehementi amore*: vox magna, quæ eſt vox non oris, ſed cordis, & cordis amore ardentis. Etenim *Non valet apud Deum magnus clamor, ſed magnus amor*, inquit D. Auguſtinus. Præterea laudant Deum *in citharis aureis*, quæ eandem laudem affectivam & amoroſam ſignificant: & quidem cithara denotat laudis melodiam: & aurum indigitat charitatem & amorem, quo laus ipſa efficienda eſt.

S. Auguſt.

## LXIX.

### *Laus DEI infinita, occupatio beata.*

S. Aug. Soliloq. c. 15.

*Hoc erit totum negotium noſtrum, ſine defectu Alleluja.* Hoc erit in cœlo exercitium, totaliſque occupatio noſtra, laudare & glorificare Deum ſine fine: nihil aliud modò agitur in cœlis, quàm quod laudetur & glorificetur Deus ſine intermiſſione, ſine fine; *Omne opus eorum, laus Dei ſine fine, ſine defectione, ſine labore.* Omne Beatorum ſtudium poſitum erit in laudando Deum, & hæc laus erit ſine fine, ſine tædio, ſine labore. O beatiſſimam Sanctorum vitam! O jucundiſſimam occupationem: contemplari, amare, laudare Deum, & unum ſine defectu, Alleluja, & gloriam decantare Deo ſine ulla interruptione!

S Aug. Medit. c. 25.

LXX.

## LXX.

### *Laus Dei infinita, finis noſtræ Creationis.*

*Populum iſtum formavi: laudem meam narrabit:* Iſaia. 45.
d, magnum hunc creaturarum rationalium populum
o fine creavi, ut in mea laude decantanda ſemper ſeſe
occupet. Enimverò ſi finis Creationis & Creaturarum
dem eſt, qui & Creatoris; ſicut igitur finis Dei in
omnibus rebus non eſt alius, quàm laus & gloria ſua,
, nimirùm, Deus in omnibus laudetur & glorificetur,
dem quoque Creaturarum finis erit. Ergò Beati in
elo, cùm ſe totos Divinæ impendunt laudi, conſe-
quuntur ultimum ſuum finem; qui eſt eorum beatitudo
& gloria æterna.

## LXXI.

### *Laus Dei infinita, laus totalis.*

Quia voce etiam corporali, inſtrumentisque mu-
ſici anima laudem Deo dabit, quandò cum corpore
ata fuerit. Quapropter S. Joannes cœleſtem depin-
gens muſicam dixit: *Erat Citharadorum citharizan-
tium in citharis ſuis*: muſicorum, inquam, & pulſan-
tium ſuaviſſimè citharas ſuas. Imò *os cujusque Beati* Guiliel.
*ſicut cithara chordarum innumerabilium, miræ & in-* Pariſ. li. 2.
*ſabilis ſuavitatis*, quæ omnem ſimul in ſe compre- p. 2.
endet muſicam & melodiam non abſimilem ei, quæ
vocibus, inſtrumentisque muſicis unitim pulſatis
matur hic in terris.

## LXXII.

### *Laus Dei infinita, laus ſimultanea.*

Quoniam Beatus cunctas perfectiones Divinas ſimul
ctimque laudabit ac decantabit, quemadmodum illæ
ſimul

ſimul ac unitim cognoſcuntur, ſimul ac unitim amantur, & non una poſt aliam. laudabit Potentiam ſimul cum Sapientiâ, & hanc cum Miſericordia ſimul & Juſtitia: & ſicut attributa Divina omnia unita ſunt & perfectiſſimè identificata uni Eſſentiæ; ita una voce laudis, unico jubilationis cantico omnia exaltantur & magnificantur.

LXXIII.

*Laus Dei infinita; ſecundùm infinitam Dei magnitudinem.*

Pſ. 144. *Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis ejus non eſt finis.* Magnus Deus & magnitudine dignus: quia ſicut immenſa ejus magnitudo non habet finem; ita nec ulla ponenda eſt meta & finis laudationis ejus. Magnitudo Dei, quæ eſt Eſſentia Dei, ſecundum

Epheſ 3. Apoſtolum, quattuor habet partes: largitatem immenſitatis, longitudinem æternitatis, ſublimitatem altitudinis, & profunditatem incomprehenſibilitatis. Et hoc eſt laudis exercitium Sanctorum in cœlis, laudare Divinam Eſſentiam, quia eſt infinita in ſua immenſitate, infinita in æternitate, infinita in altitudine, infinita in incomprehenſibilitate. Ad idem laudis exercitium

S. Aug. in Pſal. 144. invitat Apoſtolus Viatores in terrâ: quia, juxta D. Auguſtinum, *Qui laudare non vult in tranſitu hujus ſeculi, obmuteſcet, cùm venerit ſeculum ſeculi.* Ergo qui non dederit Deo gloriam laudis in tempore, eundem glorificare non poterit in æternitate. Unde laus Deo exhibenda in terris à D. Chryſoſtomo appellatur *futuræ vitæ præmium* ſeu prælùdium & principium.

LXXIV.

*Laus DEI infinita, ordinatio Divina.*

Unico ſolummodò præcepto aſtringuntur Sancti in cœlis, inquit S. Auguſtinus, præcepto, nimirum, Divinæ laudis:

…is : *Præceptum poſuit , & non præteribit : Quale* *Pſal.* 149.
…ptum dedit Deus Sanctis ſuis, niſi ut laudent illum ?
…i, quorum hoc eſt negotium ; ſemper laudare Deum.
…arant, nec ſeminant Sancti in cœlo : *Hæc ſunt ope-*
*…neceſſitatis , & ibi nulla neceſſitas.* Non rapiunt,
…piunt aliorum bona : *Hæc ſunt opera iniquitatis,*
*…ibi nulla iniquitas.* Non paſcunt eſurientes , nec
…dos veſtiunt : *Hæc enim ſunt opera miſericordiæ , & ibi*
*…la miſeria.* Suppoſito igitur hoc, quod Beati in para-
…ſunt liberi ab omni neceſſitate , exempti ab omni
…quitate, immunes ab omni miſeriâ ; nulla alia eis ſu-
…eſt occupatio & exercitium , quàm ſemper amare &
…dare Deum.

## LXXV.

### *Laus DEI infinita , & à ſeipſa adæquata.*

…uobus modis Deus laudat ſe ipſum in cœleſti Patriâ.
…ò immediatè : & eſt gloria & laus Dei adæquata ;
…idem eſt actus vitalis intrinſecus & increatus Dei,
…eſt ipſemet Deus. Secundò , mediatè, nempè, per
…tos, & hæc laus eſt inadæquata & deficiens, quia
…non tantùm laudant Deum , quantum meretur
…dari , neque Deus eam exigit propter indigentiam
…m , ſed propter utilitatem noſtram. Unde laus illa
…cata D. Auguſtino , *Dei miſeratio,* eò quod in no- *Pſal.* 149.
…reſultet utilitatem & emolumentum , *ut per illam*
*…efficiamur* , ac in laudando Deum ultimam no-
…recipiamus perfectionem, & beatitudinem.

## LXXVI.

### *Laus Dei infinita, in Deo, & in Creaturis.*

Haud ſufficit Beatis , ut per ſeipſos laudent *S. Bon to.* 2.
…m, quantùm poſſunt ; verùm & ad eundem finem *de proc. Re-*
*…eunct.s lig c.* 7.

cunctas invitant Creaturas. Ac primò Creaturæ in eſſe naturæ, quia totum id, quod poſſident, à Deo obtinuere: ſecundò, in eſſe gratiæ, etenim ſanctitas eſt donum Dei, & ratione hujus Deo laudem dare tenentur: tertiò, in eſſe Gloriæ, quia beatitudinem ſuam qua fruuntur in cœlis, à Deo promanare agnoſcunt: quartò, ad eundem finem invitant ſanctiſſimam Virginem: quintò, invitant Animam ſanctiſſimam Chriſti, quia Maternitas & donum Filiationis naturalis Dei dona ipſis à Deo communicata. Verùm, quia ... ctis hiſce laudum actionibus nunquàm attingunt ... & ſemper Deus ſupervalet, & ampliora in infinitum ſuperſunt, quæ laudentur & deprædicentur in Deo ... humillimè ipſummet Deum ad laudandum ſeipſum invitant, & cum hoc contenti & quieti remanent in deſiderio laudandi Deum.

## LXXVII.

### *Laus Dei infinita, quò magis creſcit, eò magis deficit, æſtimatione & opinione Beati.*

Quemadmodùm enim, quo magis cognoſcitur Deus, eò magis cognoſcitur eſſe cognoſcibilis, & minus cognoſcitur, quàm ſit cognoſcibilis, & quò magis amatur, eò magis æſtimatur amabilis, & minus amatur, quàm ſit amabilis; ita quò magis Beatus laudat Deum, eò magis cognoſcit eum eſſe laudabilem, & minus eum laudat, quàm ſit laudabilis. Et juxta hunc ſenſum ... S. Gregorius Nazianzenus: *Quantùm capitur Deus, tantùm recedit*: quò magis anima approximatur Deo, eò magis Deus elongatur ab ea, & exaltatur in ſua magnitudine: juxta quem ſenſum loquitur Pſalmiſta: *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*. ... pervenit ad centrum Dei, puta, ad beatitudinem, ſemper in Deo majorem reperiet altitudinem, quàm unquam attingere poteſt; nimirùm majorem abyſſum perfectionum, quæ à Beato comprehendi haud poterunt.

Nazianz. antiph. 1.

Pſal. 63.

LXXVIII.

LXXVIII.

*Laus Dei infinita, laus unionis.*

aus unionis ea eſt, qua Beati in cœlo laudant Deum, unusquisque laudem ſuam aliorum innectit laudi. dem ſuam coadunant cum laude ſupremorum Sera- orum, cum laude Matris Dei, & cum laude Animæ iſſimæ Chriſti: denique, ut ſatietur expleaturque um deſiderium in laude Dei, uniunt laudem ſuam pſamet Divina laude, intrinſeca, & propria Deo. hoc exemplum nobis imitandum, utque doceamur, atione in Divinis laudibus nos occupare debeamus, ecatur S.M. Eccleſia in Sacrificio Miſſæ: *Cum quibus noſtras voces ut admitti jubeas, deprecamur*, q.d. ro- mus, ut noſtræ laudum voces uniantur ad gloriam Dei vocibus Seraphinorum, cum vocibus etiam B. Vir- , Chriſti Domini, & ipſiusmet Dei.

LXXIX.

*Laus Dei infinita, laus increata.*

Laudant Sancti DEUM eâdem increata illa laude, Deus, contemplando ſeipſum, ab æterno ſe- laudat & glorificat, & una perſona ſanctiſſimæ Tol. itatis laudat ac glorificat alteram. Enimverò us complacet ſibi, gaudetque de laude illa in- & æterna Dei, ac Deum tali adæquato infini- que modo laudari amat: & cùm in tanta ſibi com- cet laude, eâ tanquàm propria laudat DEUM. dem modum laudandi DEUM docet nos Eccleſia erſiculo iſto: *Gloria Patri, &c.* ubi per gloriam intelligitur gloria & laus creata, ſed increata, *erat in principio*, puta, ab æterno, *& nunc & ſemper* erit in æternum: hacque laude ſemper laudetur Deus ab æterno, & in æternum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LXXX.

## *Laus Dei infinita, ſolum Sanctorum præmium.*

Non hominum, ſed Dei laudem æſtimant & ap-
tiantur Sancti, neque ab hominibus, ſed à Deo lau-
ſummè reputant. *Tunc laus erit unicuique à Deo:* 1. Cor.
censore & remuneratore meritorum ſingulorum. Ad
S.Hieron. imitationem Sanctorum conſulit nobis S. Hieronymus:
*Laudes hominum ne requiras:* quia, tametſi facile
*non curare, dum negatur;* difficilè nihilominus eſt,
*non delectari, cùm offertur.*

# PARADISUS.

## *Actio gratiarum æterna.*

LXXXI.

## *Actio gratiarum æterna, iubilum perenne Sanctorum.*

QUemadmodùm in paradiſo continuæ Deo dan-
tur laudes; ita quoque continuæ ibidem fiunt gra-
Iſai. 51. tiarum actiones: *Gaudium & lætitia invenietur in ea,*
*gratiarum actio & vox laudis.* In beatâ illâ Patria
rum reperietur gaudium, vera lætitia, verum
exercitium & gratiarum actio: actio gratiarum
pter Divinam beneficentiam, & laus datur propter Di-
vinam excellentiam. Tale quoque officium æterni-
tium Christiani ſit, oportet: *Vox laudis & vox gra-*
*rum:* vox laudis propter infinita attributa Dei, &
gratiarum propter infinita beneficia à Deo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...rendo ſemper & voce & corde: *Gloria Patri, gloria* ...lio, *gloria Spiritui ſancto: Gratias Patri, gratias Filio,* ...atias *Spiritui ſancto.*

## LXXXII.

### *Actio gratiarum æterna, cum propria annihilatione.*

*Vera gratitudo*, inquit Albertus, *eſt extollentia donorum Dei cum annihilatione* ſeu humiliatione & depreſſione ſui. Alber. Parad. Ani. c. 25. Et hujus conditionis eſt gratitudo Sanctorum in cœlo: *Ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, dicentes: Amen: Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio.* Et hanc ob cauſam actio gratiarum exhibita à Phariſæo, non fuit accepta Deo; quia ex corde ſuperbo, non humiliato, procedebat.

## LXXXIII.

### *Actio gratiarum æterna, in æſtimatione donorum.*

Virtus gratitudinis conſiſtit ſpecialiter in magnâ æſtimatione & appretiatione donorum donatoris. 2. 2. q. 207. a. 2. Et hæc recognitio & æſtimatio in gradu perfectiſſimo eſt in Beatis. Recordantur ſemper & indelebilem geſtant memoriā beneficiorum à liberaliſſima Dei manu receptorum, & eadem, ut in ſeipſis ſunt, infiniti, nimirùm valoris & pretii, agnoſcunt & æſtimant.

## LXXXIV.

### *Actio gratiarum æterna, in laude mentali & vocali.*

Ultra æſtimationem poſtulat inſuper gratitudo recognitionem laudis cum voce aut mentali, aut vocali. 2. 2. q. 107. a. 2. ...uic debito modò ſatisfaciunt beati illi ſpiritus mentaliter duntaxat; at, reaſſumptis corporibus glorioſis,

Voce

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

voce etiam eidem correſpondebunt: *Confitemini Do-mino, quoniam bonus:* benedicamus Deo, quæ eſt bona, imò ipſamet bonitas. Exclamant modò mente: *Confite-mini Domino, quoniam bonus:* voce tunc quoque con-nuabunt, voces jungentes affectibus.

## LXXXV.

## *Actio gratiarum æterna, in retributione operis.*

*2.2. l. cit.* Recognitio non conſiſtit in verbis duntaxat, verùm etiam in factis: hic ſecundus actus eſt quaſi com-mentum virtutis gratitudinis. Et hunc etiam fun-cum perfectione exercent Beati in cœlo: eteni-ctas ſuas actiones offerunt Divinæ Majeſtati & Benefi-veluti ex debito tùm religionis, tùm gratitudinis agnoſcentes Dominum tanquàm Deum & Benefacto-rem ſuum: ut Deo offerunt *ſua & ſe*, ex debito religio-nis: ut Benefactori offerunt pariter *ſua & ſe*, actus gratitudinis.

## LXXXVI.

## *Actio gratiarum æterna, effectus indi-viduus Orationis Sancto-rum.*

*Suarez de orat. lib. 1. c 11. to. 2. de Relig.* Proprium namque Sanctorum eſt, ſemper im-trare id, quod abſolutè poſtulant & petunt: ac propterea hanc orationem ſemper comitatur gratiarum actio receptis favoribus. Unde quilibet Sanctus ſibi ad & appropriare poteſt hæc Chriſti verba: *Gratias Domine, quia ſemper exaudiſti me*, quandò aliquid rogavi te. Ratio eſt, quia cognoſcunt in Patris luntatem Dei, quæ precibus eorum interveniente illam impertitura ſit gratiam. O Sancti cœli, Advo-cati & Patroni noſtri potentiſſimi & efficaciſſimi, pro nobis, ac Divinum nobis impetrate auxilium pro-

[pr]omptum & efficax, quo ſuffragante omnem mali fu[gi]amus occaſionem, & in via ſalutis benè ſemper ope[re]mur.

## LXXXVII.

## *Actio gratiarum æterna, perpetuus cultus Dei.*

*Cultus Dei*, ait S. Auguſtinus, *in hoc maximè con[ſ]ſtitutum eſt, ut anima ei non ſit ingrata.* In gratitudine [er]ga Deum præcipuè conſiſtit Dei cultus. Quia, cùm [De]o, tanquàm univerſali Benefactori, gratias agit, [e]undem pariter agnoſcit ut Deum & univerſalem Crea[to]rem. Quapropter eo ipſo, quo Sancti in cœlo ſemper ſe occupant ſummo & beato Dei cultu, incum[b]unt etiam ſummo & beatiſſimo gratiarum actionis ex[er]citio: ſemper laudant Deum, ut ſuum Creatorem, [&] totalem Benefactorem.

*S. Aug. de ſpi. & litt. c. 11.*

## LXXXVIII.

## *Actio gratiarum æterna, ſacrificium laudis.*

*Quod eſt ſacratius laudis ſacrificium, quàm in actio[ne] gratiarum?* Verum laudis ſacrificium eſt, quandò [ad]verſitas Deo reddimus gratias. Et hæc eſt continua [S]anctorum occupatio, ſacrificare, & offerre Deo gratiarum ſacrificium: & quò purior erit hæc obla[tio], eo auctior erit Beati gloria. Beatus non refert gratias Deo duntaxat, quod ſit ei gratus & acceptus; ſed ut ſua confeſſione gratiarumque actione

*S Aug. li. 1. contra adverſ.*

*S. Thomas opuſc. de Beatitud.*

Divinam ampliùs exaltet excellentiam,
glorificet magnificen-
tiam.

## LXXXIX.

### *Actio gratiarum æterna, propter beneficia ſibi, aliisque Sanctis conceſſa.*

Ardenti Beatorum charitati proprium eſt, gau-
S.Tho.l.cit. de bono proximi, veluti de proprio. Propterea quil-
Sanctus Divinæ Beneficentiæ refert gratias pro om-
bus donis & naturæ , & gratiæ & gloriæ non ſibi
taxat conceſſis , verùm etiam pro illis , quæ ali
ceſſit Sanctis, & ampliùs, quàm ſi iis omnibus ſolu
tatus ac prædıtus eſſet, ut ſic ad majorem Chriſti glo
conſervet diverſitatem membrorum in eodem corp
Triumphantis Eccleſiæ.

## XC.

### *Actio gratiarum æterna, per Chriſtum, & in Chriſto.*

S.Paulus *Gratias ago DEO meo per IESVM CHRISTU*
S.Th.l.cit. dicebat Apoſtolus , *quia ipſe eſt Filius DEI dilec*
*in quo Pater benè complacuit.* Quapropter grati
DEO obſequium haud præſtari poteſt , quàm offe
*DEO Patri placentiam Filij* , benevolentiam & am
rem Filij. Et hæc eſt ſumma beatificæ gratiarum ac
nis , quam Sancti Deo exhibent : gratias agunt De
per Chriſtum, Deo per Deum, pro gratiarum actio
ipſummet referunt Deum. Propterea Chriſti ſ
factio, ut probant Theologi, fuit recompenſatio &
gratiarum actio ſufficientiſſima pro omnibus in
numerabilibus etiam beneficiis à Deo
nobis præſtitis.

XC

## XCI.

### *Actio gratiarum æterna, in Paſſione Chriſti.*

Ea propter S. Joannes vidit in Apocalypſi: primo, *Deum ſedentem in throno.* Secundò, in thronum & ſeniores vidit *Agnum ſtantem tanquàm occiſum: ſtantem,* quia erat vivus; & *tanquàm occiſum,* propter quinque plagas ſeu vulnera. Unde quotieſcunque ſancta illa intuentur & contemplantur vulnera, Deo ea in gratiarum actionem offerunt. Hoc idem in Eccleſia militante à Chriſtianis præſtari docet S. M. Eccleſia, quando ait: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Quid Deo pro tot tantiſque beneficiis referam? offeram ei in gratiarum actionem calicem beatæ Paſſionis meæ. Ac propterea alia litera habet: *Calicem Redemptionis, Calicem Ieſum:* nimirùm, ipſummet Jesum crucifixum ei offeram. *Apoc. c. 5.* *Pſal. 115.*

## XCII.

### *Actio gratiarum æterna, in Euchariſtico Altaris ſacrificio.*

Euchariſtia in græco idiomate idem ſignificat, quod gratiarum actio, quia inſtituta fuit in hunc finem, ut per eam debitas Deo redderemus gratias. *Vocatur Euchariſtia,* inquit Irenæus, *quia in gratiarum actionem conſecratur.* Et hoc motivum haud deeſt Beatis in cœlo. Unde, ſecundùm aliquos, id ſignificat agere Deo gratias per *Agnum tanquàm occiſum,* puta, per Euchariſtiam, ut idem docet Eccleſia: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi, Calicem ſalutaris accipiam,* i. d. quid unquàm compenſationis loco Deo referre potero pro eo, quod mihi præſtitit, quod in numero infinitum, in qualitate inæſtimabile eſt? profectò rem pretioſiorem ei offerre haud ſciam, quàm calicem ſacrificij incruenti Miſſæ. *S. Iren.*

## XCIII.

### *Actio gratiarum æterna, propter Gratiam.*

S. Aug. l. 8. contra Adverſ. *Agendæ ſunt gratiæ pro Gratiâ recepta per Christum Dominum noſtrum*, & per ſanctiſſimam ejus Paſſionem & Mortem. Quia *Gratia Dei, vita æterna, per Jeſum Christum*, ait Apoſtolus. Gratia Dei accepta, ſanctiſſima ejus merita eſt principium & cauſa vitæ æternæ, omnisque boni. Et pro hac Gratia Sancti in paradiſo perpetuas referunt gratias, agnoſcentes omne ſuum bonum non à propriis meritis, ſed à Gratia & Christi meritis procedere.

## XCIV.

### *Actio gratiarum æterna, pro malis præteritis, & pro bonis præſentibus.*

Alb. Paradiſ. animæ c. 25. S. Leo ſer. 1. de jejunio. *Grati eſſe debemus*, ita nos exhortatur Albertus, *etiam in adverſis*. Et rationem reddit: *Ex ſola enim bonitate & charitate dat Deus utrumque.* Et qui hoc non obſervat, *ex parte Deum reprehendit*, ut bene advertit S. Leo. Quapropter Sancti in cœlo non tantùm Deo referunt gratias pro bonis æternis, quibus [illegible] ne facto fruuntur; ſed etiam pro cunctis malis, quæ unquàm in hac vita perpeſſi fuere. Et ad idem præ-ſtandum faciendumque exhortatur nos Apoſtolus, di-

1. Theſſ. c. 5. cens: *In omnibus*, etiam adverſis, *gratias agite, quia hæc eſt voluntas Dei.*

## XCV.

### *Actio gratiarum æterna, in omnibus Creaturis.*

S. Au. apud S. Ant. p. 6. tit. 5. c. 12. Quia, ut ait D. Auguſtinus, *omnia fecit Deus propter hominem*, & in commodum & utilitatem hominis, omnis creatura eſt beneficium quoddam nobis à Deo [illegible]

...tum; ideòque in omnibus creaturis Benefactorem ...hum & largitorem bonorum omnium laudare, ma...ficare, eique gratias agere tenemur. Et hoc exer...um mirum in modum peragitur à Sanctis in paradiſo: ...a Elementa, Cœlos, cæteraque omnia, quæ iis com...henduntur, ad conſolationem & gloriam ſuam creata ...e perſpiciunt: in omnibus benedicunt, laudant ac ...prædicant Benefactorem ſuum. Unde ſicut *per vi-* S. Thom. ...*ejus*, Paradiſi nimirùm, *cantabitur Alleluja*, puta, to. 10. ...a Deo: ita *per vicos ejus cantabitur Deo gratias*, & ...petua gratiarum actio.

## XCVI.

### *Actio gratiarum æterna, in omnibus momentis.*

Quia *tot ſunt Dei beneficia, quot ſunt vitæ momenta:* S. Anton. ...nverò quocunque vitæ noſtræ momento Deus con- p. 4. tit. 5. ...rt nobis beneficium conſervationis, quæ eſt veluti c. 12. ...tinuata quædam creatio. Unde meritò dicebat A...poſtolus: *In ipſo vivimus, movemur, & ſumus:* Dei ...neficio habemus vitam, motum & eſſe. Et hanc ...atitudinem, qua homines meritò prædititi eſſe debent ...tempore, exhibent Beati in æternitate: ſemper, ...nque momento infinitas Domino reddunt gratias, ...ia omni momento ab omnipotentia ejus conſer...ntur in vita, & vita æterna, cum certitudine, quæ nun...am eis deficere poſſit.

## XCVII.

### *Actio gratiarum æterna, pro omnibus beneficiis, & generalibus, ſpecialibus, ſingularibus.*

Tria beneficiorum genera agnoſcit S. Bernardus, Apud S. ...ibus nos Deo gratos eſſe oportet; *generalia, ſpecia-* Anton. p. 4. ...*a, ſingularia. Generalia* ſunt beneficia Creationis, tit. 5. c. 12.

Redemptionis, Remunerationis. *Specialia ſunt be-*
neficia expectationis, qua nos Deus expectat ad pœni-
tentiam, Juſtificationis, & conſervationis in gratia.
*Singularia* illa ſunt, quæ cuilibet propria. Eorum
illa Beati in cœleſti Patria gratiſſima, jucundiſſima-
que recolunt memoria: de omnibus Divinæ bonitati
referunt gratias, beneficiorum ponderantes magni-
tudinem excellentiamque: & ex parte donantis, cum
quo affectu, nimirùm, ea donet, & ex parte eorum
cui ea donentur.

## XCVIII.

### *Actio gratiarum æterna, cum propria notitia.*

*Albert. Parad. animæ c. 25.*

*Ille veram gratitudinem habet, qui omnium donorum ſe indignum ſentit: & quò major eſt hæc cognitio, eò magis gratitudo creſcit.* Talis eſt Sanctorum in cœlo gratitudo: unita eſt cum altiſſima Dei donorum æ-
xiſtimatione, & cum humillimo, quem de ſe pro-
mant, conceptu & cognitione: quia in eodem gloriæ
lumine, quo gaudent, clarè vident, quid ſint de ſe,
videlicet, indigniſſimi omni bono, quodque omne eo-
rum dignitas & meritum procedat à Deo.

## XCIX.

### *Actio gratiarum æterna Deo, & omnibus Creaturis.*

Obſervant, exhibentque Sancti in cœlo virtutem gra-
titudinis non Deo duntaxat; verùm etiam ipſis Creatu-
ris, à quibus recepere beneficium aliquod conſolationis
& gaudij: Deo in eis gratias agentes, quod per
ut per inſtrumenta ſua, ipſos conſolerit ac . . .
Hoc idem exercitium imitari ac frequentare debent
Viatores in terris, contemplando Deum, eique gratias
agendo in omnibus Creaturis. Unde quando . . .

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…, aut ignis calefacit, non Soli, nec igni gratiæ … dæ ſunt, ſed Deo, qui per has creaturas ſuas dictos … nandi calefaciendique cauſat effectus. Sicut, … quodam Magnate ſeu Principe invitatus eſt ad … nam, pro ſervitio & obſequio, quod ei exhibent … & famuli, gratias referre debet ipſi Principi, … s ſunt famuli, cujusque nomine famulantur; … verò ipſis famulis & aulicis, qui miniſtrant & … rviunt.

## C.

### *Actio gratiarum æterna, in beneficiis Naturæ, Gratiæ, & Gloriæ.*

De primis Beatus gratias agit primæ Perſonæ Pa… : de ſecundis gratias agit ſecundæ Perſonæ Filij: … tertiis gratias agit tertiæ Perſonæ Spiritus ſancti: … æ ſolùm ſunt *dictiones gratiarum*; ſed *actiones*. … cumque in hac vita gratiæ ſolùm Deo referuntur … gua & voce: at Spiritus beati ſunt grati Deo & voce & opere: quia cunctis potentiis & operationibus ſemper Deo ſe gratos & gratiſſimos exhibent.

CIVIS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CIVIS COELI,

## LIBER SECUNDU[S]

## PARADISUS

*Summa communicatio DEI.*

### Gradus I.

***Summa communicatio Dei in lumine Gloria.***

VNumquodque objectum in prop[rio]
detur lumine: cunctæ res corpo[reæ]
lumine materiali Solis: ſubſta[ntia ſpiri]-
tualis in lumine ſpirituali: &
objectum infinitum & increatu[m]
proprio lumine, pariter infini[to]
creato, quod eſt lumen Gloriæ: & in hoc lumine
ac videtur à Beatis. Deus igitur comm[unicat]
Sanctis ſuis in cœlo beatificam ſui Viſionem,
iis lumen ſuum communicat: quo ſuffragan[te]
lectus Beati elevatur, extenditurque ad viden[dum]
contemplandum objectum infinitum, ſupra
prij luminis naturalis: quemadmodum

…ganteque lumine Solis adaptatur pupilla oculi …i corporei ad perſtringendam totam vaſtitatem & …tudinem maris, oculi parvitatem ſine comparatio… …perantis.

II.

*…mma communicatio Dei, totalis, & ſine diminutione.*

Quemadmodùm deſiderium animæ noſtræ eſt tale, … *quidquid minus eſt Deo, deſiderium animæ explere poſſit*; ita Deus, cùm ex infinita bonitate ſua vult …cere animam beatam, *& explere in bonis deſiderium* … perfectionum ſuarum infinitate in cœleſti Patria, …um ſe Beato communicat absque ulla diminutione, …ut nihil ſui celat animam Beati; ſed in omnibus ſe ei …municet ac manifeſtet ſecundùm naturam, attri…ta, & Perſonas. S. Auguſt.

III.

*Summa communicatio Dei, in Eſſentia Divina.*

Tota Eſſentia Dei communicatur Beato. Quare, … Natura Dei *eſt ſufficientia per eſſentiam, & omnis* …entia (Unde Deus dicitur, qui ſufficit, & eſt …entiſſimus in ſeipſo, omnes quippe in ſe com…dit perfectiones, nec ullam aliundè expectat …tionem ab extrinſeco) ita anima Divinam parti…s & poſſidens Eſſentiam: omnis boni gaudet …que abundantia, omni in Deo ſufficientia, nec …quàm ei deeſt: & ſi Deus *eſt, qui ſufficit per eſſentiam*, Beatus *eſt, qui ſufficit per participationem & communicationem.*

IV. Sum-

## IV.

### *Summa communicatio Dei, in Divin Attributis.*

Duobus modis Deus communicat Beato perfe
nes ſuas: & in eſſe increato, & in eſſe creato.
anima ejus æternitate, infinitate particip
at multò magis æternitate & infinitate Dei
pata & increata. Ratio eſt, quia non ſolùm
eſt propter beatitudinem formalem creatam;
cipuè propter beatitudinem objectivam increa
beata in propria beatitudine, & multò mag
titudine Dei: Quapropter duplici ratione
eſt, & in ſe, & in Deo: unde beatitudo Dei non
duntaxat Deo; ſed certo quodam modo commu
Deo & Beato.

## V.

### *Summa communicatio Dei, in Divin Perſonis.*

S. Bon. Sol. initio.

Quia Filius communicatur intellectui
*plenitudine lucis*: Spiritus ſanctus volunta
*titudine pacis*: & Pater æternus memoriæ
*tione æternitatis*. Et hæc eſt ſumma comm
una perfecta participatio lucis, pacisque
tione æternitatis. Et quemadmodum Pater
*nitas per eſſentiam*, *& per appropriationem*:
*per eſſentiam*, *& per appropriationem*; &
ſanctus *pax per eſſentiam*, *& per appro*
ita anima erit in poſſeſſione æternitatis,
lucis, & in abundantiâ pacis *per partic*
*& communicationem* Perſonarum
Divinatum.

VI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VI.

## *Summa communicatio Dei, in perfectione Imaginis.*

In hac perfectione, pleniſſimâque communicatione, quæ à Deo beatæ exhibetur animæ, ultima adhibetur manus Imagini Dei in creatione inchoatæ. Quia perfectio imaginis conſiſtit in perfectâ ſimilitudine cum ſuo prototypo, & mediante tali communicatione anima prorſus efficietur ſimilis Deo: tunc enim imago illa, quæ ortum principiumque obtinuit in naturâ, augmentum in gratiâ, ultimam ſuam recipiet perfectionem & complementum nobiliorum colorum ultimæq; illuminationis in Gloriâ.

VII.

## *Summa communicatio Dei, Sponſalitium Divinum.*

Etenim Divina Sponſalia inter Chriſtum & animam *Albert.* contrahuntur in Eccleſia militante mediâ Gratiæ com- *Carthuſ.* municatione; at perfectum Matrimonium celebratur *Apo. 1.* in Eccleſia triumphante in thalamo cœli mediante perfectâ & conſummatâ communicatione Gloriæ: unde perfecta communicatio idem eſt quod perfectum Sponſalium & Matrimonium inter Deum & animam. *Beati* *Apoc. 14.* *ſunt, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt* per Gloriam! *Non eſt ultrà, quod captant,* nec quidquam *S. Aug.* illis ſupereſt deſiderandum.

VIII.

## *Summa communicatio Dei, in dote animæ.*

Dos propria animæ beatæ, quæ datur ei in cœlis, *S. Tho. 3. p.* tanquam Chriſti Sponſæ, eſt ſumma communicatio luminis gloriæ & charitatis, quæ ſunt principium

trium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

trium beatificorum actuum : *Viſionis, Delectationis, &*
*Fruitionis* , ita anima deſponſatur Chriſto: neque datur
ei præfata dos *ad ſuſtentanda onera Matrimonij*, velut
in Matrimonio corporali ; ſed *ad ſolatium Matrimonij*,
ad purum animæ voluptatem & delectationem, & hæc
eſt dos, quæ datur in cœlo. Altera dos, quæ exhibetur
animæ juſtæ in terra, eſt communicatio Fidei & Amoris,
hocque matrimonium celebratur in lecto Crucis, ubi
Exod. 4. anima amplexatur Chriſtum, *ut Sponſum ſanguinis*

IX.

## *Summa communicatio Dei, propter ſummam bonitatem eiusdem Dei.*

Quia quò major eſt bonitas, eò magis communica-
tiva eſt: ergò ſumma bonitas Dei debet eſſe ſummè com-
municativa : & hæc ſumma communicatio ſummæ bo-
nitati proportionata manifeſtatur in cœlo in Beata
Rom. c. 9. gloria, *ubi oſtendit Deus divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſeri-*
*cordiæ , quæ præparavit in gloriam.* Quanta igitur eſt
hæc gloria? ſufficiat nobis, ejus menſuram eſſe potentiam
& bonitatem Dei: tanta eſt, quantam poteſt vult fa-
cere poteſt infinita Dei bonitas & potentia.

X.

## *Summa communicatio Dei, Fons vitæ.*

Summa eſt illa communicatio , ibidemque ſumma,
aqua Divinæ gratiæ, non è rivulis, ſed ex fonte, non
ex fonte occluſo , ſed ex fonte aperto Gloriæ. *Apud te*
*eſt fons vitæ* : Deus eſt fons vitæ. Stillicidia aquæ
Pſal. 35. ventis, legit alia quædam littera: etenim Juſtis com-
Chald. nicatur ex rivulis & ſtillicidiis: Beatis verò ex ipſo fonte.
Summa communicatio , infinita communicatio:
quidem in illa cunctas Deus gratiæ ſuæ communicat
aquas abſque ullius guttulæ defectu.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## XI.

### *Summa communicatio Dei, in ſummis donis.*

Quia, ſecundùm S. Auguſtinum, Deus donat com- S. *Aug.*
[m]unicatque Beato totum id, quod poteſt dare, *&* [sup]eriora, *& æqualia & inferiora. Superiora ad fruen*[dum]: & ſunt tres Perſonæ Sanctiſſimæ Trinitatis, [Pa]ter, Filius, & Spiritus ſanctus. *Æqualia ad convi*[ven]dum, & converſandum, & ſunt Sancti & Angeli [para]diſi. *Inferiora ad utendum*, & ſunt omnes creaturæ [in u]ſum Beatorum creatæ. Hæc eſt igitur viſio Beati [in c]œlo: *frui, convivere, & uti*, & hanc imitari debe[mus] in terrâ, fruendo Deo, converſando cum Sanctis, [ut]endo creaturis, *ut arrhâ Sponſi, ut muneribus Amici,* S. *Aug. lib. de diligen. Deo.*
[ut be]neficiis Domini.

## XII.

### *Summa communicatio Dei; in ſummo amore.*

[S]icut ignis materialis accendit in terrâ, at in propria [sph]æra, veluti in proprio & naturali loco ſuam oſtentat [virt]utem; ita amor Divinus erga homines exhibetur [& de]monſtratur in Eccleſia militante; at in triumphante [pote]ntiam virtutemque ſuam oſtentat: *Vivit Deus, [cuju]s ignis eſt in Sion, & caminus in Ieruſalem*: enim[ver]o in cœlo duntaxat verus propriusque conſpicitur [effe]ctus amoris, qui eſt ſumma communicatio & unio [cum] re amata, dùm animæ beatæ, quantùm poteſt, [se co]mmunicat. O vim & efficaciam Divini amoris, [qua]m potens es in corde Dei! Si amor iis polleat viribus, [ut D]eum ipſum ad nos deſcendere faciat, eâ quoque [po]llebit virtute & efficacia, ut nos ad Deum aſcendere [faci]at, idque nonniſi puri ſanctique amoris alis.

## XIII.

### *Summa communicatio Dei, omnem ex-guens ſitim.*

Tanta eſt cordis humani ſitis, ut cunctæ com-bonorum aquæ eam haud valeant extinguere. bonum creatum in unam quintam eſſentiam nostro cordi quid erit? *Gutta roris*, quæ non ſed magis accendit ſitim. Solus Deus fluminis, mari que dulcedinis animæ ſe commu-extinguit omnem ſitim, cunctumque explet deſi-ac tali modo quietam reddit animam, ut aliud deret, nec appetat; ſed ſolùm gaudeat infinito ſummo gaudio, ſine totius deſiderij. *Sitio*, *Fons vitæ es, ſatia me*. Quando veniet dies illa *videbo diem illam, diem jucunditatis & lætitiæ,* *apparebo ante faciem tuam?*

S. Aug. lib. Solil. c. 35.

## XIV.

### *Summa communicatio Dei, perfectum Regnum Dei.*

S. Thoma opuſc.

Quia, juxta Angelicum, *Regnum idem eſt,* *regimen*: & tunc perfectum dicitur Regnum quandò *nihil in eo invenitur contra voluntatem* *tis.* Et hæc perfectio reperitur in Regno in cœlo, quia cùm Deus plenè perfectèque cat cœleſtibus iis Spiritibus, poſſidet in ſuo dominio, ita ut beatæ illæ animæ ejus voluntati refragari nequeant. Et hoc Regnum cipit in hac vita per communicationem Gratiæ *non regnat peccatum in noſtro mortali corpore* ficitur in futura vita per communicationem quando non ſolùm nec *peccatum*; *ſed nec* regnabit in corpore noſtro.

Rom. c. 6.

XV.

## *mma communicatio Dei, propter ſummum pretium Sanguinis.*

Menſura communicationis Dei deſumenda eſt à ...nſura meritorum Chriſti. Tantam nobis Deus ...mmunicat gratiarum copiam, quantam Chriſtus ...guinis ſui profuſione nobis promeruit. Ergò ſi ...ricum Sanguinis Chriſti immenſum eſt & infini...m, communicatio Dei in Beatis immenſa pariter ac ...ita erit; & ſi merita Chriſti ſunt menſura Gloriæ ...Beatis, erunt quoque ſpei noſtræ menſura. Quamob ...ſam magnanimi ſimus, oportet, nec ſperemus parva ...exigua juxta anguſtam exiguamque capacitatem no...m, ſed magna & infinita juxta infinitatem meritorum ...hriſti.

XVI.

## *Summa communicatio Dei, univerſalis, & per omnem partem in Beato.*

Erit ubique gaudium. *gaudium ſupra, gaudium intrà, ...dium infrà, gaudium circà, gaudium extrà.* Gau...m reperiet ſupra ſe, quià *gaudebit de Viſione Dei:* ...n ſe, *de propriâ glorificatione:* infra ſe, *de Inferni ...ſione:* circa ſe, *de Sanctorum aſſociatione:* extra ſe, ...*Mundi renovatione.* Et talis erit exultatio, jubilum ...conſolatio, ut tota anima videatur converſa in gau...m &, ut meliùs dicam, ipſum gaudium in abſtracto, ...a dictum Iſaiæ: *Creo Ieruſalem exultationem, & ...pulum ejus gaudium:* q. d. conſtituam & ædificabo ...cœleſtem Jeruſalem, cujus populus non lætus duntaxat, ſed ipſamet eſt lætitia & jubilum.

*Vincent. Bell ſpec. mor. lib. 2.*

*Iſa. 65.*

## XVII.

### *Summa communicatio Dei, qui totus in omnibus.*

1. Cor. 15. *Deus erit omnia in omnibus.* Omnia namque
S. *Anſelm.* erit ipſi Beato, & loco omnium. Deus erit tota
S. *Aug. de* Beati, tota gloria, vita, pax, & omne bonum:
*verb. Dom.* erit in Beato, quod, ſicut eſt aliquid Dei, itaque
*ſerm.* 4. non ſit à Deo, & ad Deum ordinatum. Unde
verificatur illud dictum Iſaiæ: *Tantùm in te eſt*
*Iſaiæ.* & non aliud. Quia, ut ait D. Auguſtinus: *quæ*
*hic varia quæris, unus tibi omnia Deus*, in futura

## XVIII.

### *Summa communicatio Dei, propter ſummam capacitatem animæ in recipiendo ipſum Deum.*

Anima namque creata eſt ad imaginem Dei, & ſummæ cujusdam ſimilitudinis ſui prototypi capax. Ergò anima, quæ eſt imago Dei, ſummam habet capacitatem ad recipiendum ipſum Deum. Et hæc capacitas animæ incipit in Natura ſecundum potentias: in Gratiâ, ſecundùm virtutes: & ſecundùm ſuum complementum perficitur in Gloria, juxta num Oraculum: *Similes ei erimus, quia videbimus ſicuti eſt*, quandò, nimirùm translati fuerimus ad nam gloriam.

## XIX.

### *Summa communicatio Dei, quia immediatè in anima.*

Non videtur Deus à Beatis per ſpeciem aliquam tam; ſed immediatè per ſeipſum: ideòque eſt ſumma commu-

ommunicatio non limitata per medium. Unde anima ata; conformiter contemplatur D. Auguſtinus; ſi intra Deum, quemadmodùm ſpongia eſt intra mare, *S. Aug.* ſemper omnem partem undequaque & intimè, & totaliter imbibit aquam, tametſi extra eam quaſi immenſa adhuc ſuperſit aquæ copia; ita anima Beati propter ſummam communicationem Divinitatis intra ſe, tota per omnem partem perfectiſſima quadam & intenſiſſima unione Deo replebitur: quamvis Eſſentiam Dei intra & ultra ſe adhuc in infinitum diffuſam undequaq; conſpiciat.

## XX.

### *Summa communicatio Dei, in Divinitate, & Humanitate Chriſti.*

Duæ diſtinguuntur Beatitudines in Paradiſo: una eſt primaria, Divinitatis videlicet: ſecundaria altera Humanitatis Chriſti, & utraque eſt cum ſumma unione, & cum ſumma communicatione. Et hæc beatitudo Humanitatis (de altera namque jam diximus ſupra) juxta Abbatem Cellenſem conſiſtit *Pectore*, *Sinu*, & *Vultu IESV*. Unde *Pectus IESV* vocat *Refectorium animarum*: *Sinum Dormitorium*: *Vultum Oratorium*. Et hæc ſunt illius verba: *In Paradiſo ducitur anima in Refectorium*, ut reſtauretur & cibetur: *Pectus IESV eſt Refectorium. Ducitur in Dormitorium*, ut quieſcat in eo: *Sinus IESV ibi eſt Dormitorium. Ducitur in Oratorium*, ut contempletur vultum ejus pulchrum & glorioſum: *Vultus IESV ibi eſt Oratorium.*

# PARADISUS

## Uni-verſitas Scientiarum.

### XXI.

### *Vniverſitas ſcientiarum, in viſione clara Dei.*

S. Au. p. 39.
1. Reg. c. 21.
3. Ioan. c. 6.
Iſa. c. 54.
S. Th. 1. p. q. 12. art. 8.

QVidquid amaveris, ibi erit. Si ames ſcientias, De... erit veluti liber tuus, è quo cunctas unico mo... to ſcientias hauries & addiſces. *Deus ſcientiarum Do... nus*: & , *Erunt omnes docibiles Dei*, *id eſt*, *doc...* Quia quilibet Beatus in viſione beata Dei perfect... ſcientiarum omnium aſſequitur notitiam. Ratio... quia deſiderium naturale ſciendi, ſpectans ad perfectio... nem intellectus, plenè quietari debet & expleri in ... curâ vitâ.

### XXII.

### *Vniverſitas ſcientiarum, in cognitione Vniverſi.*

S. Th. l. cit.

Quia quilibet Beatus mediante quocunque gra... etiam minimo gloriæ intuitivè videns Creatorem, ... quoque & comprehendit totum Univerſum creatum ... quò ad genera, & quò ad ſpecies, & quò ad proprietates & virtutes. Etenim hæc naturalium cognitio eſt per... fectione intellectus, qui in gloria debet eſſe totaliter per... fectus & completus. Conſidera igitur quæ quali... Beato conſolatio erit, videre omnes ſpecies rerum ... ralium, Hominum, Brutorum, Piſcium, Volatilium, ... rum, lapidum, Gemmarum, Metallorum, cunctarum... virtutum ac proprietatum eorundem, cum omni per... ctione & diſtinctione.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## XXIII.

### *Vniverſitas ſcientiarum de omnibus Individuis ad proprium ſtatum ſpectantibus.*

Veluti unus Patriarcha & Primas Religionis ſeu Ordinis alicujus cunctos videt ſui Ordinis Religioſos, & quicquid, quod in eâ peragitur: pari ratione Rex omnia, quæcunq; in Regno ſuo pertractantur, conſpicit: vident inſuper Beati cunctos amicos, parentes, qui ſibi obtigere in terris. Quia ad hanc quoque notitiam extenditur naturale noſtrum deſiderium, quod in beato illo ſtatu, & in viſione clara Dej adimpleri debet, ſecùs viſio illa non eſſet perfectè beatificativa, cùm Beatitudo ſit *ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.*

## XXIV.

### *Vniverſitas ſcientiarum, Phyſicarum, Metaphyſicarum, & Mathematicarum.*

Beatus aſſequetur quoq; ſcientiam univerſalem: Phyſicam, in perfecta cognitione corporis naturalis: Metaphyſicam, in contemplatione rerum abſtractarum: & Mathematicam, in conſideratione quantitatis; ſive ſit numerabilis ſecundùm infinitas numerorum ſpecies, uti eſt Arithmetica; ſive ſit numerabilis, ſecundùm infinitas ſpecies figurarum, veluti eſt Geometria. Præterea Beatus per viſionem in Verbo erit perfectiſſimus Coſmographus, cognoſcendo omnes regiones & partes Terræ; Aſtrologus habens notitiam cœlorum, ſtellarum, earumque influxuum: erit quoque perfectus Philoſophus moralis cognoſcens quodcunque perfectum regimen, & particulare, & univerſale.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## XXV.

### *Univerſitas ſcientiarum, in ſcientia etiam ſupernaturali Theologiæ.*

*Gerſ.* *Scotus in prol. q. 3.*

Quæ, juxta Gerſonem, excedit omnes alias ſcientias, iisque præſtat, *quantùm gratia præſtat naturæ, & æternitas tempori.* Hæc etiam eſt in Beato, præter cognitionem in Verbo. Unde Beatus cognoſcit Deum, ejusque infinitas perfectiones duobus modis: uno, intuitivè, mediante lumine beatifico; altero, diſcurſivè, ex principiis evidentibus, ſuffragante lumine & habitu Theologico. Idque ſummæ gloriæ & conſolationi erit Beato, diſcurrere de attributis Divinis, & cognoſcere unum per aliud; exempli causâ: Deus eſt infinitus; ergò eſt unus: immutabilis; ergò æternus: ſummè ſpiritualis; ergò ſummè intellectivus.

## XXVI.

### *Univerſitas ſcientiarum, propter ſcientias etiam acquiſitas in hac vita.*

*S. Tho. 1. 2. q. 67. a. 2.* *Henric. ult. de fide hominis.*

Quia, ſecundùm Angelicum, *ſpecies remanent immobiliter in animâ.* Et hoc, quamvis ab omnibus admittatur in ſcientiis naturalibus; nihilominus etiam extendi poteſt ad ſcientiam ſupernaturalem Theologiæ, ſupponendo, quod Theologia ſimul ſtare poſſit cum evidentiâ, licet in nobis ratione ſtatus viatoris poſtulet obſcuritatem fidei. Ergò Theologus in Paradiſo eodem adjutus lumine & habitu Theologico in terris acquiſito poteſt diſcurrere & probare concluſiones in Verbo ex principiis evidentibus, modo ſupra aſſignato.

## XXVII.

## *Univerſitas ſcientiarum , in cognitione Angelorum, & Sanctorum in Verbo.*

Hæc namque cognitio ad proprium pertinet ſtatum: ſi major eſt *conſanguinitas gratia , quàm carnis ; ma-* etiam erit *conſanguinitas gloria* in cœlis , quàm ſan-guinis. Ergò ſi videre proprios parentes *in Verbo* ad proprium ſpectat ſtatum ; multò magis videre Beatos: quia inter hos major intercedit unio fundata in majori charitate , quam inter illos : & hæc cognitio ipſi Beato ſummo gaudio eſt , videre ſimul & eâdem viſione in Verbo non proprios parentes duntaxat , & amicos ; ſed omnes Angelos & Sanctos Paradiſi , Humanitatem Chriſti, ejusque ſanctiſſimam Matrem.

*S.Ambroſ.*
*S.Tho. Recup.*11.6.*de verb.q.*39.

## XXVIII.

## *Univerſitas ſcientiarum , in propria cognitione.*

Quemadmodùm enim , qui inſpicit aliquod ſpecu-lum, primò , videt ſpeculum , ſecundò ſeipſum, tertiò cæteras res præſentes ſpeculo : ita Beatus videndo Deum, videbit ſeipſum, alios Beatos , & cæteras crea-turas in Deo : quia nihil ita ad nos ſpectat , aut nobis conjunctum eſt, quàm nosipſi nobis. In hac vita ſpecula non habent virtutem mutandi objecta ; ſed ea , ut ſunt, repræſentant : qui ſunt pulchri , repræſentant pulchros ; deformes , qui ſunt tales : at ſpeculum Divinitatis quemcunque ſe intuentem non repræſentat duntaxat ; ſed format pulcherrimum , & ſpecioſiſſimum ; unde gaudet Beatus , Deoque gratias refert , quod depen-denter à Deo, & in Deo ſeſe adeò pulchrum conſpiciat & contempletur.

*S.Aug.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXIX.

### *Vniverſitas ſcientiarum, in cognitione etiam damnatorum.*

S.Tho 3. p. add. q 91.
S. Aug. 20. 5. de civ. li. 20. c. 22.

Quia hæc cognitio, ſecundùm Angelicum, minimè pertinet ad conſummatam Sanctorum perfectionem, cùm unum contrariorum magis & meliùs cognoſcatur per aliud. Verùm damnati, ut affirmat S. Auguſtinus, nulla gaudebunt cognitione gloriæ Beatorum: quia tam magnum & immenſum eſt bonum Gloriæ, ut illius cognitio eos redderet beatos. Præterea Beati juxta S. Thomam, nullam habebunt compaſſionem de damnatis infernalibus pœnis & tormentis adjudicatis & ſubjectis, ratione perfectæ, qua præditi ſunt, conformitatis cum Divina voluntate: de imò de ... debunt exultabunt lætitia non quidem *per ſe*, ſed *per accidens* ſpectata: nimirùm, propter adimpletionem juſtitiæ, & quia Divina opitulante gratia tantum ſupplicium ſe evaſiſſe conſpiciunt.

XXX.

### *Vniverſitas ſcientiarum, in modo cognoſcendi perfectiſſimo.*

S Tho. 1. p. q. 12. a. 10. cõtra gent. lib. 3. c. 6.

Hanc cognitionem non habet Beatus in Verbo ſucceſſivè, ſed ſimul: quia non per multas ſpecies, ſed per unam, quæ eſt Eſſentia Divina. Idque neceſſarium eſt propter perfectionem Beati: etenim intellectus nunquàm ſe ſatiatum exiſtimat, niſi ſimul & eodem tempore omnia, quæ unquàm cognoſcere poteſt, cognoſcat. Sicuti materia prima una non exſatiaretur forma, ſed omnibus, ſi omnes ſimul recipere poſſet. Gaudet igitur Beatus non ſolùm propter multitudinem objectorum, ſed propter modum etiam cognoſcendi perfectiſſimum, ſimultaneum, & ſine ſucceſſione.

XXXI.

## XXXI.

### *Vniverſitas ſcientiarum, perpetuarum in æternitate.*

Beatus non ſeipſum duntaxat cognoſcit in Deo, ſed ... am ſuam cognitionem, illiusque naturam & quali... em, quod ſit perpetua in æternitate. Quia, ſecun... um Angelicum, anima noſtra, in perpetua ſua naturâ, ... uraliter non fœlix tantùm, ſed perpetuò fœlix eſſe ... ſideras: ergò cognoſcere debet, quod tantum ... onum, puta, viſionem Dei, per totam æternitatem ... nquàm ſit amiſſurus, nec unquàm amittere poterit: ... ecus viſio illa non eſſet vera fœlicitas, ſed conſiſteret ... um triſtitia ratione finis tandem aliquando ei impo... endi. Et hoc eſt complementum omnis fœlicitatis ... n Beato, cognoſcere quid ſit Beatus, & quid erit ... eatus, quodque non poſſit non eſſe Beatus per totam ... æternitatem.

*S.Th.lib.3. cont. gent. c.62.*

## XXXII.

### *Vniverſitas ſcientiarum ſine tædio & faſtidio.*

Quia ſcientia Animæ beatæ non dependet à po... entiis materialibus, & organicis, quæ cum exercitio ... efatigantur, veluti dependet ab iisdem in præſenti vita. ... Præterea ubi eſt admiratio, ibi non poteſt eſſe faſti... dium; ſed eſt deſiderium & delectatio: & Deus, ... um videtur in ſua infinitate incomprehenſibili, ſem... per videtur cum admiratione: ergò ſine tædio & ... faſtidio, ſed cum deſiderio & voluptate. Quapropter Beati ſemper vident Deum, & ſemper ipſum videre deſiderant: nunquàm cum faſtidio, ſed ſemper cum gaudio.

*S.Th.l.cit.*

## XXXIII.

### *Vniverſitas ſcientiarum, immutabilis & invariabilis.*

*S. Th. l. cit.* Rationem ejus reddit S. Thomas. Quia quò magis res aliqua approximatur Deo, qui eſt ipſamet immutabilitas, eò magis in ſeipſa immutabilis eſt, & invariabilis. Ergò ſi animæ ſanctæ in cœlo propter ſummam beatam in Verbo ſummam habent cum Deo vicinitatem, ſummam quoque habebunt immutabilitatem. Prætereà immutabile eſt lumen Gloriæ, quod eſt lumen Viſionis: ergò eodem modo viſio immutabilis & invariabilis ſit, oportet. Ex quo evidenter liquet, Beatorum in fœliciſſimo illo ſtatu Gloriæ nec ullam pati variationem in cognitione ſua; ſed ſemper uno eodem modo videre & contemplari cauſam, & in ea effectus.

## XXXIV.

### *Vniverſitas ſcientiarum, cum dono linguarum.*

Quia Beati ſcientiarum omnium, quibus participes ſunt, uſum habere poſſunt in omni lingua & idiomate, latino, græco, hebraico, chaldaico, &c. cum ſint cujuſvis linguæ eloquentia & facundia omnia & ſingula prolaturi: etenim totum id continetur in naturali noſtro ſciendi deſiderio, quod in cœlo explendum & ſatiandum eſt. Quod ſi quis hic in terris haud exiguam ex notitia alicujus linguæ etiam imperfecta participat voluptatem & gaudium, quali non perfundentur gaudio Beati in cœlo, ubi omnium imbuti ſunt linguarum notitia, modo perfectiſſimo & longè meliori, quàm ſi quis loqueretur lingua vernacula.

XXXV.

## XXXV.

### *Vniverſitas ſcientiarum, in ſcientia infuſa.*

Beatus, præterquàm ſcientia beata dotatus eſt, ...tinebit quoque in paradiſo ſcientiam infuſam ſuper-...turalium myſteriorum noſtræ fidei per proprias ſpe-...s, ut eadem objecta cognoſcantur à Beatis pluribus ...odis & per varias vias: *ut pluribus etiam modis lau-...tur Deus.* Unde idem myſterium videbitur & co-...oſcetur à Beato per ſpeciem increatam Divinæ Eſ-...ntiæ, & per propriam ſpeciem infuſam talis myſterij ...præſentativam. Et quemadmodùm hæc objecta ...os ſortiuntur eſſendi modos: & in ſe, & in Deo, ...m eadem Deus in ſe contineat tanquàm creaturas ſuas; ...per eaſdem ambas vias cognoſcuntur à Beatis: ni-...rum in ſeipſis uti ſunt, & in Deo, qui eis hoc ipſum, ...od ſunt, communicavit. S. Thomas.

## XXXVI.

### *Vniverſitas ſcientiarum, in propria prædeſtinatione.*

Conſpicit quoque Beatus in Deo, veluti rem ad pro-...um ſtatum pertinentem, totum ordinem ſalutis ſuæ, ...quibus mediis, quibuſque viis Deus eum conduxerit ...finem æternæ Gloriæ, ſuæque prædeſtinationis exe-...tum fuerit decretum. Divina conſpicatur auxilia, quæ ...eus ei communicavit, pericula, è quibus eum eripuit. ...anto tempore eundem ad pœnitentiam præſtolatus ...it: videt inſuper, quoties ei demandati fuerint ...ncti Angeli in ſuccurſum & auxilium, quoties rejecti ...repulſi dæmones: denique videt, intueturque va-...em & potentiam Divinæ Gratiæ in ſublevanda ex-...ndaque tàm fragili natura ad tantam Gloriæ celſi-...dinem.

XXXVII.

## XXXVII.

### *Vniverſitas ſcientiarum, in conſideratione Divinorum Iudiciorum.*

Anima ſummoperè ſcire deſiderat cauſas occultas judiciorum Dei: cur, videlicet, populus Hebr. populus electus, fuerit à Deo reprobatus; & populus Gentilis, populus idololatriæ deditus, fuerit elect. Cur ad pœnitentiam vocaverit S. Petrum, & in impœnitentia deſeruerit Judam. Cur inter homines prædeſtinationis capaces hos ſolos & non alios libro prædeſtinationis inſcripſerit. Cur hunc in mortis articulo expectet ad pœnitentiam, alium morte præventum impœnitentem abire permittat: quibusdam Deus elargiatur gratiam ſuam efficacem, aliis ſufficientem duntaxat. Præterea, cur aliqui divites, alii pauperes: alij ſani, infirmi alij. E horum ſimilium effectuũ cauſas Beatus in Deo contemplatur & cognoſcit, immenſoq; perfruitur gaudio cognoſcendi tam occulta Divinæ Providentiæ myſteria.

## XXXVIII.

### *Vniverſitas ſcientiarum, ſine fraude & deceptione.*

Etenim fœliciſſimus ille ſtatus omne malum excludit voluntatis duntaxat; ſed etiam intellectus errorem: *& falſum eſt malum intellectus*, juxta Philoſophum, *ſicut verum eſt bonum*: ſiquidem intellectus majus malum, quàm ſit falſitas, & majus bonum, quàm ſit veritas obtinere nequit: & quoties cunque Beati certam evidentemque non aſſequuntur cognitionem futurorum contingentium & ſecretorum cordis, de iis non temere judicant, ſed ſuſpendunt actum judicij. Præterea quandiu in cœlis perfectè uniti ſunt cum prima Veritate, poſita tali unione nec ullam admittere poſſunt falſ-

Eth. l. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſitatem. Et ſi hujusmodi perfectio data & conceſſa [...]itin ſtatu innocentiæ ( Unde Eva non fuit à ſerpente [...]cepta *in ſtatu innocentiæ, ſed in ſtatu peccati*: prius [...]m in voluntate præceſſit peccatum ſuperbiæ, quam p. 2. q. 5 a. 5. [...]ceptus fuerit intellectus ) quantò magis & in emi[...]entiſſimo gradu ipſi Beato, concedenda eſt in ſtatu [...]eatitudinis.

## XXXIX.

## *Vniverſitas ſcientiarum, Matutinæ & Veſpertinæ ſimul.*

Quod affirmat S. Auguſtinus de Angelis, commune S. Aug. to. eſt omnibus Beatis. Omnes vident creaturas duobus 5. de Civit. modis: *& cognitione Veſpertinâ in proprio genere, &* lib. 2. To. 3. *cognitione Matutinâ in Deo, tanquàm in causâ*: &, ut de gen. ad notat S. Thomas, prima cognitio dicitur Veſpertina, lit. l. 5. c. 52. & non Nocturna, quia *Beati cognoſcentes creaturas*, D. Tho. q. *non in eis figuntur*, ſeu perſiſtunt. *quod eſſet tenebreſcere,* 58. a. 2. *& noctem fieri; ſed hoc ipſum referunt ad laudem Dei,* & ad cognoſcendum Creatorem. Idipſum affirmat S. Auguſtinus: *Non dicitur Nocturna, quia referunt [eam] ad Dei honorem & amorem.* Ultra has duas cognitiones habent inſuper Beati cognitionem Meridianam, veluti advertit & notat idem S. Thomas, quæ eſt cognitio Dei in ſeipſo.

## XL.

## *Vniverſitas ſcientiarum, in corpore glorioſo.*

Corpus beatum haud poterit videre ſubſtantias ſpirituales, uti easdem conſpicit anima: nihilominùs modo ſibi proportionato non deerit quadam ex parte hujuſmodi cognitio. Unde videndo Chriſtum Hominem videbit etiam Deum, at Deum in carne, [q]uod dicebat Job: *In carne mea videbo DEUM.*

Et cùm anima videt Divinam Eſſentiam, eandem vide-
bit quoque ſenſus internus; ſed juxta capacitatem ſuam,
S. Anſelm. puta, modo corporali & imaginario Præterea videbit
in Elucid. Angelos oculis corporalibus, quia in corporibus aſ-
ſumptis aëreis comparebunt.

# PARADISUS.

## *Theatrum Virtutum.*

### XLI.

### *Theatrum virtutum exemplarium in Deo.*

Beatus videt in Deo: primò, quod Divina E[ſſentia]
omnis virtus in ſeipſâ, & per eſſentiam. Eſt[...]
*& non habens virtutem*: eſt virtus in ſe, & [...]
S. Dionyſ. virtutem ſuperadditam. Secundò, eſt omnis vi[rtus]
& propriè dicitur perfectio, veluti charitas: & [...]
nenter dicitur imperfectio, veluti temperantia. T[er-]
tiò, quemadmodùm ipſamet cognitio eſt omnis [...]
tia in Deo; ita ipſamet volitio Divina eſt [...]
virtus in Deo. Quartò, videt inſuper Beatus, [...]
ratione ultra creaturarum idæas dentur quoque in [...]
idææ virtutum, dictæ virtutes exemplares. Ra[tio]
quia Divina voluntas in hoc genere prima, perfe[ctiſ-]
ſima, & excellentiſſima eſt: ergò cunctas in ſe [...]
prehendere debet perfectiones ad voluntatem ſpe[ctan-]
tes, veluti ſunt virtutes: & quidem modo pe[r-]
fectiſſimo & eminentiſſimo, nempè,
per eſſentiam.

XLII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## XLII.

## *[Th]eatrum virtutum, cum ſumma eminentia in Deo.*

Videt Beatus in Deo quatuor virtutes Cardinales
[per]fectiſſimas & eminentiſſimas. *Prudentia eſt ipſa* S. Th. l. cit.
*[Di]vina mens. Temperantia conformitas ad ſeipſum.*
*[Fo]rtitudo ipſa Dei immutabilitas. Iuſtitia obſervatio legis*
*[æte]rnæ in ſuis operationibus.* Et in harum imitatione
[vir]tutum, ait D. Auguſtinus, noſtra conſiſtit ſanctitas: S. Aug. li. 1.
*[qu]ia ad hominem pertinet , ut ad Divina ſe trahat,* de moribus
*[q]uantùm poteſt*, uti etiam docuit Ariſtoteles: *& ſi ſe-* Eccl. c. 6.
*[qu]imur Deum, benè vivimus: ſi autem aſſequimur, non*
*[t]antùm benè; ſed etiam beatè vivimus.*

## XLIII.

## *Theatrum virtutum heroicarum in Beatis.*

Secundo loco, poſt virtutes exemplares Dei, recen-
[se]ntur heroicæ Beatorum virtutes, dictæ, *purgati animi,* S. Th. l. cit.
*[q]uæ ſunt virtutes aſſequentium Divinam ſimilitudinem*
[m]ediante Gloria. Ex quibus *Prudentia ſola Divina*
*[in]tuetur: Temperantia terrenas cupiditates neſcit:*
*[Fo]rtitudo paſſiones ignorat,* & in edomandis paſſionibus
[nu]llum occupatur, imò tali modo eas habet ſibi ſubjectas,
[ut] illas amplius non ſentiat. *Iuſtitia cum Divina mente*
*[p]erpetuo fœdere ſociatur , eam ſcilicet imitando.* Et hæ
[vir]tutes, inquit S. Thomas, *ſunt Beatorum, vel ali-*
*[q]uorum in hac vitâ perfectiſſimorum.*

## XLIV.

## *Theatrum virtutum poſſeſſarum in hac vita.*

Omnes virtutes morales, ſive ſint infuſæ, ſive ac-

quiſitæ remanent in alterâ vitâ. Unde Juſtitia in vo-
luntate Prudentia in intellectu, Temperantia & for-
titudo in appetitu concupiſcibili & iraſcibili remanent;
verùm de hac ultimâ ſolâ id intelligitur, quando anima
unita fuerit corpori glorioſo. Et ſicut reſuſcitatur
idem appetitus ſenſitivus, ita eædem reproducentur vir-
tutes in eodem appetitu. Suntque neceſſariæ hæ vir-
tutes ſtatui glorioſo, ut connaturaliter & per principia
intrinſecum rationi ſubiiciantur paſſiones cum ſum-
quiete & pace, & ſine ulla repugnantia & turbatione.

XLV.

## *Theatrum virtutum Theologicarum.*

Nulla harum virtutum remanet aut conſervatur in
S.Th.q.59. alterâ vitâ, ſolam ſi excipias Charitatem; hæc enim
art. 3. naturâ ſuâ nullam dicit imperfectionem, veluti Fides &
Spes: quarum prima eſſentialiter *eſt de non viſis*, ſecunda
*de non habitis*; at charitas neutrum dicit eſſentialiter.
Unde in ſtatu imperfecto præſentis vitæ *eſt de non viſis*
*& de non habitis*, amat res non viſas & nondum poſſeſ-
ſas: & in ſtatu futuro & perfecto Gloriæ, eſt de viſis &
de habitis, etenim amat Beatus id, quod videt & poſſidet.
Quapropter Charitas remanet in Beato, non autem
Fides & Spes.

XLVI.

## *Theatrum virtutum variis modis acquiſito- rum à Beatis.*

*Omnes ad præmium, aliqua cum præmio, aliqua*
S. Bon in 3. *ipſum præmium.* Cunctæ remanent in Beato quæ
diſt.33 q.6. ad præmium Gloriæ, etiam Fides ipſa aliquæ non
ſunt ad præmium, quia ſunt cauſa præmii, ſed ſunt
cum eodem præmio, quia ei non repugnant, ut
virtutes Cardinales: aliæ denique non tantùm ſunt ad
præmium & cum præmio, ſed ſunt ipſummet eſſentiale
præmium, veluti Charitas. Unde colligitur Charitas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſe excellentiſſimam virtutem: quia ſimul cum viſione ſtatâ eſt ipſa eſſentialis Beatitudo Beati, quod aliis virtutibus haud competit.

XLVII.

## *Theatrum virtutum unitarum in Beatis.*

Cunctæ Beati actiones, ſecundùm S. Bonaventuram, ſimul ſunt *fortes*, *& juſta & prudentes*, *& temperata. Fortes*, quia ſine timore: *juſta*, quia ſine obliquitate: *prudentes*, quia ſine errore: *& temperata* quia abſque concupiſcentiâ. Siquidem in Beato non ſolùm reperitur virtutum eſſentia; verùm earundem quoque perfectus ſtatus, ratione cujus, juxta Angelicum, aliarum virtutum requiritur unio & connectio. S.Thô.3.p. q.63.

XLVIII.

## *Theatrum virtutum cum donis Spiritus ſancti.*

Quemadmodùm in fœliciſſimo illo ſtatu erunt virtutes morales *ad ſequendum dictamen rationis*, & ſunt ipſum lumen, quo docemur benè operari; ita quoque ibidem aderunt dona Spiritus ſancti *ad ſequendam motionem Spiritus ſancti, quæ præcipua erit in Patria, quando Deus erit omnia in omnibus.* Præterea, actus donorum, prout ſunt in Patria, omnem excludunt imperfectionem, ſuntque longè perfectiores eminentioresque actibus illis, qui exercentur in vitâ: ſiquidem in hac vita *brevi illorum ſatiamur hauſtu*: at in futurâ vitâ inundante flumine, torrenteque nunquàm deficiente: S.Th.q.68. a.6. S. Ambroſ.

## XLIX.

### *Theatrum virtutum cum dono ſancti Timoris.*

Tametſi in beata illa vita, ubi nonniſi viget Cha[illegible]
& amor, non videatur eſſe admittendus aliquis [illegible]
nihilominùs in Beatis vera datur virtus Timoris, [illegible]
dicitur Timor filialis & reverentialis. Siquidem [illegible]
tus non timet pœnam, ſed culpam: & hic Timor [illegible]
cauſat aut confert eis afflictionem aliquam, [illegible]
S. Tho. 2. 2. headendo culpam, *ut poſſibilem naturæ*, quæ [illegible]
q. 19. a. 10. cœlo non mutatur, *tamen non ut poſſibilem ſtatu* [illegible]
potè cujusvis culpæ incapaci. Quapropter non [illegible]
*ſollicitudine infirmitatis; ſed cum tranquillitate* [illegible]
nequicquàm anxioſus hæret aut timidus propter [illegible]
mitatem naturæ; ſed tranquillus & ſecurus eſt [illegible]
poſſeſſionem perfectæ Charitatis.

## L.

### *Theatrum virtutum cum Timore admirationis.*

Alius adhuc ineſt Timor Beatis, vel ut melius [illegible]
alius quidam ejusdem Timoris actus: quo admir[illegible]
infinitam Dei magnitudinem, & dum infinitam [illegible]
ſeipſos & Deum agnoſcunt diſtantiam, humili[illegible]
timent, nec ei ſe æquiparare audent. Unde [illegible]
cognitione recognoſcunt ſe à Deo ſeparatos, [illegible]
diſtantiam quandam infinitam, non per defectum [illegible]
nis, ſed æqualitatis. De hoc Timore loquebatur [illegible]
Iob c. 6. quandò dicebat; *Columnæ cœli contremiſcunt &*
S. Thom. *pavent ad nutum ejus. Non pavore pœnalis* [illegible]
*ſed pavore admirationis.* Subjungit D. Angelicus
per columnas cœli intelligens Beatos, imò
ipſos etiam Seraphinos.

LI.

## LI.

### *Theatrum virtutum, in adoratione & cultu Dei.*

Beati in cœlis in omnibus ſuis actionibus perfectiſſimos & glorioſiſſimos exercent virtutum actus; at magis in particulari in cultu, quem exhibent Deo: quemadmodum vidit S. Joannes in Apocalypſi. *Procidebant, adorabant, mittebant coronas ſuas ante Thronum.* Primum verbum profundiſſimam explicat reverentiam, quâ Sancti ſe humiliant, & quaſi annihilant ante Deum: ſecundum ſignificat actum aliquem ardentis charitatis, quo amant & recognoſcunt Deum, tanquàm primum principium & ultimum omnium rerum finem: tertium & ultimum repræſentat totalem Beatorum gratitudinem, eo ipſo, quo Deo tanquam principio & cauſæ victoriarum ſuarum ſuas attribuunt & referunt coronas. *Apoc. c. 4.*

## LII.

### *Theatrum virtutum perfectiſſimarum in intenſione.*

Ea eſt Beatorum in cœlis proprietas, utpotè ſtatui beatitudinis debita & connaturalis, ut perfectiſſimè intenſèque operentur virtutum actus. Quia, juxta Theologorum doctrinam, quandò habitus virtutis non impeditur, neque ab habitu vitioſo contrario, neque paſſionibus, neque ab intrinſecis inimici tentationibus, ſemper operatur intensè, *& ſecundùm totam ſuam virtutem*, videlicet, quantùm poteſt: adeò, ut ſi habitus decem habeat gradus intenſionis, totidem habebit actus. Unde habitus virtuoſi, quibus Sancti in cœlis præditi ſunt, veluti ab omni contrario impedimento liberi operantur intensè, ſecundùm totalem, quam in ſeipſis habent, perfectionem.

## LIII.

### *Theatrum virtutum continuarum, & ſui intermiſſione.*

Ad perfectionem beatificarum virtutum ſpectat, ut ſemper ſint in actuali perfectione, non in actu primo duntaxat, verùm etiam in actu ſecundo. Cum actus virtutis conſiſtat in operatione interna voluntatis, oportet, hæc in Beato conſtituta ſit in ſtatu perfecto cum actuali uſu & exercitio virtutis internæ. Et quemadmodùm Deus in ſimpliciſſimo volitionis actu eminenter continet actuale cujuslibet virtutis exercitium: ita eandem perfectionem Beatus in ſe imitari debet, diſtinctis actibus. Unde ſemper & in actu habent amorem virtutum, Humilitatis, Obedientiæ, Caritatis, aliarumque virtutum, quæ in ſtatu illo [illegible] dicunt imperfectionem.

## LIV.

### *Theatrum virtutum glorioſiſſimarum & origine.*

*Henric. de Gand.* Quia virtutes infuſæ Beatis ſunt ſequela Gloriæ, & ſicut ſtatus Gratiæ conſummatæ in Sanctis eſt perfectior ſtatu Gratiæ, quâ condecoratur Juſtus in terris; ita virtutes illæ hiſce longè ſunt perfectiores. Et ratio eſt, *Idē Auth.* quia Gratia habitualis animæ non ſolum conſervatur in cœlo, ſed etiam creſcit, ſecundùm aliquos, in propria entitate & intenſione. Et idem dicendum de virtutibus, quia ei veluti potentiæ propriæ debent proportionari & conformari debent. Ergò ſi [illegible] eſt Gratia, glorioſæ pariter erunt virtutes: & ſi tunc erit in gradu perfectiori, ac erat in via, perfectiores quoque erunt virtutes.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## LX.

### *Theatrum virtutum cum donis Spiritus Sancti.*

Fructus Spiritus Sancti ſunt actus virtutum, qui fiunt mediantibus donis Spiritus Sancti. Sicut enim fructus materialis is eſt, qui procedit ab arbore, *& habet rationem ultimi & delectabilis*; ita operatio virtuoſa procedit ab habitu virtutis, & eſt conveniens operanti ut delectabilis, ultimuſque finis habitus. Et hi fructus excellentiſſimo modo reperiuntur in Beatis, licet non omnes enumerentur ab Apoſtolo: qui ſicut diſtinguuntur tres ordines virtutum: naturalium, gratuitarum & glorioſarum, & hæ ultimæ ſunt perfectiores ſecundis, & ſecundæ perfectiores primis; ita fructus Gloriæ multò excellentiores ſunt fructibus virtutum moralium & Gratiæ, Quapropter operationes ipſius Juſti in viâ, illo prout procedunt à Spiritu Sancto in nobis dicantur fructus, nihilominùs *in quantum ordinantur ad finem vitæ æternæ, magis habent rationem floris: unde dicitur: Flores mei fructus honoris & honeſtatis*: Sunt flores è quibus pullulabunt fructus Gloriæ. Ac propterea dicit Spiritus Sanctus in perſona alicujus animæ in Gratiâ conſtitutæ: flores mei ſunt flores honoris & gloriæ ſempiternæ in cœlo.

*S. Thome* ]

*S. Paul. ad Gal. 5.*

*S. Tho. 1. 2. q. 70.*

## LVI.

### *Theatrum virtutum cum perfectione Beatitudinis.*

Quemadmodùm fructus Spiritus Sancti non conſiſtunt in habitu, ſed in actibus virtutum; ita quoque beatitudo: & tam illi, quàm iſta actualiter eſt in Beato, additque inſuper beatitudo perfectionem & excellentiam actus. Quocircà in Patriâ cuncti virtutum actus ſunt ſimul fructus & beatitudo: quia omnes *habent rationem ultimi & delectabilis*, uti *& perfecti ac excellentis*:

*S. Th. l. cit.*

*Matt. c. 5.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& ſuper omnia in Paradiſo & fructus & beatitudo
actus Divinæ fruitionis , præmium eſſentiale Beat.
*Alb. Mag.* Propterea docet Albertus , perfectionem virtutum con-
ſiſtere in unione donorum, fructuum,& beatitudinum,
uti eſt in Beato.

## LVII.

### *Theatrum virtutum , quæ Beatum reddit impeccabilem.*

Beatus eſt impeccabilis, non tantùm quia potest non
peccare , veluti poterat Adamus in juſtitiâ originali
huc conſtitutus ; verùm etiam quia non poteſt peccare,
unde excluditur & potentia & actus peccandi. Qua
ob cauſam ſicut Chriſtus non poterat peccare propter
gratiam unionis : ita Beatus non poteſt peccare propter
gratiam conſummatam Gloriæ. Neque hoc obſtat
*S. Tho. 4. cont. Gent. c. 93.* perfectioni libertatis ; quia *impeccabilitas non tollit li-
bertatem , ſed defectum libertatis* , qui cum ea, ſi
eam committi poteſt ; *poteſt enim ad hoc vel illud bo-
num, licet non ad malum.* Præterea peccant homines,
quia volunt & appetunt , quod non habent , nec ſe
Divinæ conformant voluntati , & quoniam non ſta-
ciunt Deum tanquàm ultimum finem in operationibus
ſuis ; aſt Beatus omnia habet in Deo , Deique
voluntatem, veluti primam regulam, eamque ag
tanquàm ultimum finem , unde nec poteſt peccare.

## LVIII.

### *Theatrum virtutum , quæ quietum reddit Beatorum deſiderium.*

*Contra Gent, c. 63.* Proprium hominis deſiderium eſt, *ut tota ejus vita
ſecundùm rationem diſponatur, quod eſt vivere ſecundum
virtutem.* Hoc deſiderium perfectè explebitur
biturque in Beato , quia *ratio erit in ſummo
Divino lumine illuſtrata , ne à recto deflectere p*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

..quemadmodùm deſiderium ſciendi in Beato exple..ur *in cognitione adæquata vero*; ita quoque deſide..m virtutis ſatiabitur *in ratione confirmata in bono*: ..tio mediante & ſuffragante virtute ac lumine Di..o immobilis & immutabilis erit in bono, quò ad ..mmam etiam perfectionem. Et hoc eſt, quod do..t S. Thomas, virtutes fore conſervandas, quan..m ad ordinem rationis; at non quantum ad refre..tionem paſſionum, quarum nullæ inordinatæ erunt ..n cœlis.

## LIX.

### *Theatrum virtutum puriſſimarum in intentione.*

*Sicut fabrica columnis, columnæ autem baſibus ful..tur: ita vita noſtra virtutibus, virtutes verò in..mâ intentione ſubſiſtunt.* q. d. ad eundem modum in ..dificio ſpirituali bona vita fundatur in virtutibus, & ..e in recta ac pura intentione. Hoc idem, & quidem ..n eminentiſſimo gradu verificatur de ſanctitate Beati: ..a conſiſtit in unione omnium virtutum, cum puriſ..ma quadam & Deifica intentione ſolius gloriæ & com..acentiæ Dei.

*S. Greg. 28. mor. apud D. Bona. to. 2. de I. itine. ęter.*

## LX.

### *Theatrum virtutum, cum innocentia & iuſtitia originali.*

Tres habebat effectus juſtitia originalis in Adamo: *..jectionem rationis ad Deum, ſubjectionem ſenſus ad ra..nem, & ſubjectionem corporis ad animam.* Et hi tres ..ffectus multò excellentiores reperiuntur in Beato, ..am in Adamo: quia pars ſuperior unitur Deo per ..ratiam conſummatam & per lumen Gloriæ: pars in..rior unitur ſuperiori per virtutes in ſtatu ſuo perfectiſ..mas: & corpus unitur animę per dotem impaſſibilitatis.

 Undę

Unde corpus Adami erat incorruptibile & impaſſibile ſolùm *ab extrinſeco* , & ut loquitur S. Thomas, *ex parte cauſæ efficientis*, per reſpectum & ordinem ad cauſam ſuam, quæ eſt protectio Dei: corpus verò Beati eſt immortale & impaſſibile *ab intrinſeco*, *& ex parte formæ illi inhærentis, & totaliter à corruptione præſervatu*: per reſpectum ad formam ſuam intrinſecam, quæ eſt dos impaſſibilitatis.

# PARADISUS.

## *Corpus glorioſum.*

### LXI.

### *Corpus glorioſum in ſua dote.*

Quemadmodùm anima ſuis inſtructa eſt dotibus, quales ſunt: *viſio*, *comprehenſio*, *fruitio*; ita corpus ſortitur dotes ſuas, ut ſunt: impaſſibilitas, agilitas, ſubtilitas, claritas. Unde Tertullianus carnem noſtram reſuſcitatam appellat carnem Angelicam: *Caro noſtra in cœlo reformata erit & Angelificata*, propter ſimilitudinem, quam habebit cum Spiritibus Angelis, non quidem quò ad ſubſtantiam (quia corpus noſtrum etiam reſuſcitatum erit materiale, corporale & palpabile, veluti erat Corpus Chriſti post Reſurrectionem ſuam) ſed quò ad virtutem & proprietatem, quia inſtar Spiritus erit impaſſibile, clarum, ſubtile & agile.

*Tertull. li. de reſurr. c. 26.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## LXII.

### *Corpus glorioſum in eſſe & operari.*

Quia claritas & impaſſibilitas corpus reddunt per-
tum in eſſe: agilitas & ſubtilitas in operatione.
enim corpus beatum non tantùm debet eſſe per-
ctum in ſe; verùm etiam perfectum ſit, oportet,
ſtrumentum animæ in operando: adeò, ut in nullâ
re repugnet, ſed ad nutum ipſi pareat & obtemperet:
, ut docet S. Auguſtinus, anima unita corpori ita S. Auguſt.
bera & expedita ſit ad operandum, ſicuti eſt à corpore
eparata.

## LXIII.

### *Corpus glorioſum in dote claritatis.*

*Seminatur in ignobilitate, & ſurget in gloriâ*: naſcitur Apoſt. I.
orpus noſtrum in hac vitâ, moriturque tanquàm res Cor. c. 15.
admodum vilis & abjecta; at reſurget in reſurrectione
plane luminoſum & reſplendens. Et hæc claritas erit
corpori Beati intrinſeca, quæ penetrabit totam car-
nem, nervos & oſſa, tametſi ſint opaca. Neque erit luci-
dum duntaxat; ſed etiam tranſparens, diaphanum &
ſimul coloratum: veluti vitrum coloratum, quod in ſe
ſimul habet colorem & tranſparentiam.

## LXIV.

### *Corpus glorioſum in dote impaſſibili-tatis.*

*Seminatur in corruptione, & ſurget in incorruptione*: I. Cor. 15.
naſcitur corpus noſtrum corruptibile, & reſurget Carthuſ.
incorruptibile & impaſſibile propter dotem impaſſibi-
litatis, quæ erit qualitas quædam intrinſecè inhærens

corpori ipſius Beati, cujus ſuffragio, tanquàm [illegible]
remanebit inalterabile ab extranea paſſione, & veluti
Sol pertranſibit ignem & aquam abſque ullo damno &
nocumento. Quamvis, ſecundùm S. Thom.
impaſſibilitas non proveniat à diſtincta aliqua [illegible]
tate; ſed à perfecto dominio, quod anima ha-
bebit in diſpoſitiones ſuas, veluti Deus [illegible]
animas.

## LXV.

## *Corpus glorioſum in agilitate motus.*

1. Cor. 15. *Seminatur corpus in infirmitate, ſurget in virtute.* Corpus noſtrum aliàs debile & grave in motu, [illegible] mnem motum aptiſſimum ac velociſſimum [illegible] dotem agilitatis, quæ eſt qualitas quædam [illegible] pernaturalis, qualitati motivæ naturali ſuper[illegible] quemadmodùm lumen Gloriæ ſuperadditur [illegible] naturali intellectus. Et per hanc virtutem anima [illegible] movebit ſeipſam immediatè, more Angelico, [illegible] ſe corpori, non inſtar formæ tantùm, verùm [illegible] cauſæ inſtar motricis: deindè eodem impetu [illegible] corpus & alia corpora, quibus ſe conjungit. [illegible] propter anima tali mediante virtute non agilis [illegible] & velociſſima efficitur, omnique ſe movere pote[illegible] & progreſſivo & ſimultaneo, & (ut alij [illegible] *ab extremo ad extremum ſine medio*; verùm etiam [illegible] tentiſſima redditur ad movendam deferendamque [illegible] cunque etiam altiſſimam turrim & montem: &, [illegible]
S. Anſel. dum D. Anſelmum, Beatus totam terram, quando[illegible] ei placuerit, movere poterit.

## LXVI.

## *Dos corporis glorioſi in ſubtilitate.*

*Seminatur corpus animale, ſurget ſpirituale.* [illegible] natura ſua grave & denſum: at virtute ſubtilitatis [illegible]

[…]tur ſubtile & penetrabile cum aliis corporibus. Et ad [h]uc effectum ſolum paſſivum, ne, videlicet, reſiſtat [in]greſſui & penetrationi alterius corporis, juxta D An[geli]cum, non eſt neceſſarium, ut dos ſubtilitatis ſit quæ[da]m qualitas ſupperaddita; ſed ſufficit, ſi præparatus ad[ſit] concurſus Dei, quo Deus ſimul ad penetrationem [con]currat, quotieſcunque id deſiderat anima.

## LXVII.

### *Corpus glorioſum in potentiis ſenſuum.*

Gloria corporis communicabitur etiam ſenſibus. Qua de cauſa, ſecundùm Angelicum, *omnes ſenſus erunt [in] ſuo actu*: hoc enim modo ſunt perfectiores, uti decet [e]os eſſe in ſtatu perfectiſſimo Gloriæ. Prætereà anima [no]n ſolùm eſt intellectiva, ſed etiam ſenſitiva: ergò [ſic]ut, in quantum intellectiva, eſt beata in fruitione Dei; [it]a, ut ſenſitiva, beata erit in delectatione objectorum [ſen]ſibilium proportionatorum: & ſicut in ſenſibus [gra]viter punientur damnati; ita in iiſdem præmio affi[cien]tur Beati. *S. Th. Add. q 83. a. 4.*

## LXVIII.

### *Corpus glorioſum in Viſu.*

Oculus corporeus Beati ſua gaudebit beatitudine & [fel]icitate in viſione omnium corporum beatorum in [Cœ]lis: præſertim Humanitatis ſanctiſſimæ Chriſti & [San]ctiſſimæ Virginis. Comparebunt ibi corpora glo[rioſ]a ipſo ſole lucidiora & ſplendidiora: unde incredi[bile]m viſui conferent oblectationem & fœlicitatem [qua]ndam perpetuam. Prætereà videbunt reliqua o[mni]a objecta, tàm cœlum materiale, quàm elementa [refor]mata & renovata, quæ in quacunque etiam diſtan[tia v]idere poterunt. Et hæc viſio uno ex tribus hiſce [mo]dis continget: aut per ſpecies ab ipſis objectis ſupra *Suarez.*

pro-

proprias vires naturales elevatis productas : aut jam ſpecies à Deo in potentia cauſatas : aut immediatè per viſionem ſine ſpecie.

## LXIX.

### *Corpus glorioſum in odoratu.*

Hic ſenſus ſuam conſequetur fœlicitatem & latitudinem in ſuavitate odoris , quam profundent Beatorum corpora & anhelitus , præcipuè verò Corpus Chriſti. Omnia corpora erunt veluti tot incenſa ſuaviſſimis repleta aromatibus ad recreandum Beatorum ſatatum. Neque ſolùm corpora glorioſa, ſed totum Palatium cœleſte ſpirabit odorem & fragrantiam ſuaviſſimam ad Dei Sanctorumque honorem & gloriam.

## LXX.

### *Corpus glorioſum in potentia guſtus.*

Hæc potentia habebit quoque fœlicitatem ſuam à proportionato & adæquato ſuo objecto ſapore. In guſtu habebunt ſuaviſſimum ſemper cum voluptate ſaporem omnem ſaporem continentem : quapropter, ut communiter docet Angelicus , non erit ibi guſtus , ut eſt ſumptio alimenti ; ſed ut eſt judicium ſaporis, ſeu fruitio illius.

S.Thom. Henr. diſp. de ult. fine.

## LXXI.

### *Corpus glorioſum in ſenſu tactu.*

Nec deerunt objecta tangibilia tactui corporis Beati proportionata. Ac primò , quot ſunt objecta viſibilia & beatificantia ſenſum oculi , tot poſſunt eſſe objecta tangibilia beatificantia tactum : tametſi enim propter defectum primarum qualitatum non ſint tangibilia eo modo , quo hîc in terris alia tanguntur corpora

S.Th.3.p.q. 54. a.3.

præcipuè tactus objectum ſuum principale & pri-
arium obtinebit in Humanitate ſanctiſſima Chriſti
(*Palpate & videte*) oſculando ſanctiſſimas plagas & *Luc. 24.*
inera pedum, manuum & lateris. Quod ſi Sancti
terris tangendo & oſculando ſacratiſſimas plagas
iam ac inexplicabilem perceperunt ſuavitatem &
ragrantiam, qualis erit illa, qua gaudebunt Beati in
eundem tactu & oſculo? Præterea *Beatus ſentiet in* *Henr. diſp.*
*amplexu honeſto, tangens alterius Beati qualitates.* Beati *de fine ho-*
itoque ruent in ſuaviſſimos caſtiſſimosque amplexus *min.*
mutuos *& erunt ut Angeli Dei*, omnisque cogitatus con-
ra puritatem planè incapaces.

## LXXII.

### *Corpus glorioſum in potentia auditus.*

Quemadmodùm enim homo eſt compoſitus ex ani-
ma & corpore; ita voce & ſpirituali & corporali Deum
laudare debet. Objectum auditus noſtri erit ſuaviſſima
muſica cœleſtium chororum: *Sonum vocalium verbo-* *Henric. l. 6.*
*rum & muſica percipiet auditus*: & in ſpecie Divinam
harmoniam vocis Chriſti: quandò, ut contemplatur
S. Bonaventura, *in illa cœleſti choreâ cantabit omnibus* *Diat. Salu.*
*Sanctis illam dulciſſimam cantilenam: Venite, benedicti* *litt. ult. re.*
*Patris mei, percipite Regnum paratum vobis ab origine* *2.*
*mundi. Benedicti per gratia adoptionem. Paratum per æ-*
*ternam prædeſtinationem.* Reſpondebit *totus chorus &*
*caterva Sanctorum canticum Pauli: Regi ſæculorum, im-*
*mortali & inviſibili, ſoli Deo honor & gloria.*

## LXXIII.

### *Corpus glorioſum in potentiis ſenſitivis internis.*

Non ſolùm ſenſus externi ipſius Beati ultimas ſuas at-
tingent perfectiones cōſtituenturq; in actu ſecundo; verū
etiam ſenſus interni imaginationis & appetitus ſenſitivi.
Neque

Neque ſolum oblectabunt ſe imaginando & compo-
nendo objecta ſenſibilia ab externis ſenſibus apprehenſa,
verùm etiam in quantum apprehendent Deum ſublimis-
mis ſenſibilibus immenſæ claritatis, infinitæque ex-
cedinis: verificabiturque illud Davidis dictum: *Cor
meum & caro mea exultaverunt in Deum*: utrumque
juxta capacitatem ſuam. Inſuper appetitus ſenſitivus
*ingentem habebit delectationem derivatam ex refuſione
conjunctæ voluntatis.* (Henr. l. cit.)

LXXIV.

## *Corpus glorioſum in aureolis Virginum, Martyrum, & Doctorum.*

Quia ſicut tres dantur inſignes victoriæ contra tres
hoſtes & inimicos noſtros: Virginitas triumphat de
carne: Martyrium de mundo, Doctoratus de diabolo:
ita tria dantur præmia correſpondentia mediante aliquo
ſigno in anima & corpore relucente, quæ obtentas de-
notant victorias & triumphos. Hujusmodi præmium
dicitur *Aureola*, quia eſt Gloria quædam minus princi-
palis, & veluti acceſſoria ad Gloriam principalem, quæ
vocatur *Aurea*, ſeu *Corona*. (S. Thomas.)

LXXV.

## *Corpus glorioſum in exultatione compoſita & moderata.*

*Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te* (alia li-
tera habet) *ſicut tripudiantes & choreas ducentes.* Vo-
luptatem magnam percipient ſaltatores cœleſtes: nam
juxta opinionem S. Auguſtini in paradiſo non tantum
erit muſica vocum, ſed etiam chorearum. *Suaviſſimi
numeri in corporibus glorioſis*, nimirum, *concinni
motuum.* Quibus modeſtiſſimis ac regulatiſſimis mo-
tibus corporalem Deo exhibebunt cultum, ut non ſolum
*corde; ſed carne etiam exultent in Deum*, non ſolum
corpore

(Pſal. 87.)
(Retract. lib. 1 c. 11.)

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rporis internum demonſtrent jubilum, quo fruuntur
undùm animam.

LXXVI.

*Corpus glorioſum, in ſeipſo ſufficien-
tiſſimum.*

Cum enim reſurgat propter vitã ſpiritualẽ, nõ animalẽ, S. Tho. 1. 2.
on indigebit externis hujus vitæ bonis ad illã ordinatis. q. 4. a. 7.
uamobrem, quando ſacra Scriptura bonorum horum
entionem facit, metaphoricè intelligitur: unde per
bum & potum intelligitur delectatio & gaudium bea-
udinis: per divitias ſufficientia in Deo, quia Deus
ſi Beato eſt omnia: per regnum exaltatió uſque ad
ionem cum Deo.

LXXVII.

*Corpus glorioſum, Gloria Corporis glorio-
ſiſſimi Chriſti.*

Quia ſicut corporum noſtrorum reſurrectio dependet
reſurrectione Corporis Chriſti; ita gloria corporis
tri eſt ordinata ad gloriã Corporis beatiſſimi Chriſti.
apropter S. Bonaventura contemplatur Chriſtum S. Bona.
ominum noſtrum, in quantùm Hominem, tanquàm to. 2. diat.
incipem & Monarcham omnium Beatorum, *& tan-* Salut. tit.
*dem Ductorem cœleſtis choreæ, quam faciunt Sancti ſem-* 19. c. 6.
*er coram Deo, omni jucunditate plenam: ubi in numero
eatorum eſt infinitas; in motu choreæ eſt æternitas; in
tu fælicitas.*

LXXVIII.

*Corpus glorioſum pede calcat Solem,
Lunam, & Stellas.*

Quanta erit corporis beati gloria, cùm non ſupra



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

terram & elementa duntaxat, verùm etiam ſupra omnes
globos cœleſtes, Solem , Lunam & Stellas elevatum
S.Thom. conſpicietur ? Sancti Thomæ doctrina eſt : *Quantò*
Cajet. 3. p. *corpus eſt perfectius , tantò ſuperius eſt ſecundum ...*
q.57. a.4. veluti experientia docet in elementis : ergò Corpus
Suarez. Chriſti erit in loco eminentiſſimo inter omnia cor-
ra , ſupra convexam ultimi cœli ſuperficiem : cæ-
Suarez.3. tera corpora juxta perfectionem ſuam conſtituentur
p.tom.2. in loco magis minusvè eminenti : tametſi alij ...
diſtinctionem locorum in cœlo non eſſe deſumendam
ex ſitu loci , ſed ex dignitate perſonæ : unde ...
locus, quem occupabit Chriſtus Dominus, erit ...
ſimus, & alij Sancti, quò magis appropinquabũt Chriſto,
eò pariter digniores erunt & ſanctiores.

## LXXIX.

## *Corpus glorioſum, in affectu puriſſi-mum.*

Anima beata , ſecundùm doctrinam S. Augustini,
ita erit unita corpori , quomodò ſeparata, ...
nullum à corpore recipiet nocumentum aut impedi-
mentum. Quapropter , ſicuti ſeparata , juxta ...
gelicum, erit veluti Angelus, incapax affectus dele-
ctationis carnalis , ita quoque conſtituta erit corpori
unita. Præntereà, propter delectationem , quam ...
cipiet appetitus ſenſitivus, in concurrendo ...
ad contemplationem Dei , alterius oblectationis ...
capax erit, quia in ſe eminenter continebit quam...
aliam delectationem & voluptatem. Ulteriùs, ...
tunc appetitus prorsùs ſubordinatus erit ...
veluti hæc Deo , nullum poterit efficere actum, ...
adverſetur rationi : quâ de causâ puriſſimus ſancti...
musque erit in cunctis ſuis affectibus; ſine rebel-
lione, ſine paſſione & affectu in-
ordinato.

LXX

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LXXX.

*Corpus glorioſum proportionatum loco.*

nter locum & locatum conveniens debet intercedere S.Tho 3.p.
portio. Quare ſicut Beatus *eſt in participatione lucis,* S. Vince.
*nis & æternitatis*; ita cœlum empyreum, Beatorum Dom. Ad-
acaculum, in ſe lucidum eſt, immobile & incorrupti- vēt. Ser.4.
: Et ſi corpus Beati eſt in ſtatu Gloriæ; locus con-
iens, ſecundùm Divinam Providentiam, erit quoque
itatio Gloriæ. Unde anima duplici gaudebit gloriâ
identali & locati, & loci, & proprij corporis & habi-
ionis ſuæ. Corpus Beati erit quoque proportiona-
n ſanctis Angelis, qui, juxta D. Anſelmum comparent Sala.1.2.q.
corporibus aſſumptis, ut inter nos & Angelos major 5.ſect.14.
eriatur unio, ſocietas, & gaudium, eorumq; fruamur Corn. in Iſai. c.34.
nverſatione, non ſolùm mente, verùm etiam ſenſibus:
uè pluribus modis SS. Angeli Deo laudes dicere va-
ar, non mente duntaxat; ſed etiam voce.

# PARADISUS.

## Civitas ſancta DEI.

LXXXI.

*Civitas ſancta Dei ſolidiſſima in fundamentis.*

*T fundamenta Civitatis omni lapide pretioſo ornata.*
Quia in cœlis propter gaudiũ viſionis beatificæ veræ
rientur gēmæ & petræ pretioſæ; ſed cœleſtes, & ſine
ficatione pulchriores, ſplendidioreſque terreſtribus.

S. Ioan. c. 21 Et hiſce fundamentis, quæ vidit S. Joannes, inſcripti erunt nomina duodecim Apoſtolorum: ut nobis ſignificetur, Apoſtolos eſſe fundamenta & fundatores Eccleſiæ poſt primarium & principale fundamentum, quod eſt Chriſtus. Quapropter Chriſtus Dominus noſter appellatur à D. Auguſtino *fundamentum* ſicut S. Auguſt. dicitur *Rex Regum, & Dominus Dominantium*: utique fundamentum fundamentorum.

LXXXII.

## *Civitas ſancta Dei fortiſſima in muro.*

Apoc. 21. *Et habebat murum magnum & altum, & erat murus ex lapide Iaſpide.* Totus murus, quo cingebatur cœlum empyreum, Sanctorum habitaculum, erat ex gemma pretioſa, quæ dicitur Jaſpis, & eſt gemma fortiſſima, viridis & diaphana. Quæ tres proprietates, fortitudo videlicet, viror & diaphaneitas ſignificant firmitatem & ſtabilitatem beatæ illius Civitatis, amœnitatem loci, & habitationis claritatem.

LXXXIII.

## *Civitas ſancta Dei ſpectabiliſſima in portis.*

loc. cit. *Et duodecim portæ duodecim margaritæ ſunt,* pulcherrimæ & maximæ, ac quælibet porta eſt una integra margarita omni carens diviſione & compoſitione partium. *Et in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum & Agni.* Duodecim illis portis inſcripta erant nomina duodecim Apoſtolorum, utpotè portarum ſecundariarum Eccleſiæ: & nomen Chriſti, veluti portæ principalis & primariæ.

## LXXXIV.

### *Civitas ſancta Dei ditiſſima in pavimento.*

*Et plateæ civitatis, aurum mundum, tanquàm vitrum* loc.cit.
*lucidum.* Et hoc aurum eſt verum aurum materiale; aurum cœleſte longè nobilius ac pretioſius terreſtri, uti ſupra dictum fuit de gemmis. Et ſignificat charitatem, quâ Civitas Dei tota repleta eſt, & in quâ fundata eſt & erga Deum, & erga ſeipſam perfectiſſima.

## LXXXV.

### *Civitas ſancta Dei pretioſiſſima in palatiis.*

*Ipſa verò civitas, aurum mundum, ſimile vitro* loc.cit.
*mundo.* Tota civitas cum omnibus ædificiis ditiſſimis, in quibus habitant Beati, eſt ex auro puro, claro ac perlucido vitro ſimili. Aurum ſignificat charitatem Sanctorum, puritas auri puritatem animi, quia eſt ſine macula, & ſplendor perſpicuus, veluti reperitur in vitro, notat ſapientiam: omnes namque replebuntur claritate Dei inſtar vitri, quod totum penetratur à lumine.

## LXXXVI.

### *Civitas ſancta Dei, lucidiſſima in claritate DEI.*

*Oſtendit mihi Civitatem ſanctam, habentem claritatem Dei*, ait S. Joannes. Quam ob cauſam beata *l.c. v.* 11.
*patria non eget Sole, neque Lunâ, ut luceant in eâ,* *v.* 23.
*nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna ejus eſt Agnus.*

## LXXXVII.

### *Civitas ſancta Dei, quadrata in figura.*

*Civitas in quadro poſita eſt.* Idque intelligitur ad ſuperiorem partem cœli empyrei ſecundum ſuperficiem externam & convexam. Quatuor hujus lateris latera in ſenſu ſpirituali ſignificant fidem, ſpem, charitatem & operationem: vel quatuor virtutes Cardinales, quæ ſunt in cœlo, quaſque in terrâ imitari debemus: Glof. Lyra. *Prudentia, nihil Deo præponendo: Fortitudo Deo firmiter inhærendo: Temperantia nonniſi de Deo gaudendo: Juſtitia Deo in omnibus ſubjectum eſſe.*

## LXXXVIII.

### *Civitas ſancta Dei, in quo non eſt templum; ſed Deus ipſummet templum eſt.*

*Et templum non vidi in eâ, Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt, & Agnus.* Ratio secundum gloſſam: quia ſicuti cultus legis Moſaicæ erat figuralis reſpectu noſtri; ita noſter cultus, qui gratiæ, qui datur in terris, eſt figura cultus illius, qui Deo tribuitur in cœlo. Quapropter in illa viſione pacis non erit templum materiale, in quo Deo exhibeatur cultus; ſed Deus, ſicuti in ſeipſo & per ſeipſum cognoſcetur, amabitur, ac fruitione poſſidebitur; ita quoque in ſeipſo & per ſeipſum ministrabitur ſecundùm utramque naturam, Divinam ſcilicet & Humanam Chriſti & Agni.

## LXXXIX.

## *Civitas ſancta Dei, cuius porta nunquàm claudentur.*

*Et porta ejus non claudentur per diem.* Rationem reddit gloſſa : quia à tempore beatæ Paſſionis Chriſti, per quam portæ cœli reſeratæ fuere, eædem portæ manent & manebunt ſemper apertæ : ſiquidem animæ purgatæ abſque ulla dilatione ſubitò intrabunt paradiſum. Ut propterea modò propter ſanguinem Chriſti copioſiſſimè pro nobis effuſum nulla adſit excuſatio: quia nullum adeſt obſtaculum prohibens ingreſſum in cœlum; totus defectus eſt ex parte noſtra.

## XC.

## *Civitas ſancta Dei, ſine obſcuritate noctis.*

*Nox enim non erit illic.* Et probatur, quia *porta ejus* V. 25. *non claudentur per diem*, veluti in hic terris claudi ſolent circa diei terminum, appropinquante nocte, cùm ibidem nulla diei ſuccedat nox. Propter aliam rationem non erit ibi nox, nec tenebræ: quia tota Civitas ſancta illuminabitur à ſole Divinitatis, & à Luna Humanitatis Chriſti.

## XCI.

## *Civitas ſancta Dei, in quam non intrabit aliquid coinquinatum.*

*Non intrabit in eam aliquid coinquinatum*: quia Viſio V. 25. Dei nonniſi mundis & puris corde promiſſa eſt : *Beati* Matth. *mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Unde ſoli Pſal. immaculati, & qui ab omni macula liberi ſunt, erunt S. Aug. beati: *Beati immaculati.* Ex quo infert S. Auguſtinus: *Vis eſſe beatus? eſto immaculatus*, & ab omni peccati maculâ.

## XCII.

### *Civitas ſancta Dei, libera ab omni abomi-natione.*

v.27. *Non intrabit in eam aliquid abominationem facie[ns].* Per abominationem, ſecundùm gloſſam interlinea[rem], intelligitur peccatum operis: ſicuti per rem aliqua[m] commaculatam intelligitur peccatum cordis: qu[i] ingreditur cœlum, & intùs & foris, & in conſcientia opere prorsùs mundus & purus ſit, neceſſe eſt. Ci[vitas] paradiſi puriſſima tales requirit & poſtulat quoque ſanctiſſimos.

## XCIII.

### *Civitas ſancta Dei, exempta ab omni falſitate & mendacio.*

v.27. *Non intrabit in eam faciens mendacium.* Et per men-
Gloſ.interl. dacium intelligitur peccatum linguæ. Ac proinde paradiſo exulat quodcunque peccatum, & cogitationis & operis, & linguæ: ſicut & omnis reatus & obligatio ad pœnam. Quod ſi igitur ſpe intrandi Jeruſalem cœleſtem lætari deſideres, procura, ut *cor non ſit coinquinatum, manus non faciat abominationem, & lingua non loquatur mendacium*, manus operetur benè, & lingua non loquatur malè, & de peccatis præteritis condignam quoque agas pœnitentiam & ſatisfactionem in hac vita.

## XCIV.

### *Civitas ſancta Dei, cuius cives inſcripti ſunt libro vitæ & Agni.*

Apoc.v.27 *Qui ſcripti ſunt in libro vitæ & Agni.* Et intelligitur,
S.Thomas, *de ſcriptione ſecundùm Dei prædeſtinationem*, de qua videlicet

videlicet, qui inſcripti ſunt libro electorum per prædeſtinationem, quæ mutari non poteſt: & *non ſecundùm gratiam*, quæ amitti poteſt. Et hi ſunt veri cives cœli libro prædeſtinationis Dei inſcripti, & non libro gratiæ, quo deleri poſſumus, juxta illud pſalmi: *Deleantur de libro viventium.* Et liber Divinæ prædeſtinationis vocatur *liber vitæ Agni*, quia per merita Agni Chriſti ſumus prædeſtinati.

## XCV.

### *Civitas ſancta Dei, cujus civium lachrymas abſterget Deus propriis manibus.*

*Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Fœlices lachrymæ*, exclamat S. Bernardus, *quas benigna manus Conditoris abſterget.* Quapropter meritò Chriſtus Dominus eos vocat beatos, qui lugent in hac vita, quia conſulabuntur, omnis quippè planctus ceſſabit & convertetur in riſum & cantum ſempiternum. S. Bern.

## XCVI.

### *Civitas ſancta Dei, libera à tributo mortis.*

*Et mors ultrà non erit* in patria illa viventium, ſed perpetua & æterna vita. *Præcipitabit mortem in ſempiternum*, ita ut in æternum non ſit ampliùs comparitura: quia fœliciſſimæ illius urbis incolæ & cives de ſua immortalitate ſecuri, & ab omni morte tùm actuali tùm poſſibili liberi evadent, *quia mors abſorpta eſt in victoriâ*, & a Chriſto devicta in Reſurrectione ejus. v. 4. Iſa. 25. 1. Cor.

## XCVII.

### *Civitas ſancta Dei, nullam prorſus admittens moleſtiam, dolorem, & pœnam.*

*Non erit luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra* in illa pacis & gaudij æterni civitate. Cujus rationem [illegible] dit Spiritus ſanctus dicens: *quia prima abierunt:* [illegible] namque vita, mortalis, paſſibilis, tot tantisque m[illegible] & imperfectionibus ſubjecta præteriit, eique alia [illegible] dam ſuccedit vita, quæ eſt vera vita, immortali & im[illegible] ſibilis, omni fœlicitate & voluptate referta: *Abierunt* omnia illa, quæ poſſunt cauſare triſtitiam & affl[illegible] *& venerunt omnia bona pariter cum illâ,* puta, cum b[illegible] tiſſimâ & fœliciſſima Sanctorum vita: quia acceſſit Deus fons bonorum omnium.

## XCVIII.

### *Civitas ſancta Dei, habitatio communis Dei & hominum.*

*Ecce tabernaculum Dei cum hominibus; & ipſi populus ejus, & ipſe Deus eorum Deus.* In eodem cœlo emp[illegible] habitabunt ſimul Deus, ut Deus populi ſui, & homi[illegible] ut populus electus Dei. Et omne bonum ipſorum [illegible] minum conſiſtet in hac fœliciſſimâ unione Dei cum [illegible] minibus, & hominum cum Deo. Homines alium [illegible] agnoſcent Dominum niſi Deum: & Deus alium [illegible] habebit finem niſi beatificandi & glorificandi homi[illegible] communicabitque eis omnia bona debita; at [illegible] ad honorem & gloriam ſuam.

## XCIX.

### *Civitas ſancta Dei, civitas glorioſiſſima.*

Pſal. 86. *Glorioſa dicta ſunt de te, Civitas Dei.* Quis expli[illegible] poterit, quanta ſit gloria tua, O civitas Dei, fabricata [illegible] Deo, ut ſis habitatio ipſius Dei, utque in te manifeſt[illegible] glo[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gloriæ ejus magnificentia, virtus ejus potentiæ, & miſericordiæ ejus magnitudo? Inexplicabilis eſt, quia in eâ continetur *totum quod delectat*, & varietas infinitorum colorum pro viſu, & infinitorum ſaporum pro guſtu, & infinitorum odorum pro olfactu: ibi erunt ſuaviſſimarum vocum conſonantiæ pro auditu, & corpora leniſſima pro tactu. O Civitas glorioſiſſima & ſpatioſiſſima! unde ait S. Bonaventura, quemlibet Beatum in fœlici illo & cœleſti Regno majorem latioremque occupare locum, qui ei aſſignatus eſt, quàm diſtet Oriens ab Occidente. *To. 2. Diat. Salut. tit. 10. c. 5.*

C.

## *Civitas ſancta Dei, ultimus finis operum Dei.*

Prima namque Dei intentio in creatione & regimine Mundi fuit prædeſtinatorum electio in ſuperna & cœleſti Jeruſalem, ut nos æviternos gloriæ ſuæ decantatores inſtitueret ſub uno Monarcha & Principe univerſali Christo. Hic eſt finis Univerſi; ut ſtabiliamus adimpleamusque Regiam cœli aulam: hæc eſt perfectio rationalis naturæ, hic eſt ſcopus noſter & Dei. Quapropter *eſt Civitas lætantium*, civitas lætitiæ & jubili: *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.* In te habitaculum eſt, in quo nonniſi læti beatique commorantur. *Pſal. 86.*

CIVIS

# CIVIS COELI,

## LIBER TERTIUS.

## PARADISUS

### *Pretioſa Margarita.*

### Gradus I.

*Pretioſa Margarita eſt Chriſtus, obiectum noſtræ Beatitudinis.*

MArgarita naſcitur in concha ſua et materia torulenta virtute Solis; Ad eundem modum Chriſtus Dominus natus eſt in utero Virginis immaculato ex puriſſimo ejusdem ſanguine virtute Spiritus Sancti. Hæc pretioſa Margarita tantæ virtutis eſt, ut ſpectatores aſpectu ſolo efficiat beatos, omnique bono refertos: *Videbis & affluas.* Verùm diligenter advertendum eſt, ut notat S. Ambroſius, quod *Margarita nonniſi auro convenit*, non muniatur vili aliquo metallo: *Et vos eſtote aurum optimum, ut poſſit in vobis Margarita ſpiritualis Chriſtus includi*: ſanguine eſſe aurum optimum charitatis, ut ſitis digni, quibus Chriſtus, myſticus unio, ſe uniat in Gloria.

S. Ambroſ. ſer. 6.

I.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## II.

## *Pretioſa Margarita, candidiſsima, firmiſsima, pulcherrima.*

Tribus hiſce conditionibus repræſentat Margarita Chriſtus noſtram gloriam. Quia, ut inquit D. Auguſtinus, *Verbum Divinum eſt lucidum, candore veritatis: ſolidum, firmitate æternitatis: undique ſui ſimile, pulchritudine Divinitatis.* Et in hoc noſtra conſiſtit fœlicitas, in contemplando, amando & guſtando veritatem, æternitatem & pulchritudinem Dei, candorem veritatis, firmitatem æternitatis, & pulchritudinem Divinitatis: Veritatem, quæ includit omnem bonitatem, quia *eſt omnis veritas*: æternitatem, quæ includit omnem terminum, quia *eſt omnis duratio*: pulchritudinem, quæ eſt infinita, quia *eſt prima & eſſentialis pulchritudo.* S. Aug. Matt, q. 15.

## III.

## *Pretioſa Margarita propter colorem candidum, & rubicundum.*

Referunt de unionibus ſeu Margaritis occidentalibus, quod cum externo candore retineant ruborem internum: *quaſi animam habeant ſanguineam.* Et Chriſtus in Gloria *candidus* eſt propter candorem Divinitatis: *rubicundus* in colore rubeo ſanguineoque Humanitatis ſuæ: *candidus*, quia nos illuminat: *rubicundus*, quia nos inflammat. Ergò Margarita eſt Chriſtus, *animam habens quaſi ſanguineam*: talis quoque quilibet Chriſtianus ſit, oportet, *animam habens ſanguineam*: anima animæ ejus ſit memoria Paſſionis Chriſti,

## IV.

## *Pretioſa Margarita in valore & pretio.*

Plinius. *Culmen omnium rerum pretij Margarita tenent.* Ex-
cellit Margarita cæteris omnibus gemmis pretioſis:
ita Chriſtus D. N. in Gloria inæſtimabilis eſt pretii;
quapropter, ut eundem poſſideamus, vendamus omnia
neceſſe eſt. *Vendit omnia, quæ habet; & emit eam.*
Matth. 13. *Da vitrum* vanitatis Mundanæ, *& habebis Margaritam*
Tertull. æternæ Gloriæ. Margarita æſtimari nequit, niſi co-
gnoſcatur: ita ſi vis magni æſtimare Chriſtum, ...
ſanctæ fidei lumine in ejus notitiam & cognitionem ...
intrare adnitere.

## V.

## *Pretioſa Margarita in effectibus.*

*Quia corroborat, animum exhilarat, & noxios tollit affectus.* Et tales quoque ſunt effectus, quos Chriſtus glorioſus cauſat in Beatis: fortificat cor veritate co-gnitionis, illudque recreat exhilaratque in gaudio fru-tionis, removendo omnem affectum falſitatis aut tri-ſtitiæ. O virtuoſiſſima Margarita, eosdem quoque in nobis profer effectus: conſorta, corrobora & conſolare nos adverſus Mundi fallacias, ſenſusque voluptates: libera nos per bonitatem tuam ab omni peccati macula & umbra.

PARA-

# PARADISUS

## *Denarius diurnus.*

### VI.

### *Denarius diurnus in valore & pretio.*

DEnarius continet in ſe pretium decem Juliorum, ſeu decem aſſium: & Gloria æterna, ut optimè obſervat Origenes, *præmium eſt obſervantiæ Decalogi. Si vis ad vitam ingredi ſerva mandata*, decem præcepta. Et hoc eſt pactum illud, quod nobiſcum iniit Chriſtus: factâ autem conventione ex denario diurno. Et tametſi omnibus idem detur denarius in genere: omnes enim, quotquot moriuntur in gratia Beati erunt per totam æternitatem; non tamen idem datur omnibus in particulari: quia juxta meritorum diverſitatem diverſo etiam modo videbunt Deum, unus plùs, minùs alter, & cum majori aut minori claritate.

### VII.

### *Denarius diurnus, in figura circulari.*

In hoc quoque denarius eſt ſymbolum Gloriæ, quia figura ſua ejus demonſtrat æternitatem: quæ, inſtar circuli, non habet finem, ſed durat in æternum, eſtque ſine ullâ corruptione & mutatione. Motus circularis ſemper eſt uniformis, & ſemper verſatur circa centrum, neque magis centro approximari, aut ab eodem elongari poteſt: & talis eſt Beatorum Gloria, ſemper ſunt Beati eodem modo in Deo, neque ampliùs creſcere, neque deficere poteſt præmium eſſentiale.

VIII.

## VIII.

### *Denarius diurnus cum imagine Regali.*

Denarius communiter continet Regis imaginem; & Gloria cœleſtis conſiſtit etiam in viſione Chriſti, qui eſt imago Patris, & in viſione beata, quæ eſt etiam imago Dei. Siquidem, ut ſupra dictum fuit, eſt aliquàm pictura quædam repræſentans magnitudinem & excellentiam Dei. Unde duas imagines in Gloria diſtinguere poſſumus: unam exemplarem, quæ eſt objectiva Dei: exemplatam alteram, quæ eſt formalis ſub-jectiva Dei: exemplatam alteram, quæ eſt formalis; & hæc in Beatis recipit varietatem ac diverſitatem; illa verò in omnibus ſemper eſt eadem.

## IX.

### *Denarius diurnus, cunctis Mundi theſauris pretioſior.*

Sap.c.7. *Omne aurum, arena eſt exigua, in comparatione illius.* Pretioſior quoque eſt externis quibuslibet corporis bonis: *Super ſalutem dilexi illam.* Quamobrem propter bona vitæ æternæ flocci pendere debemus ſalutem & vitam corporalem. Itaque denarius diurnus nobis à Chriſto promiſſus eſt *bonum inæſtimabile:* unde æſtimari debet & *ſuper divitias, & ſuper ſalutem, & ſuper vitam, & ſuper omnia,* quæ ſunt extra Deum.

## X.

### *Denarius diurnus Charitate acquirendus.*

S. Greg. Nazianz. *Hoc bonum ſolò voluntatis pretio tibi emendum proponitur: da Charitatem, & habebis illud:* Magnus hic theſaurus nonniſi Charitatis auro comparatur, da hanc, & obtinebis illum. Gloria igitur comparatur Charitate.

Charitas comparatur prima Gratia ; quæ datur gratis
quepretio ( *Emite abſque argento* ) at non ſine pretio *Iſa. 55.*
guinis Chriſti. *Neque enim pretium quæſivit à nobis,* *S. Ambroſ.*
*pro nobis pretium Sanguinis ſui ſolvit.*

# PARADISUS,

## *Cœna magna.*

### XI.

### *Cœna magna & lautiſſima.*

HOmo quidam *fecit cœnam magnam.* Et dicitur *Luc. 14.*
magna ob triplicem rationem. Primò, propter
itantes, qui ſunt Pater, Filius & Spiritus Sanctus.
cundò, propter invitatos : *Vidi turbam magnam,* *Apoc. c. 21.*
*am dinumerare nemo poterat.* Tertiò, propter eos,
inſerviunt & miniſtrant : *Millia millium miniſtra-* *Dan. 7.*
*ant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei.*
apropter beatus ille, ac terque quaterque beatus, qui
itatus fuerit ad hanc cœnam magnam ; *Beati, qui ad*
*nam nuptiarum Agni vocati ſunt.*

### XII.

### *Cœna magna, propter magnitudinem menſæ, cibi, & potus.*

Primò, ratione menſæ : *Menſa propoſita Sanctis Gloria* *Beda.*
*cœleſtis vita.* Secundò, ratione cibi : *Cibus unus,* *Hugo.*
*ſitio una, unum alimentum : noli contemnere, non*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*enim in multitudine*, *ut patet in hac vita; ſed in unitate*, &

S. Bona. *ſatietas eſt.* Tertiò, ratione potus, *Vinum eſt purißima*

*& perfectiſſima Charitas.* Quartò, ratione temporis,

quia *durabit in æternum & ultra.* Quintò denique ra-

S. Paul. tione finis, hanc enim cœnam Deus inſtituit, *ut oſtendat*

*divitias gloriæ Regni ſui.*

XIII.

*Cœna magna, quæ ſola ſatiare poteſt.*

***Satietatem internæ dulcedinis in illâ nobis præparat***:

S. Greg. Hom. 36. etenim magnus Paterfamilias Deus præparavit nobis

in hac cœnâ cibum talem, qui omnem explet eſuriem,

& eſt interna æternaque dulcedo Gloriæ. Quapropter

eſt cœna, *non tantum magna, ſed maxima.* Et dicitur

Rudolp. cœna, quia datur poſt exantlatos diei præſentis la-

S. Greg. bores: & quia eſt ultima, poſt quam nullum aliud con-

ſequitur prandium.

XIV.

*Cœna magna, in qua Deus ſupplet omnia.*

Nyſſen. *Et ipſe eſt omnia*, inquit Nyſſenus. In hac vita pluribus

indigemus creaturis: aliis pro cibo, aliis pro potu, aliis

pro veſtitu, aliis pro habitatione: at in cœnâ paradiſi,

in beata illa Patria Deus ſupplet omnia: & Deus illis

eſt cibus & potus, & veſtis, & habitatio, & omnia com-

ratione Beati, adeòque verificabitur dictum illud Apo-

S. Apoſt. ſtoli: *Tunc erit Deus omnia in omnibus.*

XV.

*Cœna magna & magnorum.*

Iud. 7. Ideò dicitur *Cœna grandium, cœna fortium.* Timidi

& ſocordes excluduntur ab hac cœna: *Qui formidoloſus*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſi, & *timidus revertatur* excluſus ab hac convivio. Quapropter eſt cœna paucorum: *Multi ſunt vocati,* Matt.20. *pauci verò electi,* ut hac cœnâ fruantur.

# PARADISUS,

## *Theſaurus abſconditus.*

### XVI.

### *Theſaurus abſconditus in agro.* Matth.13.

QUia Chriſtus, objectum noſtrum beatificum, cum ſit Deus & Homo, habet theſaurum Divinitatis in agro Humanitatis: & quemadmodùm ad poſſidendum theſaurum abſconditum in agro, neceſſarium eſt habere agrum, quo mediante deindè devenitur ad theſaurum agri; ita mediante Humanitate venitur ad Divinitatem Chriſti: & ut conformemus nos Divinitati, primò nos conformemus Humanitati, neceſſe eſt. O fertiliſſime ac fœcundiſſime ager ſacroſanctæ carnis Chriſti, qui magnum nobis beatæ Gloriæ promeruiſti theſaurum in gaudio Divinitatis! Immenſas tibi referant gratias Spiritus beati, omneque cor te amet, te adoret.

### XVII.

### *Theſaurus abſconditus, inviſibilis.*

*Theſaurus inviſus.* Et hæc quoque proprietas competit Chriſto in paradiſo: quia tametſi videatur, non tamen comprehenditur. Unde dicitur de Deo: *Poſuit* Ezech.20. *tenebras latibulum ſuum*: abſcondit ſe in inviſibilitate Pſal.17. & incomprehenſibilitate ſua, veluti in latebris: Bellar.

in inviſibilitate reſpectu noſtri, & in incomprehenſibili-
tate comparatione Beatorum : & ſolùm eſt theſaurus
ſibiipſi planè apertus & manifeſtus : quia ſeipſum ſolus
cognoſcit, quantùm cognoſcibilis eſt, cognitione per-
fectiſſima & comprehenſiva.

XVIII.

*Theſaurus abſconditus, exaturans poſſi-
dentem.*

S. Thomas. *Theſaurus eſt bonum ineſtimabile; quod ſatiat poſſi-
dentem.* Et talis eſt conditio ſummi Boni, quod illi
poſſident in cœlo : ſatiat enim adæquatè, & quietat
omnem eorum appetitum & deſiderium. Quietat & ſa-
tiat intellectum in cognitione clarâ primæ veritatis;
quietat affectum in amore & fruitione ſummæ boni-
tatis : & ſatiat memoriam in perfecta poſſeſſione infinitæ
æternitatis.

XIX.

*Theſaurus abſconditus, bonum intelli-
gibile.*

Quia eſt abſconditus oculo ſenſus & carnis; pro-
pter, ſicut in cœlo non fruimur eo, niſi ſecundum
partem ſuperiorem animæ, quæ eſt intellectus & vo-
luntas; ita nec in hac vita eundem acquirimus, niſi ſuf-
fragante Gratiâ, ac Fidei, Spei, & Charitatis exercitio.
Et illi ſunt veri comprehenſores in cœlo, qui fuerunt
Ioan. c. 4. veri Viatores & adoratores in terrâ : *Adorantes Deum
in ſpiritu & veritate.*

XX.

*Theſaurus abſconditus, in ignominia
Crucis.*

Iſa. 53. *Ibi abſconditus vultus ejus.* Summus hic & ultimus
exitus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...ntit terminus Divini Amoris & Charitatis, commu-
...ne thronum Gloriæ cum patibulo crucis, abſcondere
...ajeſtatem ſub umbrâ noſtræ infirmitatis. Erat in
...lori. ſua Deus, & ſpecioſiſſimus, & innocentiſſimus,
...potentiſſimus: nihilominus *putavimus eum quaſi*
...*proſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum*: at *ſemper*, *Iſai. l. cit.*
...*ubique pulcher* erat, ut notat S. Bernardus: *Pulcher*
...*majeſtate, pulcher in infirmitate, pulcher in Cruce, &*
...*lcher in luce Gloriæ.*

# PARADISUS,

## *Regnum DEI.*

### XXI.

### *Regnum Dei, Regnum beatum.*

Quia per gloriam Deus perfectè regnat in Beatis to-
...li dominio in pacificâ & quietâ poſſeſſione. Quam-
...brem Regnum Dei in cœlis eſt monarchicum, quia
...i nec regnat Diabolus, nec peccatum, neque caro;
...ed ſolus Deus, *qui eſt omnia in omnibus.* O fœliciſſimum *S. Apoſt.*
...egnum! *locus pacis & quietis, locus ſecuritatis, locus ex-*
...*ultationis, admirationis & ſtuporis. Adveniat, Domine,* *S. Bern.*
...*egnum tuum*, & non veniat ſolùm, te rogo, ſed ſubitò *ſerm.* 33. *in*
...veniat, & advolet: *Obſecro, Domine, adveniat* *Cant.*
*& advolet Regnum tuum*, ait D. Auguſtinus. Quia *S. Aug lib.*
...opter renuncio, & deteſtor quodcunque aliud *de ſpecul.*
regnum: *Poſſide nos, & regna ſuper nos*, nunc *c.* 3.
per Gratiam, & poſteà per *S. Bern.*
Gloriam.

## XXII.

### *Regnum Dei, Regnum Amoris.*

*S. Aug. lib. 83. qq. q. 69.*

Duo habet regna Deus: *Regnum Poteſtatis & Charitatis.* Primo regno comprehenduntur omnes boni & mali, & beati & damnati, quia de omnibus juxta arbitrium ſuum diſponere poteſt; aſt ſecundo regno annumerantur & inſcribuntur ſoli boni, prædeſtinati, & animæ beatæ in cœlis exiſtentes, quia voluntariè & per Charitatem ſe ſubiiciunt Deo. Supplicabis Deo, quatenùs te primo regno inſcriptum ad ſecundum quoque admittere dignetur, ad Regnum Charitatis & Amoris, quod hîc inchoatur in terrâ, & lumine Gloriæ terminatur in cœlo.

## XXIII.

### *Regnum Dei, Regnum Regum.*

*S. Aug. medit. c. 22. Apoc. c. 5. S. Anſel. ep. 1. ad Hug.*

Quia omnes, quotquot beato illo comprehenduntur regno, regio ſunt coronati diademate: Nulla perpetuâ caput amplectente coronâ. Quamdoquidem Chriſtus D. N. non Rex duntaxat, ſed Rex Regum eſt & dicitur, & Beati ſimul ſunt Reges & Sacerdotes. *Feciſti nos Deo noſtro Regnum & Sacerdotes.* Et hac potiuntur dignitate propter perfectam voluntatum unionem inter ſe & cum Deo. *Singuli erunt perfecti Reges: quia, quod ſinguli volunt, hoc erit: & omnes ſimul cum Deo unus Rex, & quaſi unus homo: quia omnes unum volunt, & quod volunt, erit.*

## XXIV.

### *Regnum Dei Regnum ſine fine.*

*Regnum ejus in ſecula ſeculorum: & Regni ejus non erit finis.* Enimverò Regnum eſt, quod ſub dominio & protectione Dei degit, & nulla eſt vis creata, quæ adverſus illud prævaleat; aut ei reſiſtat. Qua de cauſa de Regno Sanctorum dicitur: *Erit corona gloriæ in manu Domini, ſub tutela & protectione Domini:* & propterea Regnum ſtabile & ſecurum eſt nullis invaſionibus, aſſultibus & proditionibus expoſitum, Regnum æternum & perpetuum. *Regnum omnium ſæculorum.* *Tob. 13. in Symb.* *Iſa. 62. S. Thom.*

## XXV.

### *Regnum Dei, Regnum univerſale.*

Quia Sancti & Beati in cœlo regnant in ſeipſis, in Deo, & in creaturis. In ſeipſis, propter perfectum dominium ſuarum paſſionum: in Deo, quia ſunt quaſi omnipotentes in voluntate ſua: & in creaturis, quia ſunt ſuperiores iis, & nulli ſubjecti. Quapropter meritò dicunt: *Feciſti nos Deo noſtro regnum:* conſtituiſti nos Reges, quia regnamus in Deo, *& regnabimus ſuper terram.* Regnabimus primò, in terrâ propriæ carnis: ſecundo, in terra viventium, totiusque Univerſi. *S. Anſel.* *Apoc. c. 5.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PARADISUS,

## *Vita æterna.*

### XXVI.

### *Vita æterna, Vita, & viſio Dei æterni.*

*S.Th. cont. Gent. lib.3. c. 61.*

VIta conſiſtit in actione: ergò vita intellectiva, quæ eſt vita animæ noſtræ, conſiſtit in intellect[ione] & viſione intellectus: ergò proprium vivere anim[æ] eſt intelligere, & videre: quia anima beata intelligi[t], videt Deum æternum & vitam æternam. Præterea actio definitur & denominatur ab objecto: & p[ræ]pterea, quemadmodùm cognitio alicujus Angeli dicitur Angelica; ita cognitio & viſio Dei vocatur Divina, æterna.

### XXVII.

### *Vita æterna, ſuprema in ordine vitæ.*

Etenim verſatur circa Deum, ſummum & infinitum bonum, & modo perfectiſſimo, puta, intuitivo. Ergò vera vita, credenda, ſperanda, & amanda, præſenti vitâ, alia non eſt, niſi vita æterna, quæ ſupra exceditque omnem aliam vitam, quia eſt de natura Dei & participatio ejus. Quemadmodùm Deus non niſi cognitione & gaudio ſuiipſius vivit; ita anima beata in Deo vivit, videndo Deum, eoque fruendo & gaudendo.

XXVIII.

## XXVIII.

### *Vita æterna, inchoata & conſummata.*

Inchoatur fide, completur & perficitur viſione. Fides definitur à Divo Thoma: *Eſt virtus, quâ vita æterna in nobis inchoatur.* Ergò vivere non ſecundùm ſenſum, ſed ſecundùm fidem, nimirùm, juxta imperium & directionem fidei, eſt vivere beatum, beatitudo quædam participata, fœlicitas eſt, non humana & terrena; ſed ſuprahumana & cœleſtis. Si vis ergò ſecurus eſſe de vita æterna conſummata in gloria, procura nunc habere inchoatam in fide. 2.2. q.4. a.2.

## XXIX.

### *Vita æterna, in cognitione Divinitatis, & Humanitatis Chriſti.*

*Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti, IESVM Chriſtum.* q d. cognitio & fides Dei & Chriſti eſt cauſa, via & medium ad conſequendam vitam æternam, nempè ad obtinendam viſionem beatam Dei & Chriſti. Et ſicut tota fides noſtra reducitur ad hos duos principales articulos Divinitatis & Humanitatis Chriſti; ita tota noſtra Gloria conſiſtit in viſione clara Chriſti, Dei & Hominis. Ioan. 17.

## XXX.

### *Vita æterna, confinis cum temporali.*

Quia anima noſtra, juxta S. Thomam, eſt creata *in confinio æternitatis & temporis*: quia creata eſt ſuperior aliis ſubſtantiis materialibus, & inferior puris ſpiritua- *S. Th. lib. 3. cont. Gent. c. 61.*

 libus;

libus : ergò in quantum agit cum illis, vivit vita temporali; aſt in quantum converſatur cum his, vivit vita æterna : ergò vita æterna & temporalis ſunt ſibi vicinæ & confines : & anima, utpotè inter utramque medians, debet ſpernere temporalem, & aggredi ingredique vitam æternam.

# PARADISUS,

## *Lignum Vitæ.*

### XXXI.

### *Lignum vitæ plantatum iuxta ripam fluminis.*

*Apoc. c.22.* EX *utraque parte fluminis lignum vitæ.* Quod ad *litteram* intelligi poteſt de veris arboribus non natura-libus, ſed cœleſtibus, quales innumerabiles erunt in utraque parte fluminis, majorique inſervient volupta-ti, gaudio & gloriæ beatorum corporum. Et ſi in para-

*Gen. c.2.* diſo terreſtri erat *omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuave*; quantò magis id verificari debet in paradiſo cœleſti?

### XXXII.

### *Lignum vitæ cum fructibus vitæ.*

*Apoc. 22.* *Reddens fructum ſuum.* Non aderunt duntaxat in paradiſo arbores materiales & naturales; verùm etiam fructiferæ, quæ ſuaviſſimos dulciſſimosque proferent fructus, ac mirum in modum recreabunt & colore viſu- & ſa-

& ſapore guſtum ipſius Beati, ſemota tamen comeſtionis imperfectione, veluti ſuprà cum S Thoma innuimus. Nonnullos horum fructuum vidit Sanctus Theophilus, quos ei transmiſerat S. Dorothea, & ſubitò ſprevit Mundum, ſeque convertit ad fidem, ac glorioſus evaſit Martyr.

## XXXIII.

### *Lignum vitæ cum frondibus vitæ.*

*Et folia ejus in ſanitatem gentium.* Arbores cœleſtis paradiſi frondibus ſeu foliis ſimul & fructibus onuſtæ erunt, & omnes ij maxima prædi[t]i virtute. *Et folia ejus ad ſanitatem gentium*: etenim ſola arborum harum folia ejus erunt efficaciæ & ſufficientiæ, ut nos ab omni malo liberare, perfectamque ſalutem nobis donare poſſint: ſiquidem minimum vitæ beatæ bonum majus eſt quocunque vitæ præſentis bono. Jam verò ſi unicum ſolum arborum iſtarum folium tanti pretij eſt, cujus pretij non erunt flores & fructus? Apoc. 22.

## XXXIV.

### *Lignum vitæ, lignum incorruptibile.*

*Non deſluet folium ex eo, & non deficiet fructus ejus.* Ezech. c. 57
Semper beatæ illæ plantæ conſervabuntur in ſua virtute & vigore, cum maturitate fructuum & cum virore foliorum. Et dicitur folium in numero ſingulari, quia nihil unquàm Beato deficiet, ſive ſpiritualem, ſive corporalem ejus ſpectes Beatitudinem. Et per hoc diſtinguitur futura vita à præſenti: hujus namque ſymbolum eſt: *Deficiet*: illius verò: *Non deficiet.* Palatia, Civitates, Regna & Monarchiæ hujus Mundi *Deficient*, alterius Mundi *Non deficient.*

XXXV.

*Lignum vitæ cum duodecim fructibus.*

*Afferens fructus duodecim.* Hæc arbor in ſenſu myſtico & ſpirituali ſignificat Chriſtum, beatificum Sanctorum objectum: & duodecim fructus ſignificant duodecim dona & perfectiones, quas eis communicat. Primus fructus eſt lumen gloriæ: ultimus pax, quæ *eſt quietatio conſummata Beatorum in Deo*: ſeptem alij ſequentes ſunt tres dotes animæ & quatuor dotes corporis: tres ultimi ſunt primò viſio Humanitatis Chriſti, ejusque ſanctiſſimæ Matris: ſecundò Beatorum ſocietas; tertiò viſio loci materialis paradiſi cum Mundo renovato.

S. Thom.

# PARADISUS,

## *Centrum noſtri cordis.*

XXXVI.

*Centrum noſtri cordis, in ſtatu beato.*

ANima ab immenſo Divinæ pulchritudinis abſorpta pelago, totaque vaſtiſſimæ infinitæque Divini luminis immerſa abyſſo, cogitationum ſuarum ſcopum, actionumque finem alium habere nequit, quàm puram gloriam & ſolum beneplacitum Dei. Etenim Beatus videndo Deum ſimul judicat Deum eſſe ſummum bonum, & ultimum finem: unde ipſi

Deo,

Deo, tanquàm ſummo Bono conſecrat cor in amore, & tanquàm ultimo fini dedicat manum in operationibus.

XXXVII.

*Centrum noſtri cordis, in ſtatu viatorum.*

Idem Deus, ſummum bonum & ultimus finis, qui eſt objectum Gloriæ comparatione Beatorum, eſt objectum Fidei reſpectu noſtri. Ergò quemadmodùm Beatus amat Deum, ut ſummum bonum, operaturque propter Deum ut ultimum finem; ita & nos. Unde Deus erit centrum cordis humani & in patria, & in via: & in claritate Gloriæ, & in obſcuritate Fidei: & ſi amor inſequitur bonum, conſidera, an ſit majus aliquod bonum infinito & ſummo Bono.

XXXVIII.

*Centrum noſtri cordis, in Cruce & tribulationibus.*

Præterquàm quod amemus Deum, ac propter eum operemur, debemus quoque pati & quaſuis ſuſtinere pœnas propter Deum noſtrum: in quo ſanctam quandam invidiam certo quodam modo attribuimus beatis animabus in cœlo exiſtentibus. Idque, ſecundum Originem, ultimam adhibet manum noſtræ perfectioni, quandò non operando duntaxat, verùm etiam patiendo Deo damus gloriam: *Anima ſancta plena eſt gloriâ Dei, cùm omne, quod agit & patitur, refert ad gloriam Dei.* Cum quo anima ad perfectam accedit imitationem Dei ſui, qui, præterquàm quod pro nobis operatus fuerit, *factus eſt obediens uſque ad mortem, mortem autem Crucis.* *Origen.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXXIX.

### *Centrum noſtri cordis, in firmitate & ſtabilitate ſtatus.*

Quemadmodùm lapis centro ſuo inhæret immobilis, quia in ultimo motus ſui termino conſtitutus : ita anima immobilis efficitur in Deo, quia in Deo ultimum deſideriorum ſuorum habet finem. Unde ha- dicebat D. Auguſtinus : *Cor humanum in deſiderio æternitatis non fixum*, & Deo non innixum, *ſtabile eſſe non poteſt*. Quapropter, ſubdit S. Bernardus, *In uno æternitatis deſiderio immobiliter quieſcamus*, ſemoveamusque à nobis quodcunque aliud deſiderium.

*S. Aug.*
*S. Bern.*

XL.

### *Centrum noſtri cordis propter perfectam unionem cum Deo.*

Deus in gloria propriè Beati centrum eſt. Eſt verò ſicut res quædam gravis, à centro ſeparata non eſt *in centro*, ſed *ad centrum* : & tunc in centro eſſe dicitur, quandò perfecta & immediata ei conjungitur unione : ita anima, quamdiu præſentem agit vitam, propriè *eſt ad Deum*, quia eſt in via tendendi ad Deum medio deſiderij motu ; at in futura vita, cùm ceſſet expleaturque quodcunque deſiderium, ſicut non erit amplius in via; ita erit in termino, & in proprio centro ſummi Boni.

# PARADISUS,

## *Patria noſtra.*

XLI.

### *Patria noſtra, quam inhabitat Pater noſter.*

Si in cœlo habemus noſtrum Patrem, qui eſt Deus, in cœlo quoque erit noſtra Patria. Et hunc in finem, ut notat Theodoretus, dicitur in oratione Dominica (*Qui es in cœlis*) *ut oſtendat tibi Patriam tuam, & domum paternum.*

XLII.

### *Patria noſtra terminus dolorum.*

Ibi abſterguntur lachrymæ, quas in exilio præſentis vitæ profundunt protoparentis Adæ filij. *Qui gemit hic peregrinus, ibi gaudebit civis.* O beata Patria, beata civitas! O beatæ lachrymæ! **S. Aug. in Pſal.**

XLIII.

### *Patria noſtra, amoris noſtri receptaculum.*

De Patria terrena loquebantur Gentiles, quandò dicebant: *Commune Patria ſolum charum, jucundum ac delectabile.* Jure profectò longè æquiori id affirmandum eſt de Patria cœleſti: *Cæleſtis Patria ſolum charum, jucundum, delectabile:* adeo ut ſola illius boni memoria cunctorum terrenorum bonorum ſitim prorsùs extinguat. **Cice. lib. de Orat.**

XLIV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## XLIV.

### *Patria noſtra, refrigerium & fortitudo in adverſitatibus.*

Seriò nobis cavendum eſt, exhortatur nos D. Gregorius, ne conqueramur, expoſtulemus, & murmuremus de Deo, quandò nos inveniunt tribulationes & adverſitates, ne cum amiſſione rerum temporalium S.Greg.l.4 Ep.25. jacturam quoque patiatur & anima: *Hortamur, ut mens onere tribulationis oppreſſa contra Deum non murmuret: ne poſt amiſſionem rerum etiam animæ ſequatur diſpendia.* Et hanc fortitudinem acquirimus, quotiescunque recordamur, quod hic non habemus Patriam permanentem, *ſed futuram inquirimus.*

## XLV.

### *Patria noſtra, ſpei noſtræ anchora.*

Quemadmodùm materialis anchora in mare projecta firmam & à periculis ſecuram efficit navim; ad eundem modum anchora ſpiritualis ſpei noſtræ in cœlo collocata immobilem reddit animam, ne vacillet, & in pericula tempeſtatesque vitæ hujus præcipitetur ruat. Quapropter hac ſpe animati, *erigitur animus, ut Tribulatio vires non opprimat: adverſa ſæculi patienter ſuperet: & pompam Mundi mens ſecura deſpiciat;* deſiderium cœli verum Mundi parturiat contemptum.

PARA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PARADISUS,

## Glorioſa memoria vitæ Chriſti.

### XLVI.

### *Glorioſa memoria vitæ Chriſti in beatifica Divinæ Eſſentiæ viſione.*

QUIA, juxta dictum D. Auguſtini, cuncta fidei
noſtræ myſteria, *quæ hic credimus, ibi videbimus.* *S.Tho.* 1. *p.*
Primò, quia viſio ſuccedit fidei: ergò totum id, quod *q.*1. *a.*2.
fide creditur, à Beato videri debet viſione beata in *S.Aug. lib.*
Verbo. Secundò, quia viſio beata eſt actus quidam 20. *de civ.*
beatificus perfectiſſimus: ergò planè beatificativus & *c.* 21.
pletivus omnium deſideriorum ad proprium ipſius *Suarez.*
Beati ſtatum ſpectantium, veluti eſt actus ille, quo videt *Recup. p.p.*
noſtræ Redemptionis myſteria. *lib.*6.*q.*33.

### XLVII.

### *Glorioſa memoria vitæ Chriſti, non ſolùm in genere; ſed etiam in ſpecie.*

Etenim Beatus videt in Verbo myſterium Nativitatis Chriſti cum omnibus ejus circumſtantiis. Videt in Eſſentia Divina ſtabulum Bethlehemiticum, præſepe, Divinum puerulum pannis viliori bus involutum, ſanctiſſimam Virginem, & S. Joſeph aſſiſtentes, adorantes, contemplantes admirantesque puerum JESUM:

videt reliquas omnes circumſtantias ab Evangeliſtis [...] latas, & alias quoque non ſcriptas. Et hoc idem dicendum eſt de Circumciſione, cæteriſque vitæ Chriſti myſteriis.

### XLVIII.

### *Glorioſa memoria vitæ Chriſti continua, & ſine interruptione.*

Eæ, quas de Chriſto celebramus in terrâ, feſtivitates tranſeunt cum tempore, & una ſuccedit alteri, & quodammodò una excludit alteram; at Beati in cœlo ſemper in ſpeculo Divinæ Eſſentiæ vident eaſdem Chriſti feſtivitates, & omnes ſimul, ac ſine ſucceſſione, & videndo eas, gaudent. Et ſicuti eadem vita beata ſemper permanet & perſiſtit immobilis; ita quoque eadem perſeverant objecta.

### XLIX.

### *Glorioſa memoria vitæ Chriſti, illex & incentivum infiniti amoris in Beatis.*

Sicuti in vitâ præſenti à cognitione Chriſti [...] quoque ab ejuſdem amore deficimus. Cognoſcere imperfectâ & obſcura fidei penetrare haud poſſumus excellentiſſimum illud Incarnationis beneficium, [...] nec obligationem ac debitum, quo Chriſtus [...] illius nos ſibi devinxit: neque intelligere ac penetrare poſſumus quanto eum amore diligere debeamus. [...] in paradiſo Beatus perfecta claraque Dei cognitione videt excellentiam iſtius myſterij, infinitatem beneficij, immenſitatem amoris, quem Deus illo nobis exhibet, demonſtrat. unde cunctis Gratiæ viribus correſpondens, totâque cordis plenitudine tàm magnum, tàm optimum redamat Benefactorem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

L.

*Glorioſa memoria Chriſti, cum voce laudis, & exultationis.*

Quia, ſicut Beatus in Verbo ſemper præſentem habet totam hiſtoriam vitæ Chriſti; ita continuis laudibus non ceſſat laudare & celebrare cunctas actiones & egregia facta à Chriſto patrata. Ea, quæ fecit in terris pientiſſimus Salvator, aut oculis hominum magnâ ex parte non patuerunt, & fuerunt abſcondita; aut ſi manifeſtata fuere, debitâ caruere laude. Verùm in cœlis eorum patebit & evidenter cognoſcetur, totumque objectum erit infinitæ gloriæ & honoris.

# PARADISUS,

## *Glorioſa memoria Paſſionis CHRISTI.*

LI.

*Glorioſa memoria Paſſionis Chriſti, in glorioſa Dei viſione.*

Beatus cuncta quoque myſteria ad Paſſionem & mortem Salvatoris ſpectantia cum omnibus eorundem circumſtantiis in Verbo videbit. Videbit Chriſtum agonizantem, & ſudantem ſanguinem in horto, confortatum ab Angelo, comprehenſum & ligatum à Judæis, præſentatum, examinatumque coram omnibus tribunalibus: eâdem viſione videbit Chriſtum flagellatum,

ſpinis coronatum, illuſum, ut ſtultum reputatum, ludibrio hominum, & gentium opprobrio expoſitum; videbit eum denique Cruci ſuffixum, in eadem mortuum, & in novo ſepulchro depoſitum.

## LII.

### *Glorioſa memoria Paſſionis Chriſti, in quinque glorioſiſſimis vulneribus Salvatoris.*

Apoc. *Vident Agnum tanquàm occiſum.* Vident ſanctiſſima vulnera non in ſeipſis duntaxat, inſtar ſplendidiſſimi Solis relucentia in Divino illo cœlo Humanitatis Chriſti; ſed etiam in verbo eadem viſione beata, qua vident Deum. Quapropter S. Joannes in Apocalypſi vidit

Apoc. 4. Richard. de S. Vict. faciem Dei, ſimilem colori gemmæ Jaſpidis, *ſimilis aſpectui lapidis Iaſpidis & Sardinis*, primus lapis eſt coloris viridis & tranſparentis: ſecundus eſt coloris rubei; ut nobis ſignificaretur, quod in viſione Dei non ſolùm tranſparens Divinitas; ſed etiam ſanguinea Chriſti vulnera videantur.

## LIII.

### *Glorioſa memoria Paſſionis Chriſti, in ſanctiſſimo Altaris Sacramento.*

Eâdem viſione beata vident quoque Sancti in Verbo ſacroſanctum Euchariſtiæ myſterium, idque non contemplantur duntaxat, tanquàm cibum vitæ, & velut pignus Divini amoris; verùm etiam ut memoriale Paſſionis Chriſti, & ut ſacrificium incruentum repræſentans cruentum Crucis ſacrificium, ſub ſpeciebus panis & vini. Et in hoc myſterio, veluti ultimo Divinæ liberalitatis termino, & tanquàm ultimo effectu ardentiſſimæ charitatis Dei, mirum Amoris Divini perſentiunt ex-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceſſum, & juxta menſuram amoris exultant in abyſſo quadam voluptatis & lætitiæ.

## LIV.

## *Glorioſa memoria Paſsionis Chriſti, & compaſsionis ſanctiſſimæ Matris.*

Quemadmodùm Beati in Verbo conſpiciunt totam doloroſiſſimæ Paſſionis Chriſti ſeriem & hiſtoriam; ita quoque contemplantur totum progreſſum compaſſionis Matris ejus. Intuentur eam, ut perambulantem urbem Hieroſolymitanam, & undique perquirentem ſuum Filium, quem tùm ad mortem conduci optimè noverat: ut pedi Crucis aſtantem, & immenſo dolorum immerſam pelago: ut ſinu ſuo excipientem unicum ſuum perdilectum Filium de cruce jam jam depoſitum: denique ut ſpectatricem ſepulturæ & ſepulchri Chriſti, in quo & ipſa ſpiritum pariter & cor ſuum ſepeliebat.

## LV.

## *Glorioſa memoria Paſsionis Chriſti, in cantico Angelorum.*

Sancti Angeli memoria recolunt cuncta myſteria vitæ & mortis Chriſti, & in particulari pro beneficio Paſſionis ſummas Salvatori noſtro referunt gratias: unde dicunt: *Tibi, Chriſte, ſit benedictio in Incarnatione, claritas in Nativitate, ſapientia in Prædicatione, gratiarum actio in Paſſione, honor in Reſurrectione, virtus in Aſcenſione, fortitudo in Iudicij conſummatione.* S. Bonav.

# PARADISUS,

## Glorioſa memoria Sanctorum.

### LVI.

### Glorioſa memoria Sanctorum, in operibus in vita peractis.

QUilibet Beatorum videt in Divina Eſſentia totam vitæ ſuæ ſeriem cum omnibus operibus ſuis meritoriis. Quia ſicuti annalibus præſentis vitæ gesta ac illuſtria hominum mundanorum inſcribuntur facta, ita ad perpetuam Sanctorum gloriam & conſolationem in annalibus æternitatis & libro vitæ, puta, in Divina Eſſentia cunctæ annotantur actiones illuſtres operationesque heroicæ vitâ æterna dignæ, quas Sancti cùm viverent in terris, operati ſunt. Tunc verificatur illud Chriſti dictum: *Capillus de capite veſtro non peribit*, nimirùm: nullum opus bonum, etiam minimum à Beatis patratum in futura vita tradetur oblivioni in conſpectu Dei.

### LVII.

### Glorioſa memoria Sanctorum, in eorum Paſsionibus & Martyriis.

Sancti vident quoque in verbo totum id, quod pro Christo perpeſſi fuere: cuncta tormenta, pœnas, opprobria, modum mortis, & inſtrumenta paſſionis ſuæ, eorumque intuita incredibili adimplentur voluptate & gaudio. Si in hac vita ſancti Martyres terrarum ... *S. Bern. de Char.*

*rident, & feriuntur & gaudent, occiduntur & triumphant*: quid non facient in futura vita? Si adeò gaudent tempore belli, quid fiet tempore victoriæ? Denique gaudebunt per totam æternitatem *ſe in obſequium Chriſti occiſos eſſe* & pro defenſione Fidei. S. Thom. S. Aug. S. Bern.

## LVIII.

### *Glorioſa memoria Sanctorum, in pœnitentiis & aſpera vita Confeſſorum.*

In eodem libro Divinæ Eſſentiæ legunt omnes mortificationes pro Chriſto perpeſſas, cunctoſque fructus in arbore Crucis collectos: ut ſunt diſciplinæ, jejunia, cilicia, orationes, cunctique actus virtuoſi humilitatis, patientiæ, charitatis, aliarumque virtutum. Non videntur in Divino illo libro conſolationes & pompæ mundanæ, adeò in hac vita deſideratæ; hæ namque remanent in terra, non aſcendent, neque attingent cœlum. Quapropter, anima mea, *labora æternitati*, ea ſatage acquirere & perficere opera, quæ non tranſeunt cum tempore; ſed ad tuam gloriam & conſolationem durant per totam æternitatem.

## LIX.

### *Glorioſa memoria Sanctorum, in periculis vitæ huius præteritis.*

Sancti gaudebunt quoque videndo, à quot quantiſque peccatorum occaſionibus liberavit eos Dominus, à quantis Mundi fraudibus & dolis, à quot quantiſque ſuggeſtionibus Diaboli, à quot quantiſque carnis aliorumque inimicorum illecebris. Præſertim verò gaudebunt ſe evaſiſſe victores virtute Sanguine Chriſti acquiſita: ſiquidem totum victoriæ ſuæ meritum attribuent meritis Paſſionis Mortiſque Salvatoris.

*Apoc.* Unde non ceſſabunt alta voce cantare: *Domini eſt ſalus, à Deo ſalus:* tota Salus noſtra, omne noſtrum bonum, cunctæque noſtræ victoriæ ſunt & proveniunt à Deo, cui gloria in ſæcula ſæculorum.

## LX.

### *Glorioſa memoria Sanctorum, in patrocinio præcelſæ Matris Dei.*

Vident Sancti in cœlo eâdem viſione beata diſpoſitionem Divinæ Providentiæ, quod, nimirum, ſanctiſſima Virgine Deipara mediante & ſuffragante Deus complacuerit exequi ſalutis noſtræ negotium, cum potentiſſimam hanc totjus Univerſi Reginam & Imperatricem nobis deſignavit in Dominam, Advocatam & Matrem noſtram; ac perpetuo exultant gaudio & jubilo videntes effectum potentiſſimi hujus patrocinij: quia *per Mariam, & in Maria* ſalvi ſunt & beati in æternum, & perpetuas Altiſſimo referunt gratias, *qui omnia nos habere voluit per* *S. Bern.* *Mariam.*

# PARADISUS,

## *Suſpirium animæ.*

## LXI.

### *Suſpirium animæ ab exilio terræ hujus ad Patriam cœleſtem.*

*S. Aug. apud Bloſ.* QUid facimus? *Eja ſuſpiremus*, exhortatur nos S. Auguſtinus, *& de ſuſpirio gemamus*, ſuſpiria cordis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cordis jungamus lachrymas oculorum: *Exæſtuet anima noſtra beatæ illius viſionis & ſanctæ pacis deſiderio.* Et ſi cor noſtrum, ut docet Salvator noſter, nonniſi in cœlo collocandum eſt; ibidem quoque cuncta noſtra ſuſpiria & deſideria terminanda ſunt.

## LXII.

### *Suſpirium animæ, inter cœlum & terram ſuſpenſæ.*

*Elevavit me ſpiritus inter cœlum & terram.* Quia, ut exponit D. Gregorius, *ima relinquit, & ad ſuperna non pervenit.* Anima amans Deum eſt extra Mundum, neque etiam in cœlo exiſtit, niſi affectu duntaxat, ut ait Apoſtolus, *Converſatio noſtra in cœlis eſt: quia in Terris per carnem, per deſiderium & affectum in cœlis converſamur.* *Ezech.* S. Greg. 31. *mor. c. 7.* S. Greg.

## LXIII.

### *Suſpirium animæ ad increatum bonum.*

Quia tædio eam afficit totum, quod creatum eſt. *Creatorem quæro*, dicebat ſancta illa peccatrix, & Chriſti amore capta, *& ideò faſtidio eſt mihi omnis creatura.* In illo ſolo cunctam reperio pacem & quietem: in hac ſemper tribulationes invenio & faſtidium. *Creatorem quæro*, finem creationis meæ, terminum deſideriorum meorum, cordis mei centrum, in quo ſolo pacem reperio & quietem æternam. *S. Maria Magd. Orig.*

## LXIV.

### *Suſpirium animæ effectus Divini Spiritus.*

Quia, ut benè ait S. Gregorius, *vis ſuperna ſurſum*

*nos trahit, cùm noſtra mens ſe per cuſtodiam colligit,* & ab affectibus carnis recedit. Quod optimè experiebatur S. Monica, S Auguſtini Mater, quæ [illegible] refecta, veluti moræ & longioris vitæ impatiens, ardentem amoris ignem ſedabat his verbis: *Amemus Deum, volemus ad cælum.*

## LXV.

### *Suſpirium animæ ad ſanctam Virginem.*

S. Bern. ſup. Salve Reg.

*Ad te ſuſpiramus, gementes & flentes: ſuſpiramus autem de tàm bonæ Matris abſentiâ, venire ad te, Domina, cupientes.* Suſpiramus, ſuſpiriiſque addimus gemitus & planctus; ſumus namque veluti orphani à noſtra Matre remoti. Quapropter eò totum noſtrum collimat deſiderium, ut veniamus ad te, O piiſſima Mater, tua fruamur præſentia, tuumque ſanctiſſimum nomen laudemus ac deprædicemus in perpetuum: *& ſuſpiramus ad te, videre Filium tuum affectantes.*

S. Bern. ut ſup.

# PARADISUS,

## *Regium Convivium.*

## LXVI.

### *Regium convivium, in quo Deus oſtendit pompam & magnitudinem ſuæ omnipotentiæ.*

DE Rege Aſſuero narrat ſacra Scriptura, quod fecit *grande convivium cunctis Principibus, ut oſtenderet divitias*

*divitias gloriæ Regni ſui, ac magnitudinem atque jactantiam potentiæ ſuæ.* Idem Deus facit in Gloria Sanctorum, commonſtrat magnitudinem potentiæ ac bonitatis ſuæ, ſimulque regium in Gloria inſtituit convivium.

## LXVII.

### *Regium convivium, unicum medium ad concipiendam Paradiſi Gloriam.*

Eſt convivium proportionatum magnitudini Dei, tale inſtituentis convivium. Eſt convium, quod planè adæquat exatiatque infinitum appetitum Dei. Et, ut paucis plura complectar, convivium eſt, quod eſt Deus ipſemet. Et hoc idem noſtrum erit convivium, quia *nihil minus Deo animam noſtram* (cujus capacitas infinita eſt) *ſatiare poteſt.* S. Aug. S. Bern.

## LXVIII.

### *Regium convivium, omnium delitiarum plenitudo.*

Quia *eſt convivium pinguium, convivium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.* Et per *pinguia medullata* declarantur cibi illius menſæ: & per *vindemiam defæcatam* denotatur vinum iſtius convivij. Enimverò ſicut in hac vita caro carens oſſibus, animaliſque medulla cibus ſuaviſſimus eſt, & vinum purum à fœcibus expurgatum dulciſſimus potus eſt: ita conſolationes cœleſtis menſæ erunt omnes abundantiſſimæ, perfectiſſimæ & puriſſimæ, E contra conſolationes, etiam ſpirituales, vitæ præſentis ſemper percipiuntur cum oſſe quodam & cum fœce tribulationis. Iſa. c. 25.

LXIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## LXIX.

### *Regium convivium, dignitati convivarum proportionatum.*

*S. Aug. to. 3 de anim. & ſpir.*

Quia *quotquot ibi ſunt, Dij ſunt.* Quod ſigna Chriſtus tantâ ſequaces ſuos inſignivit nobilitate, ut eos Deos, ſuæque Divinitatis effecerit participes per gratiam; juxta eorum etiam dignitatem & excellentiam providet ipſis in cœlo de magnifico & Divino convivio. Et hujusmodi eſt Divinæ Providentiæ ordo, ut, qui in terris dignus fuit convivio Gratiæ, in cœlo quoque mereatur aſſiſtere & intereſſe convivio Gloriæ.

## LXX.

### *Regium convivium, unum, & diverſum.*

Quia omnes eodem veſcuntur cibo, at non omnes eodem modo. Et quemadmodùm inter Beatos varii ac diverſi dantur gradus luminis Gloriæ, varia Charitatis merita, diverſæ viſiones: ita ex eodem cibo varios diverſosque percipiunt ſapores, unus plus minusvè altero, prout majori aut minori repletus fuerit ſancto amore; aſt omnes, quotquot Divinæ aſſiſtunt menſæ, ſatiantur, omnes ſunt fœlices, omnes replentur ſummo gaudio, ſummâ voluptate: & nullus ambitione deſiderat alterius bonum; ſed ſocij quilibet gaudet Gloria, tanquàm propriâ, adeò, ut, *quot ſocios habebit quilibet, tot gaudia* quoque adepturus ſit.

*S. Aug. loc. cit.*

PARA-

# PARADISUS,

## Summum in ordine.

### LXXI.

### Summum in ordine huius Vniverſi.

*In diſtributione naturarum*, ait S. Auguſtinus, *datur ſummum, medium, & infimum.* Summum *eſt ipſa Beatitas*, ſeu Gloria & Beatitudo noſtra: medium eſt anima: infimum ſunt creaturæ corporeæ ipsâ anima inferiores. Hac igitur rerum diſtributione ſuppoſita, concludit D. Auguſtinus: *Anima inclinatione ad infimum, miserè: converſione ad ſummum, beatè vivit*: anima affectu ad creaturas converſa, miſeram & infœlicem: unita Deo, fœlicem, acterque quaterquè beatam ducit vitam. *Et hoc eſt totum, quod agere jubemur, monemur & accendimur.* Hoc ipſum Deus nobis mandat & præcipit, ad hoc Deus nos exhortatur & accendit, ut, nimirùm, affectum noſtrum ſequeſtremus à terra, & eundem totum collocemus in cœlo. S. Aug.

### LXXII.

### Summum in ordine Amoris.

Charitas ordinata haudquaquàm infimo contenta eſt, neque perſiſtit in medio; ſed tendit ad ſummum, & ad ſummum bonum, quod eſt Paradiſi gloria, ibidemque quieſcit. Ratio eſt, quia Charitas non ſpectat quodcunque bonum, ſed increatum & infinitum: & eſt ſanctus quidam affectus animæ à Deo datus ad amandum ipſum

Deum,

Deum. Ergò Gloria, quam ſperamus, eſt ſummum in ordine amoris, & ſupra omnia bona amari debet amore ſummo & infinito.

## LXXIII.

### *Summum in ordine beneficiorum.*

Quia quatuor inter beneficia principalia per Chriſtum nobis præſtita, quæ recenſentur à Divo Thom. hoc beneficium Gloriæ eſt omnium maximum, quia tè, quod reliqua omnia ſupponit & includit. Primò quia in Incarnatione ſe dedit in noſtrum fratrem: *Naſcens dedit ſocium.* Secundum, in noſtrum cibum ſe donavit in Sacramento Altaris: *Conveſcens in edulium.* Tertium, in Paſſione dedit ſe in pretium noſtrum: *Se moriens in pretium.* Ultimum, in Gloria nobis ſe dat in præmium: *Se regnans dat in præmium.*

## LXXIV.

### *Summum in ordine pretiј & æſtimationis.*

Quia pro comparanda vita æterna debemus dare omnia, & maximè nosipſos. *Tanti valet, quantum es: da teipſum & habebis illam.* Eſt gemma, ſeu margarita, opinione D. Bernardi, quæ unico ſolo denario seu nummo comparatur; at hic eſt nummus propriæ voluntatis: *Emitur nummo propriæ voluntatis.* Quapropter

S. Bern. obrem exiguo vitæ hujus ſpatio propria voluntate privare ſatage, ut hunc nummum in præſenti vita depoſitum deindè recipere, ac voluntatem tuam ſemper exequi valeas in Gloria.

## LXXV.

### *Summum in ordine Beatitudinum.*

Inter omnes beatitudines, quæ conſiderari poſſunt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſola illa, quæ in Deo reperitur, vera eſt. Tres beatitudinum ſpecies conſiderari poſſunt. Prima *apparens & non exiſtens*, & talis eſt beatitudo Mundi, quæ apparens duntaxat, non permanens eſt. Secunda *non apparens & exiſtens*, & hæc eſt beatitudo Juſtorum, qui in præſenti vita ſunt veri filij Dei; at non comparet eorum dignitas & magnificentia, quia ſolum comparebit in Gloria. Tertia *apparens & exiſtens*, & hæc eſt æterna Beatitudo Sanctorum in cœlis, quæ eſt apparens & ſtabilis per totam æternitatem. *Bellica.* *Pſal. 143.*

# PARADISUS,

## *Contritio cum jubilo.*

### LXXVI.

### *Contritio cum iubilo ex peccatis præteritis cauſata.*

TAmetſi Beati in cœlo de præteritis peccatis, quæ commiſerunt in terra, veram habeant contritionem & pœnitentiam: nihilominùs nullum ex iis perſentiunt, aut percipiunt dolorem vel triſtitiam. Quia talis eſt ſtatus illius fœliciſſimi beata conditio, ut planè ſit incapax omnis triſtitiæ ſeu faſtidij. Pœnitet eos peccatorum, quia vellent & optarent ſe non peccaſſe: at cum contritione gaudent & lætantur, quia per pœnitentiam remiſſa eſt omnis culpa, fruunturque ſuaviſſimis Gratiæ & Gloriæ fructibus. *Tho. 3. p. q. 48. a. 3.*

LXXVII.

## LXXVII.

### *Contritio cùm iubilo ex præſenti innocen-tia orta.*

Beatus non privatum duntaxat & liberum ſe conſpi[cit] ab omni peccato; verùm etiam ab omni illius ſig[no] & veſtigio. Ars medica, ait D. Chryſoſtomus, po[test] curare vulnus; at facere nequit, quin remaneat ci[ca]trix. *Medicina licet innumeris adnitatur modis, ci[ca]tricem è medio auferre non poteſt.* At virtus & v[is] Gratiæ longè major eſt & potentior: ſiquidem pla[gam] gam culpæ expungit, & præterea removet cicatricem. *Nullam reliquam facit cicatricem, nullum veſtigium ſinit remanere.*

S. Chryſ.

## LXXVIII.

### *Contritio cum iubilo propter actam pœnitentiam.*

Funes quoque peccatorum in Prædeſtinatis & Bea[tis] convertuntur in torques, monilia & coronas Glor[iæ]. *Funes ceciderunt mihi in præclaris: omnia cooperan[tur] in bonum, etiam peccata.* Hæc eſt, ut notat D. Au[gu]guſtinus, Electorum fœlicitas, quod omnia eis, [etiam] peccata convertantur in bonum, *quia ex caſu hu[mi]liores, cautiores, & ferventiores reſurgunt.* Verùm [im]probis *omnia cooperantur in malum, etiam ipſa Gratia*: hujus namque abuſus conferet eis majorem damna[]tionis cauſam.

Pſal. 15.
S. Aug. lib. de corr. & grat. cap. 1.
Idem ſerm. 78. de tẽp.

## LXXIX.

### *Contritio cum iubilo ob remiſſionem peccatorum.*

Beatus reſpicit peccata non commiſſa duntaxat, ſed & remiſſa: primò, ut per Gratiam ſublata; ſecundò,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ut deleta Chriſti ſanguine: tertiò, ut trophæa triumphali Crucis Chriſti ſubvecta curru. Et hæc cauſa lætitiæ, qua perfunditur Beatus: quia, occaſione peccatorum ſuorum, videt glorificatam potentiam Sanguinis Chriſti, magnificatam charitatem DEI, ejusdemque exaltatam miſericordiam. Unde cum infinito & ſempiterno jubilo laudat ſemper, & infinitam Dei decantat miſericordiam: *Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in æternum miſericordia ejus.* Sit benedicta ſemper, & laudata infinita Dei miſericordia, quæ me à tot tantisque eripuit peccatis, ac triumphare fecit de Dæmone, morte & Inferno. *Pſal. 135.*

LXXX.

## *Contritio cum iubilo ſine planctus amaritudine.*

In hoc Mundo fuit contritio cum planctu: *Beati qui lugent* peccata ſua in vita, *quoniam ipſi conſolabuntur* poſt mortem in urbe viventium. Aſt in vita futura erit contritio cum jubilo: & juxta menſuram doloris erit menſura gaudij. Contritio habet duas partes, ceu duos filios: dolorem & gaudium. Primogenitus doloris ſuſcipiendus eſt, priusquàm ſuſcipiatur ſecundogenitus gaudij: & quicunque recuſaverit primum, non erit dignus ſecundo. *Per ignem & aquam* tranſeamus, neceſſe eſt, puta, per ignem amoris, & per aquam lachrymarum & doloris; *ut inveniamus refrigerium,* ac æterno ſimus digni jubilo.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PARADISUS,

## *Glorioſum Celeuſma.*

### LXXXI.

### *Glorioſum celeuſma cœleſtium cantorum.*

CUncti ſe invicem invitant ad laudem DEI:
Chriſtus ut homo incipit, & reliqui proſequu-
Dan. 7. tur: *Laudetur DEVS in ſceptro Divinitatis ſuæ: lau-
dabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcul.
Laudetur DEVS in Majeſtate Trinitatis ſuæ: lauda-
bilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula. Lau-
detur DEVS in potentiâ ſuâ, laudetur in ſapien-
laudetur in bonitate.* Et hanc continuant laudem
per omnes DEI perfectiones tam intrinſecas, quà
extrinſecas.

### LXXXII.

### *Glorioſum celeuſma fortium Athletarum.*

Excitant quoque animantque ſe invicem ad vic-
riam contra hoſtes & inimicos ſuos. Siquidem ord-
Divinæ Providentiæ hic eſt, ut, ſi Beati interrâ ſu-
rint *Celeuſma pugnantium*: in cœlo deindè ſint *Celeuſma
cantantium*. Bellum eſt via ad pacem: non trium-
phabis, niſi primò legitimè decertaveris: neque
in Capitolio cœleſti decantare poteris victoriam,
nisi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illi primò in terrâ tuos expugnaveris inimicos. Si Chriſtum habere ambias ut caput triumphi Gloriæ in cœlo, ſuſcipe eum quoque in terrâ ut Caput in patibulo Crucis.

## LXXXIII.

### Glorioſum celeuſma in gloria Univerſi.

*In templo ejus omnes dicent gloriam.* Primò in templo Cœli, quia cœleſtes illi Spiritus ad hunc finem ſunt creati: *Populum iſtum creavi mihi, laudem meam narrabit.* Secundò in templo Mundi, cunctæ namque creaturæ ſine loquelâ manifeſtant attributa & perfectiones DEI. Tertiò, in microcoſmo, puta, in homine, in quo corpus, & anima, & potentiæ ipſius animæ, & ſenſus corporis, cunctaque corporis membra gloriam & honorem Deo *& ſemper, & ubique* dare tenentur. Enimverò, ut rectè Sapiens quidam dicebat: *Sapienti nullus non feſtus dies.* Cunctos dies ſanctificare debemus, utpotè, qui omnes Deo ſunt dedicati & conſecrati.

*Pſal. 28.*

*Iſa. c. 21.*

*Diog.*

## LXXXIV.

### Glorioſum celeuſma, pax & quies animarum beatarum.

In quamcunque orbis partem declinet cor humanum, vertat ſe, quocunque deſideret: ſemper inquietum remanebit, donec attingat beatum illum finem Gloriæ DEI, propter quem creatum eſt: quemadmodùm magnes ſemper movetur & fluctuat, donec ſe directè obvertat ſeptentrionis centro immobili & fixo. O centrum beatum & beatificum animæ noſtræ, laus & Gloria Dei! Hebræi, poſtquàm aliquot verſiculos cantaverant in templo, ſolebant ſemper repetere hæc verba: *Gloria, gloria,* ut nobis ſignificarent,

quod *hoc eſt omnis homo, gloria Dei & omnia bona mea.* Gloria Dei eſt gloria mea, & omne bonum meum.

## LXXXV.

### *Glorioſum celeuſma in ſacro conſiſtorio Divinarum Perſonarum.*

Hæc eſt prima, laus Dei, menſura, & norma aliarum laudum: eſt laus per eſſentiam, laus infinita, laus perennis, laus adæquata ei, qui laudat, & qui laudatur veluti adæquatus eſt amor, & adæquatum gaudium Hac laude ante omnem creaturam *& ab æterno Pater* laudat Filium, & Filius Patrem, & Pater & Filius Spiritum ſanctum, & Spiritus ſanctus Patrem & Filium. De hac gloriâ loquebatur Chriſtus, quando dicebat:
*Ioan.17.* *Pater, clarifica me claritate, quam habui, priuſquam Mundus fieret, apud te.* rogabat nimirùm, ut hæc gloria ſibi, non ut Deo duntaxat, ſed etiam ut homini communicaretur.

# PARADISUS,

## *Finis Operationum.*

## LXXXVI.

### *Finis operationum Dei, in creatione Mundi.*

PLacuit Deo ter Opt. Max. ſub temporis ortum communicare ſeipſum extrà, producendo creaturas propter

propter ſalutem & gloriam prædiſtinatorum, ut in paradiſo Creatoris enarrarent ac decantarent gloriam in æternum. Unde hic extitit finis Dei in creatione, ut, nimirùm, poſtquàm ſe communicaſſet in Naturâ & Gratiâ, ultimò tandem in cœlis communicaret ſe in Gloriâ.

## LXXXVII.

### *Finis operationum Dei, in regimine Mundi.*

Deus Providentia ſua conſervat & regit vaſtiſſimam hanc Mundi machinam regimine non naturali duntaxat, ſed etiam morali & ſupernaturali: proponendo præmia & pœnas, & communicando media ſupernaturalia Gratiæ, conducendo per ea electos ſuos ad ultimum beatumque Gloriæ finem & terminum.

## LXXXVIII.

### *Finis operationum, in hominibus, & in Angelis.*

Juxta commune Sapientum dictum: *Idem eſt finis operis & operantis.* Finis, exempli gratiâ, domus eſt habitatio: eadem namque eſt finis Architecti & ſtructuræ ſeu fabricæ. Ergò ſi Deus in creatione noſtrâ habuit pro fine gloriam noſtram, & hanc ordinavit ad laudem & gloriam ſuam, tanquàm ad ultimum finem, idem debet eſſe finis noſter: ut, nimirùm, in cunctis noſtris actionibus ſemper inſpiciamus ac intendamus ultimum finem vitæ æternæ propter gloriam Dei.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## LXXXIX.

### *Finis operationum, cum mediis propor-tionatis.*

Intentio finis, & electio mediorum, ſecundùm An-gelicum, inter ſe habere debent correſponden-& ordinem, in eſſe ſupernaturali & efficaci: er ſi finis creationis noſtræ eſt ſupernaturalis, ta quoque ſint media Gratiæ, Fidei, Spei & Charita necesse erit: & ſi finis noſtræ Gloriæ fuerit effica efficax quoque erit medium Gratiæ: ergò ſi velim habere effectum in intentione finis, non defrauden nos in electione mediorum.

## XC.

### *Finis operationum, incentivum operantis.*

*Cogitatio tua ſit in Regno Cœlorum*, dicebat Sa-ctus ille Abbas, *& citò in hæreditatem capies illu* cogita cœlum, & cœlum obtinebis. Quia dulc finis præmeditata, juxta Angelicum, commun ſe mediis. Talis eſt conſuetudo & mos Sancto-rum: ſtare *in culmine generoſitatis ſuæ, & con* S. Cypr. de ſpect. *quod in Mundo eminet, amore æternitatis calca* S. Greg. magni æſtimare cœleſtia, & ſpernere ac concul terrena, ut nos conſervemus in culmine & altitudine dignitatis, in qua Deus nos collocavit.

# PARADISUS,

## *Opus amoris.*

### XCI.

### *Opus amoris cœleſte, cum deſpectu rerum terrenarum.*

*Fecerunt civitates duas amores duo : terrenam amor ſui uſque ad contemptum DEI : cœleſtem amor Dei, uſque ad contemptum ſui.* Duo amores diverſi, amor ſuipſius & amor Dei, duas diverſas fundant civitates, terrenam unam, cœleſtem alteram : amor ſuipſius uſque ad contemptum Dei ædificat civitatem Babylonem Inferni : & amor Dei uſque ad deſpectum ſuipſius ædificat Jeruſalem cœleſtem. O Amor Divine, Architecte cœleſtis, beatus qui tecum vivit, ac indiſſolubili vinculo ſe tecum unit! Tu conſtruis fundamenta civitatis Dei, erigis muros, cooperis tectum, & inæſtimabilibus Gloriæ theſauris adornas conclavia.

*S. Aug. de Civit. l. 14. c. 17.*

### XCII.

### *Opus amoris, in pectore Dei.*

*Charitate perpetuâ dilexi te.* Amore perpetuo ab æternitatis principio Deus dilexit animas noſtras, diſponens eaſdem æternâ donare beatitudine in communicatione & participatione ſuæ Gloriæ. Gaudebat in ſeipſo Deus, tanquàm infinito infinitarum deliciarum paradiſo, abſque ulla creaturâ,

*Ierem. 31.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quandò amor ſuiipſius communicativus alium quendam formavit paradiſum in Gloria creata Sanctorum è Gloria increata Dei redundante. Benedictus ſit ſemper infectus & Divinus amor, qui tantùm ſe impendit noſtro bono promovendo.

### XCIII.

### *Opus amoris, in corde Chriſti.*

Idem amor, qui tantam adhibuit diligentiam in pectore DEI, extremum adhibuit conatum in corde Chriſti: hunc è cœlo traxit in terram, carne veſtivit, ſubjecit pœnis, tormentis, aliiſque miſeriis & calamitatibus: &, ut uno verbo dicam, expoſuit eum gentium ludibrio & opprobrio, affixit Cruci, ſubmerſit in mari quodam & abyſſo dolorum: idque ideò, ut nobis mereretur Gloriam ſatisfaciens peccatorum noſtrorum debito. Amor verè interminabilis, amor infinitus, ſine termino & ſine modo.

### XCIV.

### *Opus amoris in viſceribus Mariæ Virginis.*

*Luc. 11.* *Beata viſcera, quæ portaverunt: ubera, quæ lactaverunt.* Divinus amor ultimam ſuam quietem reperit in beatis illis viſceribus, quæ portaverunt, & in ſanctis illis uberibus, quæ lactaverunt Verbum in carne, Deum Hominem, Filium naturalem æterni Patris. Quamobrem ſi peccator abuſus fuerit miſericordia Dei, ac ſpreverit Crucem & Sanguinem Salvatoris noſtri, ut propterea vereatur accedere Chriſtum, recurrat ad Beatiſſimam Virginem, & ſperet in materna viſcera ejus.

*S. Ephrem.* Unde meritò nuncupatur: *Spes deſperantium.* Ethi ob peccatorum tuorum multitudinem deſperatum te exiſtimes, pone nihilominùs ſpem tuam in Maria, & ſalvus eris.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## XCV.

### *Opus amoris, in comitatu timoris.*

Duo ſunt fratres ſanctæ charitatis, ſanctus amor & ſanctus timor Dei: ille eſt frater major, hic minor. Major, nempè, amor erigit & extollit animam ad cœlum; at quia *corpus, quod corrumpitur, aggravat animam,* vocat in auxilium ſuum ſanctum timorem, qui eſt minor. Et hic eſt ſecurus animæ ſtatus, quieſcere in ſinu charitatis inter brachia timoris & amoris. *Læva ejus ſub capite meo.* puta, læva ſancti timoris: *& dextera illius,* nempè ſancti amoris, *amplexabitur me.* Paradiſus igitur eſt opus amoris, ſed in comitatu & ſocietate ſancti timoris.

S. Bern. *ſerm.* 51. *in* Cant.
Cant. 2.

# PARADISUS,

## *Memoria neceſſaria.*

## XCVI.

### *Memoria neceſſaria, inducens affectum ad cœlum.*

O*Culus meus, memoria mea: & cogitare de Sanctis aliquo modo eos videre eſt: & hanc memoriam affectio cordis comitatur* & amor. Hæc igitur eſt via, qua noſtrum cor collocemus in cœlo, ibidemque affigamus affectum: quia *amor non eſt in incognitum, ſed in præcognitum: & poſſumus amare inviſa, non verò incognita.* Amor bonum, quod non cognoſcit, amare nequit, benè quidem illud, quod cognoſcit. Et tametſi bonum, quod non videtur oculo corporeo, amari poſſit;

S. Bern. *ſerm.* 5. de Sanctis,
S. Auguſt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

minimè tamen bonum illud, quod nec oculo ſpiritu[...]
intellectus videtur & cognoſcitur, amari poteſt.

XCVII.

### *Memoria neceſſaria propter contemp[...] Mundi.*

S. Auguſt. *Quis non contemnat dulcedinem ſæculi, inhians [...]
vitæ æternæ?* *Sprevit agros, habitura polos*, dictum [...]
quod cuilibet perſonæ ſanctæ competit. Ideoque [...]
mum eſt Chriſti conſilium, in ſenſu ſpirituali [...]
ctum: *Cùm vos perſecuti fuerint in una civitate, [...]
in aliam*: q. d. cùm vos perſecutæ fuerint delici[...]
voluptates præſentis ſæculi, *fugite*, conſideratione [...]
delicias ſæculi futuri.

XCVIII.

### *Memoria neceſſaria ob conſtantiam & for[...] tudinem in patiendo.*

Tertull. *Nil crus ſentit in nervo, cùm animus in cœlo eſt.* [...]
guum valdè, aut penè nullum ingerunt dolorem [...]
flagella, catenæ, compedes, manicæ, ergaſtula, cat[...]
tormenta, ſi anima libera cœli obambulat camp[...]
palatia. Quapropter prudentiſſimè ſancta illa m[...]
ſtimulabat filium ſuum Symphorianum ad torm[...]
Martyrij lubenti animo ſufferenda, quandò dic[...]
*Nate, nate, memento æternæ vitæ, cœlum ſuſpice, [...]
regnantem intuere: tibi enim vita non eripitur, [...]
tatur in melius.* Mi dilecte Fili, non te de[...]
pœnæ ac tormenta, quæ ſubitò tranſeunt: [...]
attolle ad bona æterna, quæ ſemper durabunt [...]
manebunt: ibidemque Chriſtum Regem tuum, [...]
ad coronam præſtolatur, contemplare: neque [...]
tibi ereptum ſed mutatum iri in aliam longè [...]
gem cogites.

## XCIX.

### *Memoria neceſſaria, ob inimicorum victoriam.*

*Si vultis eſſe armati contra tentationes in ſeculo: creſcat & roboretur deſiderium Ieruſalem æternæ in cordibus veſtris*: etenim hoc deſiderium noſtris inimicis ſurripit arma, cunctos prorſus affectus & deſideria terrenorum bonorum ſapiendo, & cordi noſtro invictum ingerendo animum, ut de omni terreno mundanoque deſiderio victores abeamus & triumphemus. S. Aug.

## C.

### *Memoria neceſſaria, propter pacem, & quietem animæ.*

*Tunc omnes appetitus uniuntur quietati in uno.* Cuncti noſtri appetitus & deſideria ſibi invicem unita, ſemota omni repugnantia & diſcordia, quietantur in uno ſummi Boni deſiderio. Neque hæc pax perturbatur à paſſionibus, quia & iſtæ *ſunt ad unum & ab uno*: ſequuntur ſummum Bonum Dei, & fugiunt à ſummo malo peccati. Hic eſt finis noſtrarum paſſionum: ut nobis inſerviant, tanquàm inſtrumenta animæ ad proſequendum ultimum & unicum noſtrum finem æternæ Gloriæ: & tanquàm gradus, quibus ad eandem aſcendamus: ſiquidem noſtras calcando paſſiones ſcalam nobis conficimus, quâ conſcendimus paradiſum. S.Th.2.2. q.29.a.2.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CIVIS COELI,

## *LIBER QVARTVS.*

# PARADISUS,

*Deſiderium Sanctorum,*

## Gradus I.

### *Deſiderium Sanctorum & Viſio beata.*

Apoc. c. 12.

UBi eſt cor, ubi eſt theſaurus: & hoc de- ſiderium communicatur à Spiritu ſancto, & ab Eccleſia ejus Sponſa; *Spiritus & Sponſa dicunt: Veni*: operantur [illegible] nobis, ut dicamus Chriſto; veni [illegible] elargire nobis tuam Gloriam. O quàm magnum, & quàm immenſum eſt hoc deſiderium corde adornato Gratia! quæ, cùm ſit naturæ cœleſtis & Divinæ, erigit & incitat ſubjectum, in quo reperitur, ad cœlum & ad Deum.

## II.

### *Deſiderium Sanctorum, unicum obiectum inter omnes res creatas.*

Inter omnes creaturas nullum eſt aliud objectum, quo quieſcere poſſit Beatus, quàm poſſeſſio ſummi Boni, & Gloria Paradiſi. Ibi eſt pax mentis, ies cordis, requies animæ, refrigerium & gaudium tius hominis, propter Deum creati, & ut ſit beatus gloriosus in Gloria & Beatitudine ipſiusmet Dei. aldè excellens & ſingularis in hoc deſiderio extitit ncta Maria Ognacenſis, quæ, cum ei quadam ice appareret Dominus, *moræ impatiens clamaat, amplexando Dominum: Nolo, Domine, ut ne me recedas, non cupio hic morari ampliùs, mum ire volo*: per domum intelligens patriam æleſtem.

## III.

### *Deſiderium Sanctorum migrandi ex hoc mundo.*

Vident Sancti, quod non habeant hic civitatem rmanentem & ſtabilem, ideò ſemper futuram inirunt. Talis erat Apoſtolus, qui *cupiebat elongari corpore*, ut præſens adeſſet Chriſto, *& deſiderium abebat diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.* Hic eſt pros affectus hominis Chriſtiani, ut cogitet ſe peregrinum terræ & civem cœli: cenſeatque vitam præſentem ſibi obtingere pro materia patientiæ, & futuram pro objecto deſiderij.

## IV.

### *Deſiderium Sanctorum, eò quod in para-diſo ſit omnis ſanctitatis comple-mentum.*

In cœlo eſt *Sancta Sanctorum*, & Sanctus Sancto-
rum: ubi ſanctitas recipit palmam, ac ultimam ſui
attingit perfectionem: & deſerens motum deſiderii
ſumma pace & quiete conſtituta eſt. Quadam vice cui-
dam Sanctæ revelata fuit ſua prædeſtinatio, unde di-
S. Mariæ Ognac. In ejus vitâ. cebat: *Audivi à Domino* me ituram in Sancta Sancto-
rum. *O Vocabula dulciſſima!* O voces ſuaviſſimæ!
Deindè converſa ad aliam quandam Virginem, quæ
ei inſerviebat, dixit: *Dic mihi, quod eſt Sancta San-
ctorum?* annon paradiſus? Et continuò exinde præ
nimio gaudio & jubilo quaſi rapta repetebat: *Sancta*
*Sancta Sanctorum.*

## V.

### *Deſiderium Sanctorum, quod pro obiecto habet ſummum bonum Gloriæ.*

Minimus gradus Gloriæ major eſt cunctis Mun-
Indic. c 8. bonis: *Melior eſt racemus Ephraim vindemiis Abi-*
vel, ut legitur in Hebræo: *Racematio melior eſt vin-
demia*, id eſt, melior eſt racemus vuæ cœleſtis, quàm
cunctæ Mundi vindemiæ. Quapropter jure me-
Sancti deſiderium ſuum collocant in veris bo-
non deſiderant terrena bona; ſed ſolum ſollicit-
de bonis cœleſtibus, quorum poſſidendorum ſp-
firma ducti ſpontè renunciant omnibus,
quotquot, adhuc viventes, poſſi-
dere poſſent.

PARA-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PARADISUS,

## *Flumen Pacis.*

### VI.

### *Flumen pacis, ſymbolum & figura Gloriæ.*

IN Iſaia dicitur: *Declinabo ſuper eum quaſi fluvium pacis.* Et attribuitur ei hoc nomen, *non quod effluat, ſed quod affluat: non quod tranſeat, ſed quod abundet* omni aqua conſolationis & gaudij. Iſa. c. 66. S. Bern.

### VII.

### *Flumen pacis, à parvulo fonte originem ducens.*

*Parvulus fons crevit in fluvium.* Quia *momentaneum hoc & leve tribulationis noſtræ æternum Gloriæ pondus operatur in nobis.* Præterea, *fons crevit in fluvium*: quia Gratia eſt parvulus fons in Viatoribus; aſt in magnum creſcit fluvium unita cum viſione beata in Comprehenſoribus. Quapropter, ſi deſideremus abundare in flumine Gloriæ; è fonte Gratiæ primò bibamus, neceſſe eſt. Eſth. c. 10. 1. Cor. 4.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## VIII.

### *Flumen pacis, accendens ſimulque extinguens animæ ſitim.*

Ad explendam extinguendamque rabioſam ſitim qua cor humanum laborare ſolet, majus efficaciusque adhiberi nequit remedium, quàm ſi accedatur ad hoc flumen pacis, quod, accendendo deſiderium cœli pariter extinguit deſiderium terræ. Et ut hunc in te experiaris effectum; ſemper Deum exorabis, ut nonnullam cœleſtis illius & Divinæ aquæ guttulam quæ multis paraſangis cunctos voluptatum mundanarum torrentes ſuperat, tibi communicare dignetur. Quia; ut optimè ait Richardus de ſancto Victore:

Richa. de S. Vict. *Quod totius Mundi copia non ſatiat, Divinæ dulcedinis gutta plenè inebriat.* Unica ſola guttula, una ſtilla duntaxat Divinæ dulcedinis te exaturare & inebriare poterit: ubi integra flumina & maria deliciarum mundanarum haudquaquàm te ſatiare potuiſſent.

## IX.

### *Flumen pacis clariſſimum & lucidiſſimum.*

Apoc. c. 22. *Oſtendit mihi fluvium ſplendidum, tanquam cryſtallum:* propter puritatem conſolationis & gaudii. Quemadmodùm à contrario conſolationes mundi comparantur aquæ turbidæ. *Quid tibi vis in via*

Ier. c. 2. *Ægypti, ut bibas aquam turbidam?* Quomodo rurſùm deſiderare poteris reditum in Ægyptum, ut bibas aquas turbidas & ſtagnantes? Quamobrem aquæ magis accendunt ſitim bonorum terrenorum, & iſtæ eam prorſus reſtinguunt.

X. Fl

X.

*Flumen pacis, procedens à ſede Dei, & Agni.*

*Oſtendit mihi fluvium procedentem de ſede Dei & Agni.* Apoc. c. 22.
Quia tota noſtra gloria non tantùm eſt à Deo, tanquàm à cauſa primariâ, & à Chriſto, tanquàm à cauſa ſecundaria: verùm etiam tota eſt in Deo, & in Chriſto, puta, in viſione beata Divinitatis & Humanitatis Chriſti, in quo, veluti in objecto omnis fœlicitatis, quieſcit & quietatur Beatus.

# PARADISUS,

## *Domus Dei.*

XI.

*Domus Dei, ſplendida propter ornamenta Gloriæ.*

D*Omine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis Gloriæ tuæ*, dicebat Regius Propheta David. Pſal. 55.
O Sacrarium Dei, & ſanctiſſimæ Trinitatis, in quo ipſamet habitat ſanctitas per eſſentiam, & videtur, & poſſidetur per fruitionem, *tibi ſuſpiret peregrinatio mea, tibi inhiet cor meum, tibi intendat mens mea, ad ſocietatem Beatitudinis tuæ pervenire deſideret anima mea*, ubi eſt tota mea fœlicitas & beatitudo. S. Auguſt. Med. c. 22.

XII.

*Domus Dei immenſa, & carens termino.*

*Quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis ejus? Magnus, & non habens finem, excelſus & immenſus.* Belv. c. 3.
Domus Dei non eſt aliud, quàm ipſemet Deus. Quærit S. Auguſtinus: *Antequàm faceret Deus cœlum & terram, & antequàm faceret Sanctos, ubi habitabat Deus?* S. Ant. p. 3. tit. 10. c. 1. S. Aug. ep. 121.

Et reſpondet : *In ſeipſo, & apud ſeipſum habitabat* : in ſu
propria eſſentia, in ſua propria immenſitate, & infinitate
*& ipſe ſibi eſt locus , & omnia.* Et quandò de Deo affir
matur , quod habitet in aliquo loco , ſivè materiali, ſive
ſpirituali ; id non dicitur , quod indigeat loco ; ſed
quia locus indiget Deo , ut ab ipſo conſervetur & ſu
ſtentetur in eſſe.

## XIII.

## *Domus Dei ; irrigata flumine amoris, gaud & pacis.*

*Pſal. 41.* *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei.* Eſt flume
*procedens de ſede Dei & Agni* : quia Beatorum Glor
habet pro principio Divinitatem , & Humanitatem
Chriſti pro merito. O flumen dulciſſimum & abunda
tiſſimum Gloriæ beatæ! Fœlix ille, qui bibit ex te, & i
tiatur in aquis tuis! Verùm ad hunc fluvium devenitur
per alium fluvium : *Ad flumen gaudiorum tranſitur
per flumen lachrymarum.* Enimverò aquæ lachrymaru
contriſtant carnem ; at recreant ſpiritum, non in futur
duntaxat , ſed etiam in præſenti vita.

## XIV.

## *Civitas Dei, Civitas ſanctiſſima.*

*Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus*: vel, u
*Pſal. 42.* alij legunt : *Sanctum tabernaculum Altiſſimi.* Cu
rationem reddit : quia *Deus in medio ejus, non commove
bitur.* Deus namque, qui eſt infinitè ſanctus, totum illu
habitaculum penetrabit , & adimplebit ſuâ Glor
ideòque *non commovebitur.* Nulla in eo prorſus er
mutatio ; *ſed æternâ ſtabilitate ſolidabitur.* Sed quan
adveniet tempus hoc fœliciſſimum ? Reſpondet Pro
pheta : *Adjuvabit eam Deus manè diluculo.* Sub di
ortum & principium : de illo die loquor, cui nunqua
ſuccedet nox, de die æternæ fœlicitatis, quandò compa
rebit lumen æternæ Gloriæ.

XV

XV.

*Civitas Dei, ſuper omnes alias amabilis & deſiderabilis.*

*Quàm dilecta tabernacula tua, Domine, virtutum!* O quàm amabiles, ac deſiderabiles ſunt cœlitum habitationes! Quàm miſera terræ habitacula, quàm fœlicia cœleſtia! Miſeria Mundi à ſe me repellit, fœlicitas cœli me attrahit. Beatus ille, qui vitam præſentem ut miſeram, & ſolùm futuram & fœlicem apprehendit! Beatus, qui ſpernit omnia hæc temporalia, & magni ſolùm æſtimat æterna! O Beatum illum, qui dicere poteſt: Quia habitatio mea in cœlo eſt, *In cœlum mente conſcendo, Solem hunc, Solumque deſpicio.* *Pſal. 38.* *Socrat.*

# PARADISUS,

## *Civitas Angelorum.*

XVI.

*Civitas Angelorum, aut per naturam, aut per gratiam.*

SUbſtantiæ Angelicæ, perfectiſſimæ, & purè ſpirituales ſunt Angeli ex naturâ ſuâ: & animæ noſtræ ſunt Angeli per gratiam, ipſis quippè Angelis in gratiâ & puritate aſſimilari debent. Quapropter conſulit S. Ambroſius, dicens: *Eſto Angelus, ſequendo mandata Dei,* Divinæ obediendo voluntati: *& cùm fueris Angelus, videbis faciem Dei.* *S. Ambroſ. in Pſal. Beati immacul.*

XVII.

*Civitas Angelorum, non propter beatas animas duntaxat, verùm etiam propter corpora glorioſa.*

Beatorum inſuper corpora Angelis ipſis erunt ſimilia: *Seminatur corpus animale, & ſurget ſpirituale.*

Et quidem ſimilia erunt, non in natura; ſed primò in puritate, quia, ut ait Chriſtus D. N. Beati in cœlo
Matth. 22. *non nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei*, ſine ulla paſſione ſenſus & carnis. Secundò, in vita, quia non vivent vita corruptibili, & cibi materialis indiga; ſed immortali & incorruptibili, quia erunt lucida & impaſſibilia, ſubtilia & penetrabilia, veluti Angeli.

## XVIII.

## *Civitas Angelorum, ubi per Beatos reparabuntur ruinæ Angelorum rebellium.*

Cecidere Angeli, & eadem dotati Gloria, eaſdemque quas illi occupabant ſedes conſcendent homines. Qua
Apoc. c. 21. de cauſa dixit S. Joannes in Apocalypſi: *Menſura hominis, quæ eſt Angeli*, quia homo ſubintrant in locū Angeli.
Haim. Numerus hominum ſalvandorum, ut nonnulli volunt, æqualis erit numero Angelorum damnatorum.

## XIX.

## *Civitas Angelorum, Zelatorum animarum.*

Cuncti cœli Incolæ ac cives perfunguntur munere Angelis proprio, quod eſt zelare & procurare ſalutem animarum. Omnes enim precantur: *Vindica, Domine,*
S. Aug. *ſanguinem Sanctorum tuorum*, ſimulque expetunt deſtructionem non peccatorum, ſed peccati & regni peccati,
S. Paul. Apoſt. ut creſcat Regnum Chriſti, & ampliùs ſe extendat ſanctà ejus gloria, *& Deus ſit omnia in omnibus.*

## XX.

## *Civitas Angelorum numero alios Beatos excedentium.*

S. Aug. to. 3. li. 11. de Civit. c. 9. Quia, juxta dictum D. Auguſtini, *eſt major pars cœleſtis Civitatis; & eò beatior, quia nunquàm peregrinata.*

Et

Et dicere intendit Sanctus Doctor, duas ob cauſas Paradiſum condecorari tali titulo: primò, quia Angelorum multitudo longè major eſt in cœlo, quàm erit multitudo animarum beatarum: etenim, ſecundùm regulam S. Dioniſij, qui ſunt perfectiores in ſpecie, in majori etiam numero à Deo producti ſunt: ſecundò, quia Angeli beati nunquàm ob peccatum ſe ſepararunt à Deo, quemadmodùm homines ſe ſepararunt; ſed ſemper perſeverarunt in gratia, & in amore Dei.

# PARADISUS,

## *Objectum deſiderij.*

### XXI.

### *Obiectum deſiderij excedens quodcunque aliud deſiderium.*

*Qvemadmodùm deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Quando veniam & apparebo ante faciem Domini?* Et hic eſt terminus deſiderij: *Hoc eſt, quod ſitio: venire & apparere ante* conſpectum Dei. *Sitio in curſu, ſatiabor in adventu; ſitio* exiſtens peregrinus, ſatiabor, cùm fuero civis. *Pſal. 41.* *S. Aug. in Pſal. 41.*

### XXII.

### *Obiectum deſiderij, forte & potens.*

Cervus in curſu velociſſimus eſt, & eò magis, poſtquàm occidit ſerpentes: *Peremptis ſerpentibus ad fontes acrius currit.* Talis debet eſſe curſus & deſiderium animæ: *Non ſit tarditas in currendo: impigrè curre, impigrè deſidera fontem*, mactando etiam peccatorum ſerpentes: *Conſume ſerpentes iniquitatis, tunc ampliùs deſiderabis fontem veritatis.* *S. Aug. l. c.*

## XXIII.

### *Obiectum deſiderij accenſum & ardens.*

Non quodcunque deſiderium penetrat nubes, tran
greditur cœlos, & ferit cor Dei : ſed deſiderium ard
tiſſimæ charitatis, impatiens vitæ, anhelans ad morte
ſuſpirans ad fontem æternæ dulcedinis & ſuavita
Dicebat quidam vir ſanctus: *Deſiderium, quod ſin
dormire, non eſt perfectũ.* Quemadmodum experieba
S. Franciſcus Xaverius, qui non de die duntaxat Deo
ſemper intentus erat, & converſabatur inter cœleſtes
ves in Gloria; verùm etiam nocte in ſomno aſpirabat
Torſel. Chriſtum unicum ſuum bonum, dicens: *IESV, am
meus: bone IESV, Creator meus.*

## XXIV.

### *Obiectum deſiderij ſolitarium & ſingular.*

Deſiderium cœli non admittit aliud deſiderium, qu
ſapit terram. Verus Paradiſi amator dicere debet cu
Pſal. 140. Regio Propheta David: *Singulariter ſum ego, donec tra
ſeam*: vivo ſolus & ſolitarius ſolitudine affectuum &
ſideriorum: non deſidero honores, divitias, domini
Mundi hujus pompam: ſum veluti mortuus Mundo
omnibus rebus creatis, vivo ſolo ſolius Boni increati
ſiderio: idque *donec tranſeam*, hunc modum viven
ſequar & ſervabo, *donec tranſeam*, ad mortem uſq
donec è vita præſenti & temporali migrem ad futura
æternamque vitam.

## XXV.

### *Obiectum deſiderij, proportionatum & adæquatum.*

Non eſt mirum, quod anima noſtra ſpernat deſp
ciatque quodcunque aliud bonum, & ſolummodo de
S. Laur. Iuſtinia. de fide, c. 6. ſideret ſummum bonum: *Quia anima habens Dei ima
ginem cæteris occupari poteſt, repleri omninò non poteſt
capacem enim Dei, quidquid Deo minus eſt, non implebit.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quapropter veriſſimè affirmari poteſt: *Tunc ſatiabor, cum apparuerit Gloria tua* proportionata & adæquata meo deſiderio.

# PARADISUS,

## *Hæreditas cœleſtis.*

### XXVI.

### *Hæreditas cœleſtis, fructus Filiationis DEI.*

*SI filij & hæredes.* Et ſicut ſumma dignitas eſt, eſſe Filium Dei: *Omnia dona excedit hoc donum*; ita ſumma & infinita hæreditas eſt, quæ ei competit. Filio Regis correſpondet hæreditas Regia, & Filio Dei hæreditas Divina correſpondere debet. Quamobrem, qui eſt Filius Dei per gratiam, omninò ſibi perſuadeat, & ut certum teneat, ſe fore hæredem æternæ Gloriæ. *S. Leo ſer. 6. de Nat.*

### XXVII.

### *Hæreditas cœleſtis, Viſio Dei Beata.*

In viſione beatifica continentur omnes gratiæ, omnia bona, quæ Deus ſuis Filiis communicare poteſt: *Viſio eſt tota merces*, quam promerentur Filij Dei. Per gratiam Filius Dei acquirit jus ad hanc hæreditatem: at uſum & poſſeſſionem ejus per Gloriam: in hac vitâ ea ſperatur ſolùm, & in futura poſſidetur: etenim in hac vita ſumus quidem Filij Dei, at non manifeſtatur noſtra filiatio, veluti manifeſtabitur & comparebit in futura vita. *S. Aug.*

## XXVIII.

### *Hæreditas cœleſtis, hæreditas perpetua, immaculata, & invariata.*

Filiis Dei ea præparata eſt hæreditas, quæ nulli ſu-
jecta eſt liti, neque mutationi, aut fini, veluti doce
*S. Apoſt. Pet.* S. Apoſtolus Petrus: *Regeneravit nos in ſpem viva in hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, & marceſſibilem, conſervatam in cœlis.* Ubi vocabulu
illud: *conſervatam in cœlis*, benè ponderandum e
Ex quo ſequitur, totam noſtram fœlicitatem & bea
tudinem non in terrâ, ſed in cœlo ſperandam eſſ
Quapropter, ut notat S. Gregorius, hæreditas terre
*Hom. 37. in Evang.* differt à cœleſti, quod illa *in morte perditur, hæc in venitur, ut teſtatur Propheta:*
*Pſal. 126.* *Cùm dederit dilectis ſu ſomnum, ecce hæreditas Domini.* Poſtquàm homo do
mierit in ſomno mortis, & perdiderit hæreditate
Mundi; poſſeſſionem capiet hæreditatis Dei.

## XXIX.

### *Hæreditas cœleſtis, ſtabilita & confirmata morte Chriſti.*

*Hebr. c. 9.* *Vbi teſtamentum eſt, mors neceſsè eſt intercedat teſta toris.* Quamobrem mors Chriſti neceſſaria fuit, u
teſtamentum ſuum confirmaret, nosque in ſuâ hæred
tate ſtabiliret. Verùm teſtamentum à Chriſto cond
tum fuit teſtamentum oneroſum, cum penſione, ad
que teſtamentum conditionatum. *Glorificabimur,* 
*compatimur.* Reliquit nobis quidem pro hæredita
Gloriam cœleſtem; ſed cum hac conditione, ut prim
in præſenti vitâ patiamur & compatiamur. Debem
eſſe hæredes Gloriæ, verum eſt, at primò Cruci
Chriſti: & ſi recuſaverimus hæreditatem Crucis, tan
quàm infideles & ingrati privabimur quoque hære
tate Gloriæ.

XXX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXX.

*Hæreditas cœleſtis, quæ incipit in Gratia; at perficitur in Gloria.*

Quod ſi hæc hæreditas conſiſtat in viſione Dei: ergò primò incipit, cùm Deum fide apprehendimus & videmus in hâc vitâ, & deindè lumine Gloriæ in altera. In hac vitâ hæreditas Chriſtiani hominis *eſt theſaurus inviſus.* Habemus & poſſidemus Deum fide, at non videmus eum, neque cum fide pulchritudine ejus fruimur. *Filij Dei ſumus, & ſi filij, & hæredes: ſed nondùm apparet* hæc dignitas: *apparebit, cùm videbimus eum* lumine gloriæ, *ſicuti eſt.* Ezech. 20. S. Ioa. 1. c. 3.

# PARADISUS,

*Æternitas fœliciſſima.*

XXXI.

*Æternitas fœliciſſima, propter perfectionem durationis.*

Gloria Beati debet eſſe perfectiſſima, non in eſſe duntaxat, ſed etiam in duratione: ergò durare debet duratione perfectiſſima, qualis eſt æternitas, quæ dicit negationem omnis imperfectionis, & termini, & ſucceſſionis, & variationis, & menſuræ, & limitationis. Quapropter in perfectione ſua eſt duratio interminabilis ſine fine, permanens ſine ſucceſſione, immutabilis ſine variatione, immenſurabilis ſine menſura, illimitata ſine termino.

## XXXII.

### *Æternitas fœliciſſima, propter infinitatem ſine termino.*

Æternitas eſt inſtar circuli: *ejus centrum eſt* SEMPER, *circumferentia* NUNQUAM. Unde hæ ſunt duæ pr- cipales conditiones æternitatis, durare SEMPER, & NUNQUAM habere finem. Et ſunt communes co- æternitati, & Beatorum in cœlo, & damnatorum Inferno: Beati SEMPER gaudebunt, NUNQUAM g- dere deſinent: & damnati SEMPER ardebunt, NU- QUAM ardere deſinent.

## XXXIII.

### *Æternitas fœliciſſima, ſemper ſibi ſimilis propter immutabilitatem.*

*S. Bern. l. 5. de conſid.*

Proprietas Æternitatis hæc eſt, quod nunquam ... creſcere aut deficere poſſit. Quemadmodum de De- affirmatur, ſivè ſit, ſive non ſit cum Mundo conjunc- *nihil additur, nihil demitur ipſi Deo.* Unde modò n- eſt perfectior cum creaturis conſideratus, ac erat ... æterno, quandò ſolus erat, & ſine illis. Eodem mod- dicendum eſt de æternitate: Unde ſi æternitati aliqu- annorum addideris myriades, *nihil addidiſti:* ſi ſuſtule- & diminueris, *nihil minuiſti*: quia ſemper remane- ſua duratione eodem modo infinita. Unde poſt ann- rum millium millia nihil deeſt æternitati; ita nec qu- quàm ipſi Beato demitur de ſua Gloria. Et idem dic- dum eſt de miſero damnato. Siquidem tàm pœna ab- quàm iſtius Gloria poſt numerum annorum innume- bilem ita conſtituta & intenſa erit in dolore vel gaud- ac ſi de novo inciperet.

## XXXIV.

### *Æternitas fœliciſſima, propter infinitatem gaudij in duratione.*

Quod ſi omne bonum tametſi finitum, modò in- ternum duraret, infinito pretio æquiparandum & æſti- mandum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mandum eſſet; quantò magis æſtimanda erit Beatorum Gloria, quæ eſt infinita in eſſe, & infinita in duratione? Eſt ſumma & ſempiterna Gloria, ſummum & ſempiternum gaudium, ſumma & ſempiterna beatitudo: ſimilis beatitudini Dei, quæ duplici ratione in ſe infinita eſt, & in ſua fœlicitate, & in ſua æternitate.

XXXV.

*Æternitas fœliciſsima, ſine ulla ſucceſſione ac diviſione.*

Totum bonum, quod Æternitas Gloriæ apportare poteſt, ſimul conjungit & componit in unum. Enimverò Beatus non apprehendit & guſtat duntaxat bonum & gaudium præſens, verùm etiam illud gaudium omnium ſæculorum futurorum. Ergò æternitas fœliciſſima, æternitas beatiſſima, beatus qui te poſſidet, beatus qui ad te anhelat & aſpirat, & beatus, qui in corde ſuo tui conſervat memoriam; ſiquidem conſideratio tua ſecurum medium eſt, quod ad tui conducit poſſeſſionem.

# PARADISUS,

## *Bonum Univerſale.*

XXXVI.

***Bonum Univerſale, bonorum omnium poſſeſſio.***

IN beata illa patria perfecta aderit poſſeſſio omni boni, at redacti in unum ſolum & ſummum, quod eſt Deus, qui omnia omnibus, & omnibus omne bonum erit: *Honor noſter, Deus noſter: divitiæ noſtra, Deus noſter erit.* Et totum id, quidquid pulchri & boni in cunctis rebus deſiderari poteſt; totum id, cum infinito exceſſu, Beatus poſſidet unitim in Deo. Unde benè ait D. Auguſtinus: *S. Auguſt. to. 20. ſerm. 4.*

*Qua-*

*Thom. de Kemp.*

*Quæcunque hic varia quæris , unus ibi omnia Deus.* Quapropter *dimitte omnia* propter Deum, *& invenies omnia* in Deo.

XXXVII.

## *Bonum Vniverſale , propter æternam ſecuritatem.*

*S. Greg. in fine 7. Pſ. Pœnit.*

*Quia ibi erit certa ſecuritas , & ſecura æternitas , æterna tranquillitas , & tranquilla fœlicitas , & fœlix ſuavitas , & ſuavis jucunditas.* O ſecuritatem di... ratiſſimam! O æternitatem fœliciſſimam! O tranqui... tatem beatiſſimam! O ſuavitatem , O jucundita... dulciſſimam & delicatiſſimam! Beatus, qui in tam... bonum collimat, mentisque figit obtutum, & qui ſibi ipſi mortuus, Deo ſoli vivit.

XXXVIII.

## *Bonum Vniverſale, propter beatam Dei Viſionem.*

*Apoc. 22. S. Bern. ſerm 1. de divor. Apoc. 23. ex Arabico.*

*Videbunt faciem ejus*, nempè Dei, quæ eſt principium, origo, fons, oceanus, & immenſum pelagus omnium bonorum. *Eſt torrens inundans lætitiæ, & flumen Gloriæ:* vel, ut alij legunt , beatificus Dei vultus eſt veluti quoddam mare, propter copiam & abundantiam gratiarum donorumque, quæ abundantiſſimè communicat ipſis Beatis, & ab illo vivifico ac Deifico mari abſorbebitur Beatus, totus immerſus gaudio & Eſſentiæ Dei.

XXXIX.

## *Bonum Vniverſale, quod acquiritur per Crucem.*

*S. Pet. c. 1.*

*Sed modicum nunc oportet contriſtari , in variis tentationibus.* Priusquàm tàm inexplicabile, tàm altum attingamus bonum , per viam crucis ambulemus, necesse eſt. Sed eccè differentiam inter laborem & præmium. Præmium , quod acquiritur , eſt præmium quod... ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Univerſale, & infinitum in quantitate, & in duratione, quia eſt immenſum & æternum; at labor crucis *eſt modicum nunc*, valdè exiguus eſt in quantitate, & brevis in duratione, eſt crux inſtantanea, & momentanea, punctum in intentione, & momentum in duratione: ſed eſt punctum, quod nobis acquirit immenſitatem Gloriæ, & eſt momentum, quod comparat nobis paradiſi æternitatem.

XL.

*Bonum Univerſale, quod univerſali etiam tribulatione, & pœna comparandum eſſet.*

*Æterna Gloria æterno labore eſſet emenda.* Verùm Miſericordia Dei tantùm haud petit, ſed pauxillo contenta eſt: dat cœlum pro ſiliqua terræ, dat æternitatem pro momento temporis: *Damus lutum*, dicebat S. Cæcilia, *& accipimus aurum*: cùm operum noſtrorum vilitas exaltetur ac nobilitetur valore Gratiæ. Sed hoc pauxillum, quantumcunque eſt, & datur pro gloria, totum dari debet: quia hoc ipſum eſt, quod à nobis Dominus poſtulat, nimirùm, ut *ex* toto ei ſerviamus, eumque amemus. Et hac ſolutione optimè contentus eſt, qui enim dat totum, dat omnia: & non parùm, ſed multùm dat, quia tantùm dat, quantùm habet.

*S. Aug.*

*In actis ejus.*

# PARADISUS,

## *Admiratio Juſtorum.*

XLI.

*Paradiſus, admiratio Iuſtorum, propter præmium Beatorum, & pœnam Damnatorum.*

V*Ita noſtra, ſtupor & pavor.* Et vult dicere: homo Chriſtianus in hac vitâ vivere debet in continuo *Esdr. li. 4. c. 4.*

ſtupore

ſtupore & timore : in timore æternæ pœnæ Inferni, & i
ſtupore & admiratione æternæ Gloriæ cœli. Prima cauſ
admirationis in beata vita eſt infinitas Gloriæ : quia eſ
gloria in omni genere boni infiniti. Etenim ſi conſide-
retur viſio beatifica, eſt infinita : ſi amor, eſt infinitus
gaudium, infinitum: ſi laus Dei, infinita : & idem aſſere
dum eſt de omnibus perfectionibus & bonis, quæ in
Gloria reperiuntur. Gloria eſt Beatitudo infinita, qu
verſatur circa objectum infinitum, quod eſt Deus. Q
propter vita unius Juſti in terra debet eſſe in conti
gaudio, admirando infinita cœli bona, & ſpernen
bona finita & limitata terræ.

XLII.

## *Paradiſus, admiratio Iuſtorum; propter Gloriæ immenſitatem.*

Immenſitas Gloriæ in Beatis eſt cauſa admiration
quia eſt quædam Gloria unius immenſæ capacitatis qu
in ſe contineat & amplexetur *omnia genere bonorum*
naturæ & gratiæ : & bona materialia ; & ſpiritualia
naturalia & ſupernaturalia : & humana & Divina.
*ſtatus*, ut paucis plura complectar, *omnium bonorum*
Boëtius. *gregatione perfectus* , quietans, ſatians & beatificans
humanum.

XLIII.

## *Paradiſus, admiratio Iuſtorum; propter Gloriæ æternitatem.*

Adauget in Sanctis admirationem æternitas Glor
quia eſt Gloria interminabilis ſine termino, & ſine
induratione : ſiquidem interminabiles etiam, &
ſine exiſtunt ejus cauſæ. Interminabile eſt lumen Glor
cauſa effectiva Gloriæ, & interminabilis eſt Deus, ca
ejusdem objectiva. O Gloriam æternam ! O Glori
ſine termino ! O Gloriam ſine fine ! Quis compreh
dere poteſt durationem tuam? Hoc dicere ſufficit: Ta
tempore Beatus erit in Gloria ; quanto tempore
Deus erit Deus, beatus & fœlix
in ſeipſo.

XLI

## XLIV.

### *Paradiſus, admiratio Iuſtorum, propter fælicitatis immutabilitatem.*

Beatis inſuper ſuperaddit ſtuporem immutabilitas Gloriæ. Siquidem ſummoperè admiratur Beatus, quod ſemper eodem modo perſiſtat abſque ulla mutatione aut variatione, & non per luſtra aut ſæcula quædam; ſed *in æternum & ultrà*, ſemper & eodem modo glorioſus & beatus, ſine intermiſſione, ſine remiſſione beatæ viſionis ſuæ. Et hæc ſtabilitas Gloriæ dependet quoque à ſuis cauſis invariabilibus: ſiquidem lumen beatificum, quod efficit viſionem, eſt permanens & invariabile in natura ſua, & Deus, qui videtur, eſt ipſamet immobilitas, & immutabilitas per eſſentiam.

## XLV.

### *Paradiſus, admiratio Iuſtorum, propter gloriæ puritatem.*

Sicut Deus in tota ſui eſſe latitudine eſt actus purus, unde eſſentialiter eſt omne eſſe, omniſque perfectio; ita, ſuo modo, Gloria beata eſt pura in ſua natura, in quantum excludit omne malum contrarium, ſivè illud ſit malum culpæ, ſivè quid aliud, quod ei quodammodo rationem defectus attribuere poteſt. O Gloria! O gaudium! O jubilum puriſſimum, abſque ullius triſtitiæ doloriſque admixtione!

*Et mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà.* *Apoc. 21.*

PARA-

# PARADISUS,

## Corona Gloriæ.

XLVI.

*Corona Gloria, deſiderium cordium.*

Eccl. 45. COrona aurea ſuper caput ejus. Hæc corona ſig-ficatur per laminam auream ad formam coro-factam, quam in capite geſtabat ſummus Sacerd-quæque adeo pulchra viſuque jucunda erat, ut *Deſiderium oculorum*, & ornamento ſuo rapuer-mnium oculos. Corona iſta præfigurabat coro-Beatorum in cœlo, quæ majori cum fundamen-pellari poteſt *Deſiderium oculorum*, imò, *Deſider-animorum & cordium*: talis enim eſt, ut rap-ſatietque perpetua fœlicitate Beatorum animo-corda.

XLVII.

*Corona Gloriæ, virtutis præmium.*

S. Bona. to. 7. de ult. tempor. Eccl. 4.

Coronæ aureæ ſuprà nominatæ nomen Dei, qui-eſſentiam ipſamet ſanctitas eſt, inſculptum erat, -de ea verificatur, quod ſit *expreſſa ſigno Sanctit-* Et hoc ipſum quoque competit Beatorum Glo-quæ duplex eſt: *Qua*, *& in Quâ*. Prima eſt Glo-creata, quæ eſt ipſe actus viſionis beatificæ: ſecun-eſt Gloria increata, quæ eſt ipſemet Deus, cauſa effectiva & objectiva ejuſdem Gloriæ.

XLVIII.

## *Corona Gloriæ, merces tribulationum.*

Hæc corona malleis tribulationum elaborata eſt; *Gloria honoris, & opus virtutis:* etenim via Gloriæ, virtutis via eſt. Quapropter in lecticâ Salomonis *ad reclinatorium aureum* aſcendebatur *per aſcenſum purpureum:* quia nonniſi per patientiam & paſſionem temporalem pervenitur ad quietem æternam. Undeſi quandoque gravis & moleſtus tibi videatur aſcenſus, quietis ſuſpice terminum, ubi ſi æternùm deſideres quieſcere, juſtum & æquum eſt, exiguo momento temporis patiaris aliquid. *Cant. 6.3.*

XLIX.

## *Corona Gloriæ, ſtellea, gemmea ſeu lapidea, & aurea.*

Diſtinguit S. Bonaventura tres coronarum ſpecies in ſacrâ Scripturâ propoſitas, triplex eſt *Aurea, Stellea & lapidea: Corona aurea ſuper caput ejus: In capite ejus corona ſtellarum duodecim: Poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo.* Prima corona convenit Virginibus, ſecunda Doctoribus, tertia Martyribus: quia aurum, propter puritatem ſuam, ſignificat puritatem virginalem: ſtella, ob ſuum ſplendorem, demonſtrat lumen Doctrinæ: petra, ſeu gemma pretioſa, propter duritiem ſuam, repræſentat Martyrum conſtantiam & fortitudinem. *S. Bon. to. 7. ſerm. de S. Barthol. Eccleſ. 45. Apoc. 12. Pſal. 20.*

L.

## *Corona Gloriæ, quæ apportat tranquillitatem & pacem.*

*Germinans pacem, & pariens tranquillitatem.* Hi ſunt fructus beatæ Gloriæ: pax & tranquillitas perpetua: *Eccleſ. 2.*

pax cordis, tranquillitas mentis. O beatiſſima corona Gloriæ, verus triumphus militum Chriſti! qui, ut bonus Dux, ſuos remunerat ſequaces, *& dat coronam* Iſai. c. 61. *pro cinere* pœnitentiæ *oleum gaudij pro luctu, pallium laudis*, ſuavemque Angelorum melodiam *pro ſpiritu mœroris*. Siquidem, ſicut Chriſtus *favum poſt fel guſtavit*, dulcedinem Gloriæ poſt amaritudinem Paſſionis; ita quoque eveniet Chriſtiano, qui poſt pœnas Mundi hujus gaudebit in altero.

# PARADISUS,

## *Satietas cum deſiderio.*

### LI.

### *Satietas cum deſiderio, ſatietas ſine tædio & faſtidio.*

Sap. c. 8. NOn enim habet amaritudinem converſatio illius, nec tædium convictus illius. Cùm enim Deus in ſeipſo ſit univerſale bonum & omne bonum, in illo causare poteſt minimam moleſtiam aut faſtidium. Quapropter dicitur de Angelis: *In quem deſiderant Angeli* S. Pet. Apo. *proſpicere*. Vident & deſiderant videre Deum; quia non eſt deſiderium mixtum cum imperfectione; ſed ſummè perfectum eſt, non dicens rei deſideratæ privationem, ſed ſummam oblectationem: & ab omni triſtitia liberum & purum eſt.

### LII.

### *Satietas cum deſiderio, propter appetitum & ſitim, quam habent, videndi Deum.*

Eccl. 24. Beati in cœlo *edunt & eſuriunt, bibunt & ſitiunt.* Quia ſemper ſentiunt ſummam voluptatem & oblectationem

tionem, nauſeam & faſtidium nunquàm. Quapropter idem Deus certo quodam modo cibus ſimul eſt & fames: cibus in quantum ſatiat: fames, in quantum appetitum accendit & deſiderium. O beatam ſatietatem, quæ nunquàm generas faſtidium! O beatam famem, quæ non privationem, ſed ſummum dicis appetitum & delectationem.

## LIII.

## *Satietas cum deſiderio, quæ obtineri nequit in hac vita.*

Juxta Divinum Oraculum, *qui bibet ex hac aqua* terrenarum voluptatum, nunquàm prorsùs ſitim ſuam explebit; ſed bibendo unam, *ſitiet iterùm* aliam: quia eſt aqua finitæ virtutis. Sed qui bibet aquam Gloriæ, & Divinæ voluptatis, *non ſitiet iterùm*. Primò, non anhelabit deinceps ad voluptates & delicias temporales & tranſitorias. Secundò, neque etiam in futura vita anhelabit ad ſpirituales conſolationes temporaneas. Tertiò, in hac vita ſitiet iterùm conſolationes Dei: quia quò magis guſtatur, eò magis cognoſcitur, ac proindè eò magis accenditur deſiderium novæ delectationis & conſolationis. *Ioan. c. 6.*

## LIV.

## *Satietas cum deſiderio, quæ comparatur aviditate.*

Viſnè ſaturari de Deo in Gloria? quære eum cum aviditate fidei. *Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam.* Beati, qui in hac vita ſemper vivunt famelici & avidi Dei, & ampliùs ſemper eum cognoſcere & amare deſiderant. Comparantur proptereà igni, qui nunquàm dicit, ſufficit (ignis nunquàm dicit: ſufficit) quia, quò magis accenditur, eò plus accreſcit virtus ejus combuſtiva; ad eundem modum Dei ſervus curare debet, ut ſemper progrediatur & creſcat in amore, merita adjungat meritis, nec unquàm deficere & fatigari debet, donec attingat ſatietatem Gloriæ. *Prov. c. 30.*

## LV.

### *Satietas cum deſiderio.*

S. Bern. med. c. 4.

*Quia videbit Deum ad voluntatem, habebit ad voluptatem, fruetur ad jucunditatem.* Videbit Deum ſemper cum gaudio, ſemper cum voluptate, ſemper cum fœlicitate. Quoniam *delectabilis eſt Deum ad videndum, ſuavis ad habendum, dulcis ad perfruendum:* & *totum in illo invenitur, quidquid deſideratur.* Quam-obrem *hoc eſt totum bonum hominis, noſcere & amare Creatorem ſuum.*

S. Bern. ut ſup.

# PARADISUS,

## *Præmium Infinitum.*

## LVI.

### *Præmium infinitum, in unione cum Deo.*

S. Bern. med. c. 4.

Quia *Præmium eſt videre Deum, vivere cum Deo, vivere de Deo, eſſe cum Deo, & eſſe in Deo,* & intra Deum eſſe totum Deificatum, abſorptum, & transformatum in Deum: participando de perfectionibus & attributis Dei, juxta capacitatem naturæ ſuæ, Gratiæ virtute adjutæ & elevatæ.

## LVII.

### *Præmium infinitum, propter participationem Divinorum theſaurorum.*

S. Bern. loc. cit.

Quoniam *patebunt tunc arcana Divinitatis:* in ſtatu illo Gloriæ aperientur abſconditi Divinitatis theſauri, manifeſtabuntur attributa Divina, Divina elucebit pulchritudo & decor, & totũ id, quod modò de Deo celatur & latet ſub fide, tunc pateſiet & oſtendetur in Gloria. O in-

O infinite Divinitatis theſaure, *quando patebis*? Beatus ille, qui te fruitur & gaudet in claritate cœleſtis luminis, in ſplendore vultus Divini.

## LVIII.
## *Præmium infinitum, in infinita pulchritudine, & dulcedine Dei.*

Amor nil aliud eſt, quàm *boni & dulcis deſiderium.* Et hic Amor in nullo alio adæquato ſubjecto reperietur, niſi in infinita pulchritudine & dulcedine Dei. Quantacunque magna ſit pulchritudo creata, & excreſcat in immenſum cunctorum dulcedo bonorum; nunquàm extra Deum quietari poterit anima propter ipſum Deum creata. *S. Dionyſ.*

## LIX.
## *Præmium infinitum, propter præſentiam omnis boni in Deo.*

*Beatifica Divinæ Majeſtatis præſentia omnibus erit omnia. Erit communis omnibus Sapientia, Poteſtas, Iuſtitia, Intelligentia*, & cætera attributa & perfectiones Dei. *Deus omnia erit omnibus omnia.* *S Bern. loc. cit.*

## LX.
## *Præmium infinitum, in infinitis meritis Chriſti.*

Præmium correſpondet merito. Et quia noſtra merita dependent ab infinitis meritis Chriſti, & cum iisdem unita & conjuncta ſunt, non qualecunque eis redditur præmium; ſed immenſum & infinitum. Remunerat Pater æternus merita noſtra; at ſemper intuitu meritorum Chriſti: Quâ de causâ infinitum Deus elargitur præmium, quia infinitum Chriſtus acquiſivit meritum.

# PARADISUS,

## In DEO Solo,

### LXI.

*In Deo ſolo, qui eſt ſumma infinitas.*

QUia Deus in ſeipſo eſt omnia, ideò in omni pe-
fectione dicit infinitatem. Infinitatem Eſſentiæ,
unde eſt ſufficientiſſimus: infinitatem intellectus, unde
eſt ſapientiſſimus: infinitatem in voluntate, unde eſt
beatiſſimus: infinitatem in actione, unde eſt potenti-
ſimus: infinitatem in loco, propter immenſitatem:
infinitatem in tempore, propter æternitatem: & in
reliquis omnibus attributis & perfectionibus ſuis. Qu-
propter de animâ, quæ gaudet in cœlis, dicitur:
S Bern. de *Nulla interveniente creaturâ, ſola beata Deo*, beatitud-
conſider. eſſentiali, propter ſolam Dei, non creaturarum,
ſionem.

### LXII.

*In Deo ſolo, qui eſt omne obiectum potentia intellectiva.*

Tres dantur Beatorum cognitiones, juxta D. Aug-
S. Aug. in ſtinum: *Veſpertina, Matutina, & Meridiana.* Prima
Gen. c. 15. cognitio creaturarum in ſeipſis: ſecunda eſt cogn-
Cornel. in creaturarum in Deo: tertia eſt cognitio Dei in ipſo De-
Gen. 6. ſeu in ſeipſo. Quia videt Deum, *in quo omnia c-*
n. 340. *nentur, & in quo omnia videntur.* Ac propterea me-
Gen. 15. dixit Deus Patriarchæ Abrahamo: *Ego ero merces t-*
*magna nimis.* Ac ſi voluiſſet dicere: ego ſolus, & n-
alius ero perfecta merces tua, ſufficiens undequaque
facere fœlicem beatumque.

LXIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## LXIII.
## *In Deo ſolo, extra quem, quicquid eſt, nullum eſt.*

Quia neque in terra, neque in cœlo reperitur aliquid extra Deum, quod ſatisfaciat & quietet. Et hæc Regij Prophetæ mens erat & ſententia, quando dicebat: *Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram?* Nulla prorſus datur creatura, neque in cœlo, neque in terrâ, quæ cor meum explere valeat: proptereà *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum*: ſolus Deus, qui cor meum condidit ac creavit, illud exatiare poteſt: neque ulli alteri, niſi ſoli Deo competit hoc nomen: *Deus cordis mei*, Deus centrum, quies, & gaudium cordis mei. *Pſal. 72.*

## LXIV.
## *In Deo ſolo, qui eſt primum principium & finis ultimus.*

*Inquietum eſt cor meum, donec perveniat ad Deum.* Unde meritò S. Thomas interrogatus, quam mercedem peteret, reſpondit: *Nihil, niſi te, Domine.* Et volebat dicere: nullam aliam, præter te, volo ac peto mercedem: nolo dona; ſed volo Donatorem: *volo te, & non tua*, cùm tu ſolus ſis meum primum principium, & ultimus finis. Siquidem Deus ſolus *eſt finis deſideriorum noſtrorum qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur.* S. Aug. de civit. li. 22. c. 30.

## LXV.
## In DEO Solo.

*Soli Deo honor & gloria.* Quia Deus ſolus in merito gloriæ, ſolus, qui ſit beatus, ſolus, qui alios faciat beatos: ſolus & ſolitarius in medio hominum, ſolus in medio Angelorum, ſolus in medio Sanctorum. *Quia ſolitudo non tollitur per aſſociationem alterius, quod eſt extrinſeca natura*, veluti ſunt creaturæ comparatione Dei. 1. Tom. c. 1. D Tho. 1. p. q. 31. a. 3.

Ita dicitur de homine, quod ſolus ſit, & moretur in horto, tametſi ei plurimæ adſint plantæ, ac diverſa animalia Solus igitur eſt Deus meus in Mundo, quia nulla inc reperitur creatura, quæ ei comparetur. *Solus ad extra* at *non ſolus ad intrà*, quia fœliciſſima ac Divina gau ſocietate trium Perſonarum Divinarum, ſolis diſtinct rum relationibus; ſed identificatarum in eadem Eſſen & Natura. Imitemur nos quoque Deum in ſolitud cordis noſtri: quia, uti diximus Tomo primo, *potest, ut medias urbes in tumultibus inhabitantiſſimus*. Quod fit, *Divinas*, uti docet Nazianzen *ſpecies nullis terrenis formis permiſtas in ſe circumfere* non aliud, niſi Deum in corde geſtando: & adim tionem S. Patriarchæ Ignatii, *omnes noſtras cogitatio verba, opera in Deum, tanquàm in finem, referen ad Deum, Deique gloriam honoremque deſtinando* cunctis quoque actionibus & operibus noſtris, cunque momento & tempore, ore circumferendo fata verba: *Soli Deo honor & gloria*. Totum red in ſolam Dei gloriam, quæ ſit tota noſtra converſat in terra, donec cœli incolæ evadamus & cives. Amen.

*S. Chryſoſt. Tom. 1 p. 1. de præſent. Dei S. Gre. Naz. l. cit. Ibidem.*

*Laus DEO, Beatæque Virgini Mariæ.*

# INDEX
# CIVIS COELI.

Introductio ad Civem Cœli. pag. 5.

*Lib.* 1.

Paradiſus Viſio Clara Dei. Gradus 15. p. 14
Paradiſus Amor ardens Dei. Gradus 20. p. 25
Paradiſus, Gaudium immenſum Dei. Gradus 20. p. 32
Paradiſus, Laus Dei infinita. Gradus 20. p. 41
Paradiſus, Actio gratiarum æterna. Gradus 20. p. 50

*Lib.* 2.

Paradiſus, ſumma communicatio Dei. Gradus 20. p. 60
Paradiſus, Univerſitas ſcientiarum in viſione clara Dei. Gradus 20. p. 70
Paradiſus Theatrum Virtutum. Gradus 20. p. 80
Paradiſus, Corpus glorioſum. Gradus 20. p. 90
Paradiſus, Civitas Sancta Dei. Gradus 20. p. 99

*Lib.* 3.

Paradiſus, Pretioſa Margarita. Gradus 5. p. 108
Paradiſus, Denarius diurnus. Gradus 5. p. 111
Paradiſus, Cœna magna. Gradus 5. p. 113
Paradiſus, Theſaurus abſconditus. Gradus 5. p. 115
Paradiſus, Regnum Dei. Gradus 5. p. 117
Paradiſus, Vita æterna. Gradus 5. p. 120
Paradiſus, Lignum Vitæ. Gradus 5. p. 122
Paradiſus, Centrum noſtri cordis. Gradus 5. p. 124
Paradiſus, Patria noſtra. Gradus 5. p. 127
Paradiſus, Glorioſa memoria vitæ Chriſti. Grad. 5 p. 129
Paradiſus, Glorioſa memoria Paſſionis CHRISTI. Gradus 5. p. 131
Paradiſus, Memoria Sanctorum. Gradus 5. p. 134
Paradiſus, Suſpirum animæ. Gradus 5. p. 136
Paradiſus, Regium convivium. Gradus 5. p. 138
Paradiſus, Summum in ordine. Gradus 5. p. 141
Paradiſus, Contritio cum jubilo. Gradus 5. p. 143

Paradiſus, Glorioſum Celeuſma. Gradus 5.
Paradiſus, Finis Operationum. Gradus 5.
Paradiſus, Opus amoris Gradus 5
Paradiſus, Memoria neceſſaria. Gradus 5.

*Lib. 4.*

Paradiſus, Deſiderium Sanctorum. Gradus 5.
Paradiſus, Flumen Pacis. Gradus 5.
Paradiſus, Domus Dei. Gradus 5.
Paradiſus. Civitas Angelorum. Gradus 5.
Paradiſus, Objectum deſiderii. Gradus 5.
Paradiſus, Hæreditas cœleſtis Gradus 5.
Paradiſus, Æternitas fœliciſſima. Gradus 5.
Paradiſus, Bonum Univerſale. Gradus 5.
Paradiſus, Admiratio Juſtorum. Gradus 5.
Paradiſus, Corona Gloriæ. Gradus 5.
Paradiſus, Satietas cum deſiderio. Gradus 5.
Paradiſus, Præmium Infinitum Gradus 5.
Paradiſus, in Deo ſolo. Gradus 5.

Ut piis ac ſacris meditationibus aliàs dediti
& recto cum ordine hiſce conſiderationibus
valeant, volui ſubjungere ſequentem tabellam,
quæ cuilibet diei per menſem & annum competat
ſideratio, ſeu potius meditationis materia,
cognoſcere poſſet.

Primus numerus indicat diem Menſis, Secundus
ſiderationem, Tertius paginam.

## JANUARUS.

*Lib. I.*

| Dies. | Conſid. | Pag. | Dies. | Conſid. |
|---|---|---|---|---|
| 1 | 1 | 14 | 8 | 8 |
| 2 | 2 | 15 | 9 | 9 |
| 3 | 3 | 15 | 10 | 10 |
| 4 | 4 | 15 | 11 | 11 |
| 5 | 5 | 16 | 12 | 12 |
| 6 | 6 | ibid. | 13 | 13 |
| 7 | 7 | ibid. | 14 | 14 |
| | | | 15 | 15 |
| | | | 16 | 16 |

| Dies. | Conſid. | Pag. | Dies. | Conſid. | Pag. |
|---|---|---|---|---|---|
| 17 | 17 | 21 | 24 | 55 | 38 |
| 18 | 18 | ibid. | 25 | 56 | ibid. |
| 19 | 19 | ibid. | 26 | 57 | 39 |
| 20 | 20 | 22 | 27 | 58 | ibid. |
| 21 | 21 | 23 | 28 | 59 | ibid. |
| 22 | 22 | ibid. | MARTIUS. | | |
| 23 | 23 | 24 | 1 | 60 | 40 |
| 24 | 24 | ibid | 2 | 61 | 41 |
| 25 | 25 | ibid. | 3 | 62 | ibid. |
| 26 | 26 | 25 | 4 | 63 | 42 |
| 27 | 27 | ibid | 5 | 64 | ibid. |
| 28 | 28 | 26 | 6 | 65 | ibid. |
| 29 | 29 | ibid. | 7 | 66 | 43 |
| 30 | 30 | 27 | 8 | 67 | ibid. |
| 31 | 31 | ibid. | 9 | 68 | 44 |
| FEBRUARIUS. | | | 10 | 69 | ibid. |
| 1 | 32 | ibid. | 11 | 70 | 45 |
| 2 | 33 | 28 | 12 | 71 | ibid. |
| 3 | 34 | ibid | 13 | 72 | ibid. |
| 4 | 35 | 29 | 14 | 73 | 46 |
| 5 | 36 | ibid. | 15 | 74 | ibid. |
| 6 | 37 | 30 | 16 | 75 | 47 |
| 7 | 38 | ibid. | 17 | 76 | ibid. |
| 8 | 39 | ibid. | 18 | 77 | 48 |
| 9 | 40 | 31 | 19 | 78 | 49 |
| 10 | 41 | 32 | 20 | 79 | ibid. |
| 11 | 42 | ibid. | 21 | 80 | 50 |
| 12 | 43 | 33 | 22 | 81 | ibid. |
| 13 | 44 | ibid | 23 | 82 | 51 |
| 14 | 45 | 34 | 24 | 83 | ibid. |
| 15 | 46 | ibid. | 25 | 84 | ibid. |
| 16 | 47 | ibid. | 26 | 85 | 52 |
| 17 | 48 | 35 | 27 | 86 | ibid. |
| 18 | 49 | ibid. | 28 | 87 | 53 |
| 19 | 50 | 36 | 29 | 88 | ibid. |
| 20 | 51 | ibid. | 30 | 89 | 54 |
| 21 | 52 | ibid. | 31 | 90 | ibid. |
| 22 | 53 | 37 | APRILIS. | | |
| 23 | 54 | ibid. | 1 | 91 | 55 |

| Dies. | Conſid. | Pag. |
|---|---|---|
| 2 | 92 | ibid. |
| 3 | 93 | 56 |
| 4 | 94 | ibid. |
| 5 | 95 | ibid. |
| 6 | 96 | 57 |
| 7 | 97 | ibid. |
| 8 | 98 | 58 |
| 9 | 99 | ibid. |
| 10 | 100 | 59 |
| | *Lib. II.* | |
| 11 | 1 | 60 |
| 12 | 2 | 61 |
| 13 | 3 | ibid. |
| 14 | 4 | 62 |
| 15 | 5 | ibid. |
| 16 | 6 | 63 |
| 17 | 7 | ibid. |
| 18 | 8 | ibid. |
| 19 | 9 | 64 |
| 20 | 10 | ibid. |
| 21 | 11 | 65 |
| 22 | 12 | ibid. |
| 23 | 13 | 66 |
| 24 | 14 | ibid. |
| 25 | 15 | 67 |
| 26 | 16 | ibid. |
| 27 | 17 | 68 |
| 28 | 18 | ibid. |
| 29 | 19 | ibid. |
| 30 | 20 | 69 |
| | MAJUS. | |
| 1 | 21 | 70 |
| 2 | 22 | ibid. |
| 3 | 23 | 71 |
| 4 | 24 | ibid. |
| 5 | 25 | 72 |
| 6 | 26 | ibid. |
| 7 | 27 | 73 |
| 8 | 28 | ibid. |

| Dies. | Conſid. |
|---|---|
| 9 | 29 |
| 10 | 30 |
| 11 | 31 |
| 12 | 32 |
| 13 | 33 |
| 14 | 34 |
| 15 | 35 |
| 16 | 36 |
| 17 | 37 |
| 18 | 38 |
| 19 | 39 |
| 20 | 40 |
| 21 | 41 |
| 22 | 42 |
| 23 | 43 |
| 24 | 44 |
| 25 | 45 |
| 26 | 46 |
| 27 | 47 |
| 28 | 48 |
| 29 | 49 |
| 30 | 50 |
| 31 | 31 |
| | JUNIUS. |
| 1 | 52 |
| 2 | 53 |
| 3 | 54 |
| 4 | 55 |
| 5 | 56 |
| 6 | 57 |
| 7 | 58 |
| 8 | 59 |
| 9 | 60 |
| 10 | 61 |
| 11 | 62 |
| 12 | 63 |
| 13 | 64 |
| 14 | 65 |
| 15 | 66 |


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# INDEX.


| Dies. | Conſid. | Pag. |
|---|---|---|
| 16 | 67 | 93 |
| 17 | 68 | ibid. |
| 18 | 69 | 94 |
| 19 | 70 | ibid. |
| 20 | 71 | ibid. |
| 21 | 72 | 95 |
| 22 | 73 | ibid. |
| 23 | 74 | 96 |
| 24 | 75 | ibid. |
| 25 | 76 | 97 |
| 26 | 77 | ibid. |
| 27 | 78 | ibid. |
| 28 | 79 | 98 |
| 29 | 80 | 99 |
| 30 | 81 | ibid. |
| | JULIUS. | |
| 1 | 82 | 100 |
| 2 | 83 | ibid. |
| 3 | 84 | 101 |
| 4 | 85 | ibid. |
| 5 | 86 | ibid. |
| 6 | 87 | 102 |
| 7 | 88 | ibid. |
| 8 | 89 | 103 |
| 9 | 90 | ibid |
| 10 | 91 | ibid. |
| 11 | 92 | 104 |
| 12 | 93 | ibid. |
| 13 | 94 | ibid. |
| 14 | 95 | 105 |
| 15 | 96 | ibid. |
| 16 | 97 | 106 |
| 17 | 98 | ibid. |
| 18 | 99 | ibid. |
| 19 | 100 | 107 |
| | *Lib. III.* | |
| 20 | 1 | 108 |
| 21 | 2 | 109 |
| 22 | 3 | ibid. |

| Dies. | Conſid. | Pag. |
|---|---|---|
| 23 | 4 | 110 |
| 24 | 5 | ibid. |
| 25 | 6 | 111 |
| 26 | 7 | ibid. |
| 27 | 8 | 112 |
| 28 | 9 | ibid. |
| 29 | 10 | ibid. |
| 30 | 11 | 113 |
| 31 | 12 | ibid. |
| | AUGUSTUS. | |
| 1 | 13 | 114 |
| 2 | 14 | ibid. |
| 3 | 15 | ibid. |
| 4 | 16 | 115 |
| 5 | 17 | ibid. |
| 6 | 18 | 116 |
| 7 | 19 | ibid. |
| 8 | 20 | ibid. |
| 9 | 21 | 117 |
| 10 | 22 | 118 |
| 11 | 23 | ibid. |
| 12 | 24 | 119 |
| 13 | 25 | ibid. |
| 14 | 26 | 120 |
| 15 | 27 | ibid. |
| 16 | 28 | 121 |
| 17 | 29 | ibid. |
| 18 | 30 | ibid. |
| 19 | 31 | 122 |
| 20 | 32 | ibid. |
| 21 | 33 | 123 |
| 22 | 34 | ibid. |
| 23 | 35 | 124 |
| 24 | 36 | ibid. |
| 25 | 37 | 125 |
| 26 | 38 | ibid. |
| 27 | 39 | 126 |
| 28 | 40 | ibid. |
| 29 | 41 | 127 |


Dies.

| Dies. | Conſid. | Pag. | Dies. | Conſid. | Pag. |
|---|---|---|---|---|---|
| 30 | 42 | ibid. | 6 | 79 | ibid. |
| 31 | 43 | ibid. | 7 | 80 | ibid. |
| SEPTEMBER. | | | 8 | 81 | [illegible] |
| 1 | 44 | 128 | 9 | 82 | [illegible] |
| 2 | 45 | ibid | 10 | 83 | ibid. |
| 3 | 46 | 129 | 11 | 84 | [illegible] |
| 4 | 47 | ibid. | 12 | 85 | ibid. |
| 5 | 48 | 130 | 13 | 86 | [illegible] |
| 6 | 49 | ibid. | 14 | 87 | ibid. |
| 7 | 50 | 131 | 15 | 88 | [illegible] |
| 8 | 51 | ibid. | 16 | 89 | ibid. |
| 9 | 52 | 132 | 17 | 90 | [illegible] |
| 10 | 53 | ibid. | 18 | 91 | ibid. |
| 11 | 54 | 133 | 19 | 92 | [illegible] |
| 12 | 55 | ibid. | 20 | 93 | ibid. |
| 13 | 56 | 134 | 21 | 94 | [illegible] |
| 14 | 57 | ibid. | 22 | 95 | ibid. |
| 15 | 58 | 135 | 23 | 96 | [illegible] |
| 16 | 59 | ibid. | 24 | 97 | ibid. |
| 17 | 60 | 136 | 25 | 98 | [illegible] |
| 18 | 61 | ibid. | 26 | 99 | ibid. |
| 19 | 62 | 137 | 27 | 100 | [illegible] |
| 20 | 63 | ibid. | | *Lib IV.* | |
| 21 | 64 | ibid. | 28 | 1 | ibid. |
| 22 | 65 | 138 | 29 | 2 | [illegible] |
| 23 | 66 | ibid. | 30 | 3 | [illegible] |
| 24 | 67 | ibid. | 31 | 4 | ibid. |
| 25 | 68 | 139 | NOVEMBER. | | |
| 26 | 69 | ibid. | 1 | 5 | [illegible] |
| 27 | 70 | 140 | 2 | 6 | ibid. |
| 28 | 71 | ibid. | 3 | 7 | [illegible] |
| 29 | 72 | 141 | 4 | 8 | ibid. |
| 30 | 73 | ibid. | 5 | 9 | [illegible] |
| OCTOBER. | | | 6 | 10 | ibid. |
| 1 | 74 | 142 | 7 | 11 | [illegible] |
| 2 | 75 | ibid. | 8 | 12 | ibid. |
| 3 | 76 | ibid. | 9 | 13 | ibid. |
| 4 | 77 | 143 | 10 | 14 | [illegible] |
| 5 | 78 | 144 | 11 | 15 | ibid. |


Dies

# INDEX.


| Dies. | Conſid. | Pag. | Dies. | Conſid. | Pag. |
|---|---|---|---|---|---|
| 12 | 16 | 163 | 6 | 40 | ibid. |
| 13 | 17 | ibid. | 7 | 41 | 173 |
| 14 | 18 | ibid. | 8 | 42 | ibid. |
| 15 | 19 | 164 | 9 | 43 | 174 |
| 16 | 20 | ibid. | 10 | 44 | ibid. |
| 17 | 21 | ibid. | 11 | 45 | 175 |
| 18 | 22 | 165 | 12 | 46 | ibid. |
| 19 | 23 | ibid. | 13 | 47 | 176 |
| 20 | 24 | 166 | 14 | 48 | ibid. |
| 21 | 25 | ibid. | 15 | 49 | 177 |
| 22 | 26 | ibid. | 16 | 50 | ibid. |
| 23 | 27 | 167 | 17 | 51 | ibid. |
| 24 | 28 | ibid. | 18 | 52 | 178 |
| 25 | 29 | 168 | 19 | 53 | ibid. |
| 26 | 30 | ibid | 20 | 54 | 179 |
| 27 | 31 | 169 | 21 | 55 | ibid. |
| 28 | 32 | ibid. | 22 | 56 | 180 |
| 29 | 33 | 170 | 23 | 57 | ibid. |
| 30 | 34 | ibid. | 24 | 58 | ibid. |
| | | | 25 | 59 | 181 |
| DECEMBER. | | | 26 | 60 | ibid. |
| 1 | 35 | ibid. | 27 | 61 | ibid. |
| 2 | 36 | 171 | 28 | 62 | 182 |
| 3 | 37 | ibid. | 29 | 63 | ibid. |
| 4 | 38 | 172 | 30 | 64 | 183 |
| 5 | 39 | ibid. | 31 | 65 | ibid. |


Collegij Soc. Jesu Paderbornæ 1694.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
2864

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ALOYSII
SIDEREI
Tom. II
O.V.
97

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN